¶ Res enim acuta adiuuat in carminando & resoluendo quod de ventositate per medicinas acquiritur. & hac intentione species acute alefangine miscentur eis. Subtiliant enim et resoluunt ventositates: sicut recte proprie daucus. & piper longum et feniculis miscentur scamonee & feniculum & anisum & polipodium & similia. et plurimũq3 adiuuant incide ddo corpus humoris viscosi & grossi & facilitãt ad expellendum id in quod forsitan non poterat operari medicina sicut qui squillam hieris magnis admiscuit recte operatus est. vt ex hoc materias difficilis eradicationis euacuẽt. Et plurimumq3 res acuta preparat: vt a remotioribus medicina trahat sicut tapsia. & proprie in pillulis fetidis & pipera in hieris. Et qñq3 medicinam tarde operationis aut debilis facilem reddit: & festinare facit. His enim intensionibus felicitatur virtus turbith in permiscendo cum ipso ʒinʒiber & cum hermodactilis raffanuʒ. & cum carthamo cordumenum. necessario autem congelationẽ remouet: opilationes aperit. & acquirit medicina virtutem facilem penetrandi q̃ʒ uis per se nõ facere illud sicut scordeõ in magnis medicinis & diuretica acuta in eis similiter.
¶ Res auteʒ amara adiuuat in soluendo: & est de bõis miscibilibus cum medicina que soluit acuitate. & enĩ opponũtur sibi ex parte substantiarũ: & reprimunt sese: & cum hoc sibiinuiceʒ in soluẽdo iuuant. & ꝑpter hoc subtiliter opat⁹ est qui scamonee aloe miscuit. nam se in idip̃m rectificant.
¶ Adiuuat etiam res amara in confortando stomachum & ventositatem carminando.
¶ Acquirit etiam medicinas esse preseruatiuas a putrefactione: immo remouet eam virtute & confortat corpora.
¶ Res vero salsa omnium debiliter & tarde soluentiũ: confortatiua est: & propter hoc prudenter opera us est qui sal gemma cum agarico misceri docuit: aut alias species salis et

similiter cum epithimo: & cum aliis multis. vigorant enim operatiões ipsarũ & felicitant licet acquirere faciant huius modi exiccationem: & cadere in sitim. Et in quibusdam cõturbationem faciunt & in quibusdam sedant.

¶ Et res qdẽ salsa & vẽtositates dissoluit: & acqrit medicis subtilitatẽ & facilitatẽ. & esse facit icisiuas necnõ & p̃seruatiuas a putrefactiõe: imo remouet eam exiccare. hũiditates submersas: & ibibitas & icidere adherẽtes viscosas & grossas & hec est eius ꝓprietas & remouere opilationes.

¶ Res quoqȝ vnctuosa adiuuat in lubricuȝ faciendo: lubricam enim magis lubricam reddit. adherentẽ vero vel aptã adherere silr rubricare facit acuitatem frangit & serrositatẽ & asperitatẽ lenit. Medicine quoqȝ tarde opationis habilitatem acqrit faciens cito descendere q̃uis in quibusdã sit ex facientibus nauseam & debilitantibus stomachum.

¶ Res aũt dulcis medicĩas delectabiles eẽ facit. & est sicut fundamẽtũ & mã rerũ miscibiliũ: & facit medicĩas acqrere esse lauatiuas: abstersiuas & mũdificatiuas Horribilitatem autẽ medicinarum remouet: & conturbationem sedat. Acuitatem vero & serrositatẽ frãgit. sed medicinam tarde operationis confortat & adherentiaȝ remouet: & lubricare facit: corpus quoqȝ confortat. licet in quibusdam inflãmationem generet & ventositates.

¶ Insipida vero res adiuuat in lubricum faciendo: & extinguendo inflãmationem: & frangendo acuitatem: & remouẽdo serrositatem & mordicationem.

¶ Res quoqȝ acetosa adiuuat in incidendo: & cuȝ hoc etiã frangit inflammationeȝ medicine: & sedat mordicationem & acuitatem & facit eam acquirere subtilitatem & penetrationem: & sedat conturbationem & nauseam & confortat stomachum calidum & corpus & sedat inflammationẽ cordis per medicinam acquisitam.

¶ Res vero stiptica medicinarum omnium virtutes & operationes felicitat: confortat enim cor & stomachum & corpus: sedat aĩam a subuersione: & a nausea. acuitateȝ frangit & inflãmationem & opponitur medicine: cuius proprietas

est apire

est apertire venas apertione sanguinem manare faciente: & excoriare viscera & ei que est superflue attractiõis & ei que in visceribus lenitatem multiplicat.

¶ Et est de melioribus miscibilibus in medicina que soluit cum acuitate.

¶ Et hoc tribus modis. primũ quia opponitur sibi ex parte substantiarũ. & ꝰm aliqd ex parte qualitatũ. frãgit enim res stiptica acuitatẽ: sicut diximus: & inflãmationẽ ꝓpter quod laudauerũt verificatores scamoneaꝫ: que assatur in citoniis & cõmixtionem ex eis. Secunduꝫ quia ex cõmixtione huius sit compressio & facilior a corpore medicine expulsio. Propter ꝙ verificauerunt effectũ scamonee: & qui eam cum mirabolanis miscuerunt. Tertiuꝫ: quia non fit impressio nocumentorum cordi & membris nutritis ex admixtione stipticorum cum medicina sicut superius diximus.

¶ Et vniuersaliter quidem omnibus medicinis associata earum operationem incolumitat.

¶ Et res quideꝫ dulcis omnibus medicinis preterq̃ꝫ salse iuuamentum prestat.

¶ Et vnctuosi quidem cum acuto bona est pmixtio: & cum amaro. & cũ omni serrositatem facit & excoriationem & ꝙ non facile lubricat: & ꝙ mordicationem generat. Inutiliter vero cum re dulci & re insipida: sed cum re acetosa est pronior ad vomitum et subuersionem.

¶ Rei aũt acetose cum medicina acuta vtilis est pmixtio et cũ dulci: et cũ omni re inflãmabili: et mordicatiua. Inutilis vero ẽ cũ amara et salsa et stiptica et excoriatiua et serrosa.

¶ Rei vero insipide cum acuta & amara & salsa vtilis est pmixtio et cum serrosa et excoriatiua et inflãmatiua: et mordicatiua. Inutilis vero cum stiptica.

¶ Rei quoqꝫ salse cum acuta et amara et dulci et vnctuosa inutilis est permixtio: nisi cũ his ꝓprie quorum operatio est debilis: indiget tñ cõfortatione. Sunt enim acutum et salsuꝫ confortatiua: omnium debiliter et tarde soluentium.

¶ Rei autẽ amare et acute ꝰm aliquid vtilis est permixtio: inutilis vero cum re salsa et omni faciente excoriationem:

et serrositatẽ

et serrositatem et desiccationem.

¶ Sunt ēt ex rebus: que ₰m conditionē substantiaꝝ adiuuāt ad remouendū maliciā medicine sicut res conglutinatiue et habētes viscositatē. Hec em̄ opponūtur medicinis quarū ꝓprietas est excoriare viscera et aperire venarū orificia: sicut recte dicimus misceri dragagantum: aut masticē: aut bdelliū cum aloe et colloquintida et cucumere asinino et similibus. Et dixit quidam ꝙ laudanum ad ista est mirabile: et ꝓprie permixtum cum colloquintida et pauco oleo rosato et alii adinueneṙunt alia sicut in partibus dicemus.

¶ Cap̄.iiii. de proportione rerū sibiinuicem iungendarum.

INquit Io. He. Me₰. modum autem et proportionem attē di oportet in permixtione sibiinuicem rerum quarum ꝑ/cessit rememoratio vt consoletur medicamen ex diuersis ꝓ/prietatibus sigillantibus vnam virtutem. Et erit intentio no stra hic comprehendens exigentiam q̄titatem medicinaruꝫ in consolatione vnius ad alteram per considerationem pro prietatum tm̄. Quomodo aūt consolentur m̄edicine p com prehensionem exigentie quantitatū et qualitatuꝫ earū lege librum Hali senis: et Alchindi et inuenies. Consideratio au tem q̄ꝫ breuiter hic intendimus fit hoc modo.

¶ Omnis medicina solutionem faciēs: aut est fortis virtutis aut debilis: aut mediocris. Voco aūt virtutem posse medici/ne quo impressionem efficit in corporibus nostris et posse q dē huiusmodi forte ē: sicut diximus in medicinis multe acui tatis: sicut est scamonea: euforbium almezereō et similia: de bile vero in eis que ad latus declinant incolumiū sicut sunt medicine dulces: sicut viole et cassiafistula et tereniabin et si milia. Mediocre autem inest eis que sunt debilis acuitatis et debilis amaritudinis et que sunt inter illas inter quas etiam sunt gradus et eleuationes in bonitate: et malignitate plus vel minus.

¶ Adhuc autem omnis res que est sicut bezahar in emenda tione medicinarum solutiones facientium: aut est magni iu/uamenti: aut parui: aut mediocris.

¶ Voco autē iuuamētū omne illud quod medicine solutiue

obiicitur: aut quo ꝟtus regitur: aut mala cōplexio remouet.
¶ Et qdem magni iuuamenti rem dico: in qua intentiones oēs aggregātur quas diximus: cum hoc ēt ꝙ pōt effici nutrimentum nostri corporis sicut res dulcis. Parui aūt iuuamenti rem dico in qua vnā vel duas ex intentionibus quas diximus inuenies: ꝑter hoc ꝙ possit esse nutrimētū nostri corporis immo est ad alterandū & permutanduȝ tm̄: sicut est res acuta: res amara res salsa stiptica & similia. Et voco rē mediocris iuuamenti in qua plures ex intentionibus predictis inuenies: cum hoc etiam ꝙ ſm aliqd potest effici nutrimentuȝ nostri corporis sicut res vnctuosa: aut res insipida & res in qua simul dulcedinem: & ponticitatem est inueniri sicut sunt dactili & citonia: aut dulcedinem cū acumine sicut mel aut dulcedinem cum acetositate sicut muza: aut dulcedineȝ cum insipiditate sicut poma.
¶ Pone ergo sic. qm̄ oportet aliqn̄ medicinam fortis virtutis misceri rei magni iuuamenti: & tua interest post pacem omniū proprietatū adhuc modis proportionum ad cōcordiam consolari hoc modo expedit augmentare eam: que est magni iuuamenti propter beneficiuȝ quod de ea creditur & minuemus eam: que est fortis virtutis timentes lesionem in corpus propter fortitudinem impressiōis sue: erit ergo sic. ꝙ rem magni iuuamenti augmentabimus. Medicinam autem fortis virtutis minuemus.
¶ Et hoc est quod Democritus voluit dum dixit. Oportet aūt vt medicinam fortem debilem facias quod est quia medicina consolatu concordantiis & proportionibus est incolumior: sicut etiam non consolata iniquior.
¶ Verum si iungēda est medicina fortis virtutis rei pauci iuuamēti minuemus medicinā fortis ꝟtutis ꝓpter illud quod diximus: & rē pauci iuuamēti minuemus siľr: qa non acquiritur p eam nisi intētio vna. & est alteratio vel permutatio.
¶ At si iungenda est medicina debilis virtutis rei magni iuuamenti augmentabimus medicinam debilis virtutis non timentes de impressione eius in corpore: immo oportet ꝙ virtus eius per subadditionem in quantitate ipsius vigoretur.
sicut

sicut adhuc dixit Democritus. Medicinam autem debilez in quit fortem facias & post hoc augmētabimus rem magni iu uamenti propter illud quod diximus.

¶ Si autem iungenda est res pauci iuuamenti medicine debilis virtutis augmentabimus medicinam debilis virtutis ꝑpter illud quod diximus: et minuemus rem parui iuuamenti propter illud quod etiam diximus. & hoc est illud quod de proportionibus scire oportet. Alii autem dicunt alia ꝯm intentiones diuersas.

¶ Cap. primū summe secunde de modis rectificationū medicinarum cū beneficiis. & primo de modis coctionis.

INquit Ioan. Meſ. dispositionis acquisite per artem reprimunt maliciam medicinarū solutionem facientium. Auxiliatur enim ars nobis quattuor modis Aut decoquendo: aut lauando: aut infundendo: aut triturando.

¶ Et dico ꝙ decoctio alia est: que est sicut elixatio: & alia ē que est sicut assatio.

¶ Elixatio aūt adiuuat in resoluendo humiditatē supfluam medicine & maturādo & carminādo ventositatem grossam aut mordicatiuā facientē subuersionē & nauseā: & motus laboriosos in corpore frāgitqȝ acuitatem & excessus serrositatis. & excoriatiōis et propter hoc laudatur scamonea cocta in pomo aut citonio aut demum in vase vitreo cuȝ succo rosarum & oleo amigdalarum: sicut dicemus iam.

¶ Excessus autem attractiōis superflue: & iniquitatis reprimitur in lixatione: sicut qñ decoquimus aliqđ eoruȝ: de quorum malicia formidatur in cōcauitate alterius rei: & remanet virtus eius in illa refracta. Sicut verbi gratia: figimus fustem ellebori in radicē raffani: & post coctionē eius in cinere propinamus raffanū habenteȝ virtutem ellebori repressaȝ & decoquimus scamoneā in robub: & syrupis: & propinamus rob. & syrupum habentem virtutē scamonee: & hoc est illud quod vocant philosophi serapionem rei ꝯm specieȝ a re que est ꝯm materiam.

¶ Amplius aūt qñqȝ medi. multarū reprimimus maliciam decoquendo eas in succis & aquis herbarum et seminum &

rerum aliarū vt suscipiant pmutationē a virtutibus earum.
¶ Verum tibi superest scire medicinas que debilem coctio/ nem suscipiunt: aut fortem omnia enim quorum virtus faci/ le resoluitur: aut sunt debilis texture: aut virtutem hn̄t posi/ tam in supficie debili coctione indigent: supflua enim coctio resoluit virtutem sicut viole ꝓprie: & semina quattuor & ca pillus veneris: & epithimum & vniuersaliter oēs flores: & q̄ contrario modo se hn̄t cōtrarie & q̄ medio modo: mediocri ter & oīa que acumen habēt decocta sunt mitiora. decoctio enim frangit virtutem earuꝫ. si forsitan sit virtus alicuius po sita in superficie: aut debilitata. & oīa que sunt grosse substā tie coctio acquirit eis facilitatem. & omnis medicina cocta ꝺm artem & legem ꝺm plurimum est facilior.
¶ Veruꝫ neqꝫ per decoctionem fit iuuamentum in his que soluunt lambificando & faciendo lubricum de quo sit val/ de curandum.
¶ Et qn̄ permiscentur medicine diuersarum intentionuꝫ: & queris ex eis virtutem compositam decoctio facit eis melio rem modum permixtionis: vt ex summa earum resultet vir/ tus insita faciens operationem concretam & si sit vna ex eis debilior quam altera oportet vt gradatio in decoctione ea/ rum fiat plus: vel minus sicut dicitur.
¶ Et decoctio quideꝫ impetuosa & inflāmatiua resoluit vir tutem medicine. Quare tua interest decoquere cōmensuran/ do calorem: & proportionando illum substantiis rerū & vir tutibus debilibus: vel fortibus.
¶ Assationis aūt in frixoriis & in patella officium est qn̄qꝫ addere in virtute medicine sicut qn̄ assatur squilla. & fit ma/ gis solutiua. & qn̄qꝫ minere in virtute: sicut verbi gratia assa tur psilium fit humiditas eius minus lubrica: minus soluens & assantur plura: vt mitiora fiant & qn̄qꝫ per assationē vna duarum virtutum reprimitur & vigoratur altera: sicut verbi gratia. In mirabolanis & reubarbaro est virtus solutionem faciens & contractionem. In eorum autem decoctione mi/ noratur virtus faciens solutionem: & vigoratur virtus cōtra ctionem faciens: & in ben est virtus vomitiua: et virtus edu/
cens p

cens p ventrem. Duz aũt assatur maturatur ipsius humiditas superflua baurachia faciens subuersionem: & nauseaz: & remanet ei virtus solutionem faciens.

¶ Cap.ii. de modis lauationis medicinarum.

Dicimus ꝙ per modos lauationum multipliciter acquiritur bonitas medicinis.

¶ Interdum enim per lauationem remouetur supficies acuminis alicuius medicine: sicut qñ lauatur semen vrtice cum aqua aut mucillagine dragagãti ne guttur: aut partes p quas transit adurat: & sicut lauatur sal nacticus cum aqua cucurbite: aut cum simili hac intentione.

¶ Et qñqz lauamus medicinã vt abscindatur altera virtutũ suarũ ab ea: & proprie malignior deterrens & remaneat ei melior operationũ suarũ & ĩcolumior sicut ꝓprie lauamus lapidẽ lazuli & lapidem armenũ vt soluant p uentrẽ tm̃ & sine angustia. Non loti vero p uomitum & p uentrẽ soluunt & cũ molestia: & sic ẽt lauamus laccam: vt sit minus solutiua: et remaneat ei ut sit oppilationuz aperitiua & lauamus aloem. Non lotus enim magis laxat: & minus confortat membra nutricationis. Lotus uero facit contrarium.

¶ Et sunt medicine que uirtutẽ positaz hñt in supficie quẽ si lauentur tollit sicut tarassacon & endiuia: & rosa et similia.

¶ Et qñqz lauamus ubi oportet abstergere ptes ĩmundas.

¶ Et quãdoqz lauamus aliquid ut magnificetur uirtus eius sicut luuamus aloem cum aqua specierum aromaticarum ut magis confortet. & lauatur cũ aqua rerum solutionem multiplicantium sicut turbith & agaricus. & similia ut magis soluat. & lauatur cum aqua bdelii aut dragagãti: ut non imprimat lesionem apertionis uenarum apertione qua fluat sanguis & scire oportet ꝙ res de lauationibus sustinet quantuz uirtus eius patitur plus aut minus.

¶ Capitulum tertium de rectificatione medicinarum cum modis infusionum.

Inquit Heben Mesue acquiritur bonitas medicinis per infusionem. Quandoqz enim res nancißcitur dispositionez per illam. qñqz derelinquit eam in re in qua infunditur.

¶ Acquirit aũt res dispositionem per infusionẽ. Nã quãdoqʒ reprimitur aliquod de malitia sua: sicut verbi gratia. Abscinditur superficies acuminis: & ferrositatis ab almezereon & alscebran ex earum infusione in aceto: & sicut turbith infusum in lacte nuper mulso & exiccatum: rectificatur ab eo: & abscinditur esse conturbatiuum.

¶ Et quãdoqʒ infusio addit in virtute medicine: sicut infunditur turbith in succo cucumeris asinini: & magnificat virtus eius in educendo materias a remotis. Et infunditur hermodactilus in aceto squille: aut succo eius: aut succo raffani & acqritur eis virtus magna in iuncturis. & infunditur agaricus in secaniabin. & fit vigorosior.

¶ Et qñqʒ facit infusio medicinam esse lubricaʒ. sicut qñ imbibitur colloquintida: & ꝑprie interius eius in glutino draganti: & facit ne adhereat villis stomachi & pertrãseat: & nõ noceat ano & vesice: & sicut ĩfunditur scamonea in oleo violato & similia.

¶ Relinquitur autem dispositio rei per infusionem in re in quã infunditur: qñqʒ res humiditatem hñtes recipiunt virtuteʒ rei submerse in ipsis: sicut verbi gratia. infunditur aloe in quibusdam succis acquirentibus post illud virtutem aloes: & ꝑpinatur illa ĩfusio: & fit illud ꝑpter multas vtilitates aut vt rei virtus facilius penetret ad partes longinquas sicut infusio aloes in aquis specierum alefanginarũ aut vt minor fiat: sicut infunditur scamonea ligata in panno in coctionẽ alicuius rob. vel syrupi: aut vt separetur proprietas a ꝑprietate: sicut in infusione reubarbari & mirabolanorum videmus. separatur enim ab eis virtus solutionem faciens. & cadit in infusionẽ remanente re contractionem faciente in residuo. Et qñqʒ non tantum virtus & proprietas cadit in infusione: sed etiam alicuius rei corpulentia: vt patet in infusiõe cassie: & tamarindorum: & similium.

¶ Capitulum. iiii. de rectificatione medicinarum cum modis triturationum.

TRituratio aũt multum confert ad hoc quod intendis de rectificatione medicinarum.

¶ Sunt

¶ Sunt enim quidam in quibus nō oportet vt multa elaboretur trituratione. & sunt in quibus necessaria est multa trituratio. & sunt in quibus mediocris. & enim tibi superest scire. quod dictum est qm̄ sunt quedam quarum virtus cito tollitur: vt sunt debilis texture: & huiusmodi nō multa indigēt trituratione sicut scamonea antiochena bona. Veruȝ in grossa expedit vt plus in triturando insistas. Omnia enim quanto plus vel minus sunt grossa vel subtilia tanto plus vel minus opere triturationis indigent.
¶ Officii aut triturationis necessitas triplex est: aut est vt miscibilium in vnū melior fiat sigillatio. Aut vt medicinis aliqua ꝓprietas acquiratur. Vel vt in eis aliq̄ malitia repmaī.
¶ Exēplū primi est trituratio tyriace & aliarū medicinarū.
¶ Exemplum secundi. Inqt Ga. Institi vltime triturando. & pulverizando ciminum. & cum esset nature solutiuū factuȝ est urine ꝓuocatiuū. ego dico ꝙ aliqn̄ aliquod acutorū solutioneȝ facientium vltimo pulueriȝatum. acqrit ꝓprietatem post illud vt fiat magis penetrās. & repat ad alias partes in quas non poterat prius & prouocet per illas.
¶ Exemplum tertii. Inquit filius Serapionis. Oportet ut colloquintida & ꝓprie interius eius vltime pulverizetur & neqȝ sit contentus aliqs in sufficientia triturationis eius. Pars enim sensata ex ea adheret in uillis stomachi. et inuolutionibus intestinorum: & ex ea quam inuenit in humiditate imbibat inflatur. & apostemat aut ulcerat loca. Trita uero ultima contritione non operatur illud.
¶ Rauedseni uero habet contrarium huius: quod diximus de scamonea. Quod enim ex eo est purius & grauius: melius est: & bene tritum uigorosius: rarum uero & laxum multum redactum in puluerem nō retinet aliquid de uirtute de qua sit curandum.
¶ Trituratio aūt omnis qualiscunqȝ sit oportet ut fiat cum facilitate: & cōmensuretur substantiis terendorum. Laboriosa uero resoluit uirtutem.
¶ Intentio tertia sermo uľis nocumentorū redundantium corpori in hora purgationis. & continet tria cap̄.

INquit filius Me. Obuiādum post ista a malis accidenti/bus que superueniunt in haustu medicine: & sunt acci/dentia terroris & timoris elementum: & materia est causa egritudinum multarum & senii et mortis tempestiue.

Et sunt hec. Aut quia mouet: & nō exepllit. Aut quia inde bite & laboriose soluit: aut qa soluit vltra q̄3 oportet et vltra necessitatis indigentiam: imo est consequens vltimitatem.

Quorum quidem euentus ex causis tribus contingit. Vel ꝓpter incōueniētiā que est ex pte medicine. Vel ꝓpter incon ueniētiā que est ex parte suscipiētis: vel ꝓpter incōueniētiam accidentium supueniētiu3 vtrisq3. Et tibi superest illud scire. Cōmensuratio aūt in oībus istis est causarū grandium que corpus in colume reddit. Et tibi adhuc superest scire illud.

In conuenientia aūt que est ex pte medicine est: aut qa est ex genere malignarū: aut si non est talis: non est forsitan cu3 conditionibus: vel proporrionibus artificialibus quarum re memorati sumus. Et tibi superest vt vitare intendas: in qui/bus neq3 ars neq3 aliud auxiliatur. Et in non vitandis obser uare conditiones: & proportionum modos.

Ex pte aūt suscipiētis error supuenit: aut qa est eoꝝ que ꝓ hibentur a pharmacia: aut si prepamēta ad eā nō p̄cesserunt q̄ ſm veritatē corpus a pēa securū reddūt. et sunt ꝓprie ma terie euacuande adequatio: et canalium & ductuum necessa riorum preparatio: & facere nature obediētiam & consuetu dinē lenitatis. Ex pte aūt accidētiū forinsecorū error ꝓuēit: sicut in malo regimīe quod fit ī vsu sex reꝝ nō nāliū q̄s scis.

Capitulum primum intentionis tertie si medi/cina mouet & non euacuat.

AFferamus igitur hic sermones exponentes vnam quā/q3 harum diuisionum: & primo si medicina solutionē non fecerit aut fecerit tardam.

Tunc fit illud: aut propter debilitatem virtutis non potē tis operari in medicinam: quare nec ea in ipsam: aut propter ventositatem grossam subleuantem corpus medicine: aut cō culcanrem in occultis vacuitatibus corporis & poris. & sit causa ad febres putrefactionum: & sincopim & morte3 festi

nam: aut

nã: aut qa expulsiua debilitatur: aut ꝑpter oppilationẽ & cõstipationem in viis & canalibus expulsiõis aut ꝑpter materie in obediẽtiam ad expulsionẽ. quare fit cõmotio & agitatio ĩ ea. & nõ expellitur: ĩmo dilatatur & multiplicatur ĩ corpore aut qa medicina ẽ debilis ĩ se. & remissa in opatõe sua.
¶ Et tibi supest ista comprehendere & corrigere secundum melioerm possibilitatis modum.
¶ Nam si hoc fuerit propter debilitatem nature: & hmõi signum est res: q̃ cadit in sensu: sicut cõualescẽtia: aut aliquid simile & si fuerit medicina earum que faciant suaꝫ operationem lambrificando et lubricum faciendo: exhibitio rei cibalis confortantis ilico. & vigorantis naturam post potũ aque non veri frigoris: medicinam in effectu suo adiuuat.
¶ Si autem causa huius fuerit ventositas aut qualitas mala significatur ex ventositatis vestigiis que p̃cesserunt: aut male complexiones similis vel diuerse. Et cura est: vt clysteribus vel vomitu expellatur. deĩde redi ad ea que ventositatis dissolutionẽ aut male q̃litatis pmutationẽ faciant ex eis q̃ scis.
¶ Si autem expulsiua debilitatur: aut medicina ẽ debilis in operatione sua: aut remissiua: damus aquam frigidam non veri frigoris & post horam res ponticas compressiuas: sicut cidonia pira & similia. Hec enim medicinaꝫ cum virtute ad inferiora deponunt.
¶ Si aũt ꝑpter constipationeꝫ in viis & canalibus hoc contigerit clysteria ſm q̃ꝫ exigit dispositio est melior cura. Et omne quod remouet constipationem ex eis que dicemus.
¶ Si aũt etiam est his adiutoriis solutionem non fecerit nõ timetur per eam lesio de qua sit curandum valde.
¶ Si aũt fuerit medicina earum que soluunt cõprimẽdo voluerunt quidã ex prioribus: si solutionem nõ fecerit vt super eã detur aqua frigida qa lubricare & descendere facit acquirendo grauitatem ei: quare citius descẽdet: sed errauerunt illud simplr asserentes q̃uis faciat illud liberos habentibus corporis ductus. In hñtibus tamẽ oppilationẽ: aut coangustationem in anfractuositatibus intestinoꝝ: acqritur ex hoc maior coangustatio: quare in his est ꝑhibenda. Et tibi super

est discernere illud. Dabimus igitur tunc tepidaȝ aquam: & qm̄ lubricare facit. & qm̄ per eam nō timebimus illud. Et dicimus ꝙ oīs medicina cōpressiua qualiscūqȝ sit si nō soluit. time sup eam lesionē & proprie quā facit possidere mēbruȝ anfractuosorum ductum & viarum subtilium. Conabimur igitur ipsam expellere: nūc cum rebus ipsam lubrificare facientibus ex eis quas diximus: nunc cum rebus ipsam ad inferiora trahentibus ex eis etiam quas diximus.

¶ Verum est ēt si medicina fuerit earū que faciūt suā operationem dissoluendo & fuerit earum ad quos non est approximandum: & solutionē non fecerit: oportet vt angustiā generet & estuationem et motū: qui est sicut motus spasmatorum cum extensione & retractione corporis: et facit motus laboriosos in vniuersum corpus & dolorem capitis et scothomiam & dolorem oculorū ita ꝙ videantur quasi expelli & morsum cordis: & prefocationem in quibusdam.

¶ Festinandū est igitur tūc vt cito a corpore expellatur q̄ꝫ citius poterit & hoc vomitu: aut purgatione cū rebus incitantibus illaȝ virtute qua melior fiat expulsio. & si fuerit ipsius motus ad supiora: cōpescātur motus eius & ad īferiora trahatur cū clysteribus & si necesse fuerit fortis attractionis.

¶ Et dixit ruffus qn̄qȝ multarum taliuȝ reprimitur malitia potu aque frigide vehementer & sessione in ea: propterea ꝙ frangit acuitatem. Omnia enim q̄ eam frangūt & acuitatem & inflāmationē remouēt et furiositatem ex eis que diximus et ex eis que dicemus: ad hoc cōferūt & similiter tyriace species & sicut iam diximus in proximis capitulis.

¶ At si est medicina eaꝝ que cōcedūtur: et solutiōeȝ nō fecerit: sed fecerit angustiaȝ & mordicationē in ventre: gn̄abitqȝ estuationē in corpore: & in capite doloreȝ vertiginosum cū scothomia: & in oculis tenebrositatē & alices et oscitatōes.

¶ Festinabimus succurrere cum colliriis & clysteribus trahentibus eam ad inferiora: post administrationem rerum compressiuarum deponentium eaȝ: sicut sunt citonia & mastix & similia. Plurima enim talium medicinā ad inferiora cum virtute cōpellunt. Si auteȝ talia nō ꝓderint & acciden-

tia mala

tia mala multiplicant ex materia leuigata fertur sursum ne-
cessaria erit flobothomia tunc. & ꝑprie de basilica: & post
illam de saphena. Est enim virtuosa ad hoc.
¶ Verum in his omnibus confide: & expecta beneficia ma-
gis ex clysteribus: & ꝑprie secundum ꝙ exigit dispositio.
Hec enim a magnis terroribus securos faciunt.
¶ Vomitus autem magis ꝓuocandi sunt qñ pharmacia cor
dis generat morsum & nauseam: et est de genere strangulan
tium: & facit singultũ ꝓ̄focatiuũ: aude tunc sup vomitum. &
ne contẽnas clysteria: sed fiducialiter confide de illis. & p-
prie qñ circa uentrẽ angustiam medicina generat: aut in hy
pocondriis aut tortionẽ in eis estuationem fecerit.

¶ Si medicina indebite & laboriose soluit. Cap. ii.

MEdicinam autem indebite & laboriose soluere dici-
mus que soluit: sed non quod oportet. Et que laborio
sos generat motus sicut subuersionem & motum & tortiões
& estuationes.
¶ Verũ si soluerit sed nõ quod oportet: sed tm̃ corruptuȝ &
impurum: iteratio solutionis est necessaria: ut educatur hec
eadem materia quã soluere intẽdebas: alioqn dilatabitur et
multiplicabitur in corpore ꝓpter agitationem in ea factã:
& cõmotionem: et conuersionem materierum aliarum ad il
lam: sicut subuersionibus lacunarum sepe videmus. quando
aggregantur ad illas ex diuersis refluxionibus. et pura et im
pura: & totum in fine fit impurum.
¶ Si aũt nõ corruptũ. sed bonũ educat humorẽ estuationẽ
in corpore generat. Nam cum medicina superfluitates eua-
cuat: non erit cũ ea estuatio. Cuȝ aũt qui eam sumpsit estua
bit & vexabitur. & debilitatur debilitatione superflua. scito
qm̃ euacuatur necessariũ: ꝙ natura repugnat expellere: festi
nandũ igitur tunc medicinam talẽ a corpore expellere ilico
& eius vires cõtinuo frangere: & illud quod aggregat has
duas intentiones est potus aque calide: ex qua hora post ho
ram bibat. Eius enim potus medicinam cito lubricare facit.
& ipsius virtutem frangit. Et nos plenam traditionem facie
mus de rebus hoc facientibus.

¶ Vomitus

¶ Vomitus autem & aie subuersio accidũt: aut qa medicia de sui natura vomitiua est: aut qa non vomitiua sed alia atqȝ alia faciunt eam vomitiuam: que sunt aut stomachi debilitas aut multa siccitas fecum: aut canalium angustatio: aut quoniam medicina abhorretur: aut quoniam ventositas subleuat medicinam.
¶ Quod si accidat vomitus propter fecũ siccitatem: aut canalium oppilationem clysteria necessaria sunt: & ea que de oppilatione faciunt. Si autem vsqȝ ad hoc non sufficit: melius est vt vomitu expellatur.
¶ Verum si propter stomachi debilitatem: aut propter medicine horribilitatem vomitum accidere timueris hec erit tibi doctrina. Non illico cum eam sumpserit quis se mouere presumat sed diu super eam requiescat: non tantum a motibus corporeis: sed animalibus inq̃tum possibile est vsque adeo: dum ipsam natura circundat et in eam operetur. Nisi enim natura in ipsaȝ operata fuerit: ipsa non operabitur in naturam. Tunc autem bene redolentia ex floribus & plãtis: & aliis opponantur qualia sunt menta: & sansucus: et maiorana & folia citri: et fructus eius & apium: & absinthiuȝ: et rosarum citonia: & macianum: & bolus aspersus aqua ro. et aceto & lutũ quo abluitur nutrituȝ rosis recentibus et aqua ro. Fricatio autem extremitatum est etiam ex eis que eos iuuant: & constrictio earum dolorosa. interdum auteȝ manus & pedes in aqua calida uere mordificationis ponere est ex eis similiter que ad hoc iuuãt. Sup medicinam aũt stipticam mordeant & bibãt quasi lambẽdo: & facies eorũ aqua rosata roretur: & ꝓprie cũ incipit moueri nausea: uel aqua redolẽtiũ aliquoꝝ aspersiõe subtili. Gaudiũ etiã & sollicitudines delitiarũ similiter a uomitu liberãt. Cuȝ aũt ipsorũ aie sedate fuerint ambulent: & moueantur paulatiȝ. Est eniȝ hic motus iuuatiuus: quoniam hoc est illud Hyppo. docuit.
¶ Accidũt aũt tortiones ex potu medicine: aut qa pũgit & ledit stomachũ: & ptes p quas trãsit: aut qa uirtus attractionis in ea multiplicatur bonũ simul: malũqȝ trahẽs humorẽ aut qa facit acqrere cõplexionis malitiã in mẽbris: p q̃ trãsit

ꝑpter q̃

ꝓpter qđ festinabimꝰ frãgere: & debilitare uirtutẽ eius et ut cito a corpe expellatur: ut supius dictũ est: & sicut iã dicẽus.

¶ Capitulum.iii. Si medicina ultra quam oportet soluit.

INanitio superfluit ultra q̃ʒ oportet ex potu medicine tribus causis. Quandoqʒ enim in causa est conditio & dispositio medicine. Quãdoqʒ dispositio suscipientis eã. Quãdoqʒ dispositio rerum vtriqʒ superuenientium.

¶ Ex dispositione autem suscipientis fit illud. Aut quia multum habet de materia iam posita in necessitate ad fluxũ: aut propter uenarum eius debilitatem. Aut propter orificiorũ ipsius amplitudinem: aut propter debilitatem membrorum expulsionis ipsius. Aut quia est eorũ qui prohibẽtur a pharmacia: quos in libro de pharmaciis tibi ostendimus. Ex parte autẽ dispositionis pharmacie potest cõtingere illud. Quoniam aut est earum que pungunt orificia uenarum: & mordificant. Aut quia ex ea malitia complexionis acquiritur cordi aut quia ex ea aliquid de substantia eius remansit in stomacho uillis & intestinoꝝ. aut propter multiplicitatẽ ipsius in quantitate sua: aut propter malitiam in qualitate eius: & uenenositate ipsius. Et tibi supest discernere ista. Res quoqʒ que sunt extra superuenientes utrisqʒ: faciunt etiã ad illud.

¶ Inquit enim Gal. dispõ australis multiplicata aperit: & rarificat: & obedientiam facit ad fluxuʒ. Borealis uero multiplicat comprimendo & exprimendo: similiter ad fluxum preparat quare pharmaciã dari prohibent: & proprie paratis ledi ab ipsis. Potus etiam aque frigide multe super eam facit simil'r. & uniuersaliter quidem omne malum regimen in sex generibus rerum: quas scis facit similiter.

¶ Auxiliabimur ergo his ne uirtus prosternatur: & cadat postquam sciuerimus causam fluxus ex testimonio rerum que precesserunt. Nunc quidem cum eis: que medicine uirtutem debilitant: & frangunt: eamque a corpore expellunt. Nunc autẽ cum eis que canalium & mẽbrorum expulsionis: & orificiorum uenarum uirtutes coadunant: & partes earũ cõstringunt. Nũc uero cum eis que sedant agitationem laboriosam: & motus medicinarũ in corpore. Nũc uero cum eis que mouẽt

que mouẽt & concitant medicinã ad cõtrariũ fluxu ventris. Nunc aũt cum eis que dilatant aĩam: & confortãt cor. Nũc autem cum eis que ingrossant medicinã & compingunt. Sic enim aggregas omnem intentionem in cura.

¶ Canon primus.

SI ergo causa huius est propter transgressionem in medicinã ex his que dicta sunt frangere virtutem medicine: & facere vt cito a corpore expellatur: est melior cura. Citam autem expulsionem eius a corpore a tribus fieri verificatores dixerunt: scilicet a rebus proprie: que virtutem habent aut lauatiuam: aut abstersiuam: aut compressiuam.

¶ Et ex lauatiuis qdem sciuisti ꝙ aqua ca. frãgit & transmutat audaciam medicĩe. Et ex eis est aqua ordei: & mucillago psilii: & semĩs citoniorum. Et ex abstergentibus est zuccarũ rubeum & mel: & aqua passularum & secaniabin & similia. Ex comprimentibus vero sunt citonia & maciana; & pira: & mastix: & mirabolani: & similia.

¶ Inqt Ruffus. interest audaciam medicine violẽtis expellere: & ꝓprie eius cuius difficilis est expulsio: vt supra eã: & ꝓprie qñ eius expulsionẽ q̃rit aliquã ex mucillaginibus bibat secundũ ꝙ exigit dispõ & ꝓprie cũ aq̃ tepida: & oleo amigdalino pauco: & post duas horas aliquam ex cõprimẽtibus sumat. Sic enim medicine virtus expellitur tota nõ dimittẽs vestigium. Et dixit Galie. Verificatur aquam calidam lauatiuam: atq; mundificatiuam virtutem habere: atq; solutiuu; & omnẽ adherentiam remouere. Frigidam vero ꝙ in villis adherent viscerum compingere. Dicit Ioannitius. Aqua lactis caprarum cum melle & pauco sale est mũdificatiuũ bonum expellens omnis medicine vestigium.

¶ Canon secundus.

DVctuum aũt & membroru; expulsionis: coadunamus confortamusq; virtutes: & ꝓprie in retinendo cu; rebus bene redolentibus: & stipticitatem & constipationẽ facientib⁹: & coangustionẽ porrorũ ex qbus materie manãt: ministrãdo ea in melioribus modis administratiõis: & ẽt p clysteria si op;: & necessitas cogit debere p clysteria adiuuare.

¶ Et res

¶ Et res cōior in qua aggregātur multe ex intentionibus re memoratis est mastix. In ea enim est virtus partiū coadunationē faciens & confortationē. Inquit enim Hamech. Si tribuantur masticis.ʒ.ii.aut.ʒ.cū succo citonioru͂ expellit virtute sua cōpressiua residuum medicine demu3 stringit. & si stomachus & venter oleo rosato calido inquātum pati poterit inungatur·deinde puluis masticis & galle aut rosarum desuper aspergatur īuenitur mirabile. & dixit iterū Hamech. ℞. dragaganti assati.ʒ iii.vsq3 ad.iiii.& decoque cū lacte dulci aut acetoso sicut te inuitat necessitas & bibatur. Est enim ad illud mirabile.& ex eis ēt que experta sunt.est vt granorum nasturcii.aн̄.ʒ.ii.vsq3 in aureos.ii.torrefiant:& impinguentur decoquēdo cū succo citoniorū aut myrtorū & ꝓpinetur est em̄ vltimū ad illud & ꝓprie si non cōteruntur.destruitur enim viscositas eorū in cōtritione.coriādro aūt vtere qn̄ q̄ris ingrossare materias & cōpingere:et luto sigillato:et sanguine draconis:qn̄ excoriationē esse credis:& spodio qn̄ dolores pungitiuos sedare intendis & acatia & sanguine draconis:& charabe:cum oportet fluxum sanguineum sedare. & succo barbe hyrcine qn̄ vene & ductus laxi refundūt materias ad intestina:& adipibus in puncturis & intestinorum mordicationibus & ex excoriationibus eorum.& mucillagine psilii in expellendo residuum medicine & rebus narcoticis qn̄ stupefactio queritur somnus & materierū ingrossatio:sed hoc in fine rei tantū qn̄ oīa iam non cōtulerint & in desperatione & in magnis causis & timorosis proprie.
¶ Matres aūt medicinarū aggregantiū in se virtutem cōstipationis & coadunatiōis:& cōfortationis:& retētionis sunt mastix rosa:& semen eius & xiloaloes crudum & balaustia acatia et succus barbe hyrcine & galle et gummi & lutum sigillatum & spodium et grana granatorū: & sumach et ameos & semen portulace et fructus tamarisci & coriandru3 semen arnoglosse : & folia et grana myrthi & ciminum infusum in aceto:et torrefactū:et anisum infusum sil'r : & cortices thuris:et coagulu3 leporis:et sanguis draconis & grana nasturtii assati:& gallia:et fructus rubei:et similia.
¶ Et sunt

¶ Et sunt ex cōpositis quidē quibus etiā uti necesse est & exi git ea hmōi dispositio: sicut est zuccarū rosatū cū mastice: & gallia: & confectiones ex citoniis facte & alia.

¶ Et ex eis q̄ eligimus nos est electuariū diaciminuȝ hoc ꝙ est ex intentione nostra: ꝙ abscindit fluxum vētris operatione catartici: cum significationibus frigiditatis & confortat uiscera & calefacit ea uentositatē si quidem dissoluit & carminat: fluxum quidē et uentositatē emorroydarum sistit.

¶ Accipe ligni aloes spice gallie muscate ciperi calami aromatici. añ. ʒ. ii. cimini carmeni in aceto infusi die ac nocte & torrefacti. ʒ. iii. seminis porci torrefacti. ʒ. i. & ß. emblicoruȝ infusorū in succo citonioꝝ & tostorum. ʒ. ii. et. ß. granoꝝ nasturtii torrefactorū. ʒ. vi. granoꝝ passularū. ʒ. v. granoꝝ myrthi tritorū sicut alcohol. ʒ. xvi. balaustie concularū adustarū thuris. fructus tamarisci. añ ʒ. ii. & ß. ameos. ʒ. iii. terātur oīa sicut alcohol & refrangantur in uino odorifero: deinde exiccentur & refrangantur iterū cū aqua citonioꝝ aut aqua granorū myrthi: & hypoquistidos: et exiccentur. deinde ꝑmitte siccari super uase uitreato: iterū terantur & inuoluantur mī ua & sit dosis. ʒ. iii cum syrupo citoniorū: aut myrtino.

¶ Trocisci ad fluxum.

Confectio trociscorum ex inuentione nostra vltimorum in intentione hac & qn̄ fluxus est cronicus. ℞. balaustiarum corticum glandiū infusorum in aceto & torrefactoruȝ. & sumach & granorum myrti et hypoquistidos. añ. ʒ. ii. cimini carmeni & gallarum infusarum in aceto & torrefactarum: & capitum et gallarum infusarum in aceto & torrefactarum: et capitū granatoruȝ: & fructus tamarisci: et macis & xiloaloes & gallie. aromatice & masticis et spice. añ. ʒ. i. seminis acetose gūmi & boli & granorū passularū torrefactorū. añ. ʒ. i. & ß. granorū coriādri infusorū in aceto et assatorū. ʒ. ii. fac trociscos. ʒ cū uino pōtico. & sit dosis trociscus unus cū syrupo citoniorū uel aliquo ex robub stipticis.

¶ Electuarium.

Electuarium abscindens fluxum uentris operatione cartartici cum significatiōibus caliditatis. ℞. granorū myrthi

thi tritorum sicut puluis.ʒ.xii.rosarum spodii sumach san/dali albi & rubei.& citrini balaustie gummi.an̄.ʒ.i.ß.granorum granatorum acetosorum assatorum.ʒ.vii. coriandri in/fusi in aceto & assati.ʒ.iiii.seminis acetose: seminis planta/ginis: seminis rose.an̄.ʒ.i.Fiat horum omnium contritio bona & refrangantur cum succo agreste & exiccentur. Vel cuȝ succo myrthi & aceto.deinde inuoluātur cum miua facta ex succo citoniorum & aceto: et sit dosis eius.ʒ.iii. cum syrupo citoniorum acetosorum. ℭ Trociscus.

CONfectio trociscorū.quos cōposuimus nos quorum iuuamentum est magnificū ad fluxum uētris & excoria/tionem intestinorū.accipe spodii ʒ.vii.rose. seminis earum achatie balaustie: sanguinis draconis.an̄.ʒ.ii.et.ß.semīs acetose.ʒ.i.&.ß.berberis carnis sumach: seminis plantaginis seminis portulace assati.an̄ ʒ i.& sextam.ʒ.vnius gummi assati.ʒ.i.fiant trocisci.ʒ ß.da cum aqua sauich.

DImach bonum conferens ad fluxum uentris & debili/tatem stomachi: & epatis et uiscerum sanum exptum. ℞ achatie. sumach hypoquistidos.galle laudani calami aromatici: rose & seminis eius sandali albi & rubei gallie mus/cate ramich masticis xiloaloes spice olibāi costi myrrhe.cy/peri absinthii.an̄.ʒ.ii.fiat eorum trituratio bona. Deinde accipe succum rose.foliorum myrthi.foliorum raffani.aque rosa.& uini pontici.an̄.unciam.i et.ß.submerge in eis calefa/ctis die ac nocte tortellarum de seni.ʒ.iii. dactilorum sicco/rum xii.numero.gummi assati.ʒ.v.miue uiscose bone.℥.iii. fac omnia decoqui lento igne usqȝ dum mellis spissitudineȝ habeant. post hoc aggrega cum puluere rerum supradicta/rum & tere diu in mortario usqȝ dum fiat totum viscosum: deinde line ex eo super pecia & suffumigetur cum xiloalo/es: et cum eo epithimetur.

ℭ Dimach aliud bonuȝ.

ACcipe rosarum et seminis earum pulpe sumach: san/dali albi & rubei spodii sanguinis drachonis: charabe balaustie: galle: achatie hypoquistidos: gallie muscate cor/ticum mandragore; capitum granatorum.an̄.ʒ.iii.cāphore.

ʒ.i.& tertiam.ʒ.vnius tere & fac puluerez.& accipe succi extremitatum vitis.ʒ.ii.succi & aggreste.ʒ.ß.succi extremitatũ myrthi & aceti.añ.ʒ i.infunde in eis sauich ordei die ac nocte.ʒ.iii.gummi.ʒ i.granorũ myrthi tritorum:sicut alcohol.ʒ.ʒ.& misce cũ eis miue & acetose.vncias.ʒ.et decoque igne leui.vsqz dum habeat viscosaz spissitudinẽ.deinde aggrega simul cum speciebus in mortario:et cõtunde donec pmisceantur et line ex eo sup peciã & suffumigetur cũ xiloaloes & epithimetur cum eo quoniam sanum & experrum est.

¶ Clysteria quoqz fiant si necessitas vocat ad hoc et exigit dispositio cũ rebus que aggregant intentiones quas scis.clystere iuuatiuũ valde.℞.butyri.ʒ xxx.sanguinis drachonis.ʒ.iii.vel plus vel minus ₰m ꝙ necessitas cogit.

¶ Canon tertius.

CОnuertimus quoqz medicinam ad contrarium fluxus ventris cum balneis & fricationibus & sudorem prouocantibus & cum diureticis:& vomitum inducentibus cũ ventosis & ligatione et constrictione extremitatum dolorosa et vniuersaliter cum omnibus que medicinam ad exteriora mouent & faciunt eam diuertere a viis prime expulsiõis: quoniam hec res est magis necessaria.

¶ Balnea autem & fricationes in eis sunt ad hoc cura magna & beneficium efficax speciale.et proprie facta ex aquis dulcibus vigoratis cum rebus que poros dilatant et corpus confortant qualia sunt camomilla absinthiuz sansucus folia citri & similia.

¶ Debiles autem in arte cum stipticis balneant ignorantes quoniam coartant:& materias et fumos interius conuertũt & hoc fit causa maior ad fluxum immo si tua magnifica intentio dilatare poros:& trahere ad exteriora quantum possibile est.sic enim fiet materierum euaporatio & acutorũ fumorum exclusio:fac ergo egrum sudare in balneo : aut cum vapore aque calide.

¶ Et vtere fricatione post fricationẽ prius leui:deinde acriori vt pati poterit vsqz dum multum sudet. sudor autem sepe & sepius abstergatur vt non obstet egressui sudoris alterius

aut vaporis

aut vaporis parati excludit. opponitur eñ poris diu retẽtus sudor: absterſus uero facilẽ facit alterius egreſſionem Fricationes etiam in extremitatibus multum conferunt.

¶ Vulgares aũt & qui non sunt artis periti cõmuniter hos & illos post medicinam balneant.

¶ Ignorantes ꝙ balneũ ad exteriora trahit: quẽadmodum Gal. dixit. & ignorantes qm̃ opponũtur residue materiei motui que iam in neceſſitate posita erat cuꝫ virtute pharmacie recipere parate ad vias expulſionis: reuocando illã virtuteꝫ balnei ad mẽbra: tunc quidẽ facile erit iuuare vt habilius reperiret vel saltẽ exolueretur. Nunc aũt difficiles: ꝓpterea si cõfiditur ꝙ virtute balnei fiat expulſio ad exteriora et ignobilia nõ minus est error. fit eñ trãsmiſſio ab ignobilibus ad ignobilia per nobilia. i. ab intestinis ad cutem per venas. Preterea natura melius ex propinquioribus ducit viis & maxime conuenientibus. & inquit hyp. materia q̃ꝫ euacuare oportet educenda est per partem ad q̃ꝫ magis declinare videtur: & proprie si sit conueniens: errant ergo indifferenter balneantes post aſſumptũ pharmacum faciunt enim cadere in oppillationes & egritudines cutis.

¶ Et ẜm veritatem qdem nõ est congruũ balneum post medi. niſi qñ purgatio ſupfluit. cõfert enim tunc ad ventrẽ stringendũ. In balneo vero postq̃ꝫ diu sudauerit cõfortantia tũc & restringentia tribue. sic enim aggregas intentiones duas bonas. Namqꝫ preparas ex vno eorum ne viscera laxa materiam recipiant. Et ex alio materias eorũ ad oppositum cõuertis. Quod si hec nõ contulerint carnes eius & corpus totum in balneo pannis lineis in aqua infusis: diu verberetur ex omni parte vſqꝫ dum cutis rubeat & infletur: deinde fricetur vt sudet. sedere autem in balneo super lateres calidos: aut lapides leues & raros: & calefacere cum eis latera et ventrem & renes: ad hoc multum confert. extrema vero instititis ligentur & comprimantur compreſſione dolorosa sic quoqꝫ materias ad contrarium fluxus ventris conuertes.

¶ Diuretica quoqꝫ & vrinã ꝓuocantia hm̃oi etiã intentiõis sunt. inqt eñ hyp. in apho. si qs in nocte multũ vrinet mio·

rat eius successus: & dixit humain. Pluralitas sudoris & vrine pluralitatē egestiōis resecat. & illud ideo: qm̄ materie ad alias partes repunt q̄ȝ ad intestina: īmo trahūtur ab ītestinis & a concauitate epatis ad renes vel cōcauitates membroruȝ derelinquunt feces siccas in intestinis tardioris egressionis.
¶ Adhuc etiam vomitum prouocare est causa huius. Inquit enim hyp. Fluxus ventris interdum vomitui: & uomitus fluxui causa curatiua est & dixit Humain. Illud ideo est quoniam ex hoc ad oppositū: & diuersum eius attractio fit: quod causa illorum erat.
¶ Huius aūt intentionis sunt vētose: si sub hypocondriis & in uentre & lateribus & renibus ponantur.
¶ Ligationes quoqȝ & cōpressiones & fricationes extremitatum: sunt etiā huius generis. & ꝓprie incipiēdo ab assellis & inguinibus: & descendendo ab eis.

¶ Canon quartus.

LAboriosam aūt agitationem & influctuationem in corpore sedamus cum quiete & somno. Inquit enim hyp. Cum abscindere volueris fluxuȝ p elleborū inductū & multiplicatum p̄cipue quietem & somnum. Inquit heb. me. dico quietem corporeā. s. & animalē cū administratione celebritatis obiectorū sensuū. somnus etiā inducēdus est muliebris cum canticis somniferis: & melodiis: & omni arte organica & rebus somniferis: & omni re q̄ curat saphara. & scito ꝙ somnus & ꝓfundatio in eo est ex maxime sedantibus agitationes oēs & quies similiter. Nāqȝ subdit hyp. stare em̄ agitationē sedat & ad hoc argumentū sumitur ex nauigatione qm̄ motio agitat corpora. cibi autē & potus in dispositione hac omni modo rescindēdi sunt nisi sincopim: & casum uirtutis timeas. addunt enim ad agitationē & non minuunt.

¶ Canon quintus.

PRincipium omnis intentionis est regimen animam dilatans & confortans cor ꝭm administrationeȝ omniū sex rerum quas scis. locentur ergo in domo temperati aeris non frigidi. Frigus namqȝ concludit humores ad interiora: cum sit eos ad exteriora extrahere res magis necessaria. nec calidi. Resoluit

di. Resoluit enim & debilitat: & elige ex cibis & potibus & aliis omne quod cõfortat cor: & animam dilatat: & nos plene dicemus illud post.

¶ Canon vi.

Compingere autem & stupefacere est ultimum ad quod initi debes & proprie tunc quando oĩa iam non cõtulerint: & res est posita sicut in desperatione: tũc quoq; super narcoticis presumendum est: & medicamentis fortibus sicut est tyriaca & philonium & similia.

¶ Componunt aũt rem magni erroris a principio curantes hmõi cum narcoticis. est enim cum eis curatio mendosa propterea ꝙ ingrossant & cõgelant materias: & fit retẽtio falsa: & redit fluxus & ꝓrumpit: & post tempus non diu extensuȝ disruptior q̃ fuerat prius: immo sicut regurgitãs cũ vestigiis congelationis & mortis. Verum curatio uera est abscisio cause facientis fluxum & coadunatio & confortatio membrorũ & uirtutum eorum sicut iam diximus.

¶ At uero quãdo necessitas inuitat & proprie qñ omnia nõ contulerint: presumimus super narcoticis.

¶ Et proprie rectificatis ſm modos & conditiones quibus emendantur nocumenta que ex eis timentur.

¶ Timentur aũt ex narcoticis nocumenta plura. sunt enim oĩno cõtraria rei uite congelantia & stupefaciẽtia & mortificantia: & nuda quidem magis adhuc magis recentia.

¶ Ars uera & societas regunt eorũ nocumẽta & remouent. Verũ trium intentionũ res admixte eis ipsaruȝ operationes bonificant. Primo uero socientur eis que resoluunt & aufferunt q̃ ex narcoticis ꝓuenit cõgelationem sicut uerbi gr̃a. Recte miscenť eis castoreũ: & pip: & crocus. sunt eñi hec tyriaca narcoticoꝝ. sed piper & castoreũ faciũt ad resoluendũ & carminandũ magis. Crocus uero maturat & sedat uirtutem narcotici. scd'o uero cũ eis que virtutes confortãt & spũs reparant miscemus sicut recte miscemus eis ex cordialibus & stomaticis: rebus que cõferunt rei uite. sicut spica proprie & doronici: et zedoaria: et similia. tertio opȝ vt socientur eis que sistũt et sedãt: et stringunt agitatas & reumatiȝatas ma

terias fluẽtes de pte in ptes sicut ẽ myrrha ꝓprie: & olibanũ & sandaraca & siſ'ia. sic eni3 narcoticoꝝ iniqtas reprimitur.

¶ Verũ si excusari põt non propinari est melius: sed si excusari non põt melius est vt non potui dẽtur: sed administrare in emplastris tm̃ est melior cura vel saltem in suppositoriis & enematibus: si parum in empl'is contulerint. & si cogeris propinare potui: fac cum timore & cautela. & dare ea antiquiora est minoris nocumenti. maturatur enim & digeritur cum rebus permixtionis virtus narcotici.

¶ Et dare in sero ante somnum est melior horarum q̃ꝫ dari possunt quoniam inducunt somnum: & sciuisti quoniã somnus agitatiões sedat & sunt qui dant in mane & proprie qñ vigilie non adsunt. Prologant enim necessitatẽ surgendi ad sellam: sedando mordicationem. Et omnino caue ne dederis supra cibum & caue ne dederis ea corporibus abundantibus neq3 dederis ea corporibus impuris: sed post mundificationem potius.

¶ Et vita exhibitionẽ eorũ diebus cõtinuis immo interueniat inter tempus: & tẽpus exhibitio rerum confortatiuum vt saluetur thesaurus. Et scito ꝙ nocent oculis: & sensibus & tibi superest ministrare cautelam ne noceant: & fac exhibitionem eorum quantitatis pauce que virtus nõ ledatur. Melior enim est iteratio q̃ꝫ multiplicatio.

¶ Et insultibus quidem melior horarum est ꝑuenire horam ipsorũ. & qñq3 dare oportet apud fortem cõmotionem eoꝝ sicut in colico dolore vehementi. & dixit Gal'. In colica qdẽ vehementi qñq3 maioris necessitatis est cura mendosa: que est stupefactio. proprie apud forte3 cõmotionẽ doloris eius q̃ꝫ cura vera: ne virtus resoluatur & cadat.

¶ Ponamus aũt aliquas ex medicinis narcoticis: quas elegimus vtiles in hoc capitulo.

¶ Medicamẽ quod scripsit israelita fortis stipticitatis cõferens ad fluxus medicinales ad alios fluxus ventris bonũ & exptum. ℞. olibani. ʒ. i. coaguli leporis. ʒ. ii. opii. ʒ. i. gallaru3 ʒ. iii. fiant ex eis trocisci. ʒ ß. & fit potio eorũ vnus. Cõfectio pillularũ filii zezarbona ad fluxũ vẽtris: & reumatizatiões

viscerũ

viscerū.℞.bdellii sandarace opii thuris minuti:myrrhe croci.an̄.fiant pillule sicut cicer:& da in sero.iii.aut.v.

sufficit: post hec dimitte eos per diem unam super tabulaȝ: & exprime aquam eorum & submerge eos in aqua mellis per dies duos dimitte eos: tunc coque eos lento igne & post ꝙ cocti fuerint: reconde eos in uase uitreo & da post sex mẽses. Ars autem in humectanto eos auxiliatur hoc modo. Infundantur in aqua plurima & exponantur radiis solis per dies. viii. deinde accipe magnum uas sicut dolium uel salteȝ fiat fouea in terra in loco humoroso: ut inter multam arenã humidam: disiunctim sepeliantur sepe ac sepe aquam desup infundẽdo: & innouãdo arenã: de tertio in tertiuȝ diẽ: usqȝ dũ tumefiant & humectẽtur. Hic erit modus humectationis coruȝ. (Posse). Mirabolani sunt ex rebus que faciunt vtentes se iuuenescere: & acquirũt eis colorem bonum & bonitatem odoris oris & sudoris. et generant gaudium et hylaritatem: & confortant stomachum: cor: & epar: et conferunt tremori cordis: & confortant et preparant & mũdificãt stomachum: & conferunt emorroydibus et extingunt inflãmationẽ colere. Sed citrinorum operatio in hoc est precellens. Ipsi enim solutione educunt eam & cõferunt complexiones calidas habentibus. Et eorum fricatio cuȝ aqua agreste: aut aqua rosata: aut succo feniculi abstergit oculum & aufert super calefactionem eius. & facto exinde alchol stringit lachrymas & confert mollificationi oculorum. et cõferunt tertiane: & febribus colere. & contriti quidem cum mastice: sanant ulcera: & desiccant ea. chebuli quoqȝ solutione educũt flegma: & addunt in ratione et clarificant uisum: et proprie cõditi: & mundificant stomachum et confortant ipsuȝ: et cõferunt hydropisi: & febribus antiquis. Nigri autem in dissolutione educunt melancoliã & coleram adustã: et cõferunt melancolie: & tremori & clarificãt colorẽ et cõferunt lepre & remouẽt tristitiá & cõferũt quartane. (Dosis.) Potio citrinoruȝ tritorũ est a.ȝ.ii. usqȝ ad. v. & infusorũ. a.ȝ v. usqȝ ad xx. et potio chebuloꝝ tritorũ est. a.ȝ ii. usqȝ ad iiii. et infusoꝝ a.ȝ. iiii. usqȝ ad. x. Potio indorũ est sicut chebulorũ. Ille aũt ꝗ sumit eos timeat boreaȝ superbiẽteȝ. Et pisces abhorreat.

¶ De emblicis. Cap. iii

Emblici sunt

¶ De simplicibus.

EMblici sunt ex medicinis confortantibus stomachum: & cor & epar et uiscera. (Electio.) Meliores ex eis sunt habentes frustra grossa & densa: & grauia: et qui minus cres cunt in ossibus: et plus in carne. Rari quoq3 non habent spi ritum (Complexio et proprietas.) Sunt complexionis parũ frigide & sicce in primo gradu. Et ipsi sunt confortatiui mẽ brorum laxorum: & coadunatiui partium eorum & sunt de extinguentibus calorẽ in stomacho & epate. (Rectificatio). Emblici nutriti sunt maioris operationis & minoris corru gationis sunt. Modus nutriendi emblicos. Accipe ex eis q̃ti tatem quam uolueris & submerge in aqua & expone soli us q3 dum tumefiant & humectentur: & post exprime & pone in aqua mellis & per dies duos dimitte: deinde coque cu3 fe licitate: & postq̃ cocti fuerint dimitte paru3 refrigerari et ad de cum mellis tabarzet. sicut quartam partem totius: & re conde Et quidam supercondiunt cu3 speciebus aromaticis & confortatiuis: sicut in cynamomo & xiloaloe & gallia & & cardamomo et croco et similibus. Et modus faciendi se remblac. Infunde emblicos in lacte dulci: & mutetur super eo lac mane & sero: & hoc per triduum et exiccentur in ven to & in umbra et recordantur. (Posse.) Solutione educunt flegma: & sunt ex rebus ualde confortantibus cerebrum & neruos: et augent intellectum: & confortant cor et confe runt tremori eius & mundificant stomachum a flegmate & putrefactione: & cõfortant ipsum & preparant et sedant fu rorem in eo: & auferunt sitim: et addunt in appetitum & se dant vomitum. (Dosis.) Eorum tritorum potio est ab aur̃. i. vsq3 ad iii Infusorum ab aur̃. 3. vsq3 ad. vi.

¶ De belliricis. Cap. iiii.

BEllirici sunt ex medicinis bñdictis. Expectatur eñi per eos cõfortatio. (Electio.) Meliores sunt grossi: & spissi põderosi: et dẽsi cortice. (Natura.) Frigidi sũt in primo: sicci ĩ secũdo. (In posse) aũt & ꝓprietatib⁹ aliis sũt sicut emblici.

¶ De reubarbaro. Cap. v.

REubarbarũ est ex medicinis benedictis & solẽnibus in quo aggregãtur multe ex intentionibus: que querũtur

in re

in re faciēte mūdificationē: quas postea dicemus. (Electio.)
Ex speciebus rauet aliud est quod nascitur in india: & ē ra/
uetsceni: & aliud est rauet barbarū: & aliud ē rauet turkiū.
Et melius eorū est rauetsceni. Post illud in bonitate ē barba
rum. Et minus in bonitate est turkiuz. Et laudatur magis ex
eis: quod est subnigrum declinans ad rubedinem. Quod est
graue cū raritate sua. Et in quo ēt in confractis suis īuenitur
disgregatio ex ruffo & glauco. Et quod est crocee tincture. et
ꝙ est recens & non p̄termittas: quin scias quod in ipso cadit
de adulteratione. Accipitur em̄ ex eo integre sicut est quanti
tas magna: & submergitur in aqua p dies. v. & dimittit aqua
illa siccari: & fiunt inde trocisci: et sunt ipsi medicina reguz.
Reubarbarū vero siccatur & vēditur sicut est qđ iam pdidit
aīam. Et cognoscitur qm̄ illud in quo nō cecidit adulteratio.
est rarū & minoris stipticitatis: & est crocee tincture. Adulte
ratū uero habet contrarium horū & varietatē quaz habere
debet in confractis suis amisit: īmo subnigrescit in eis. (Cō/
plexio) & ꝓprietas. Calide cōplexionis est & sicce in secūdo
gradu & dicitur ꝙ est in primo. Sed illud est verius. Cōuene
runt aūt in pmixtione eius aqueitas & terreitas dantes ei sti
pticitatē & substantiā: et aereitas dans ei raritatē substantie
et est in eo igneitas pficiens: qđ per astionē eius in terreitatē
ipsius ipm fecit esse amarū. Verū terreitas est ꝭm profunduz
eius. Et igneitas est in superficie ipsius. Quapropter infusio
separat inter substantias ipsius. Et cōplexio operationis so/
lutionis in oppilationē per ipm est per dn̄ium calidi in supfi
cie eius. Et consecutio contractionis per ipm est a substātia
sua terrea stiptica (Rectificatio). Non est in eo nocumentuz
apparens. Et datur in omni tēpore. & in omni etate: ita ꝙ ēt
pueris & p̄gnantibus. Et de elegātioribus & melioribus que
iuncta cū eo magnificant operationē eius: est aqua lactis &
ꝓprie quod sumptū ē ex capris & similiter magnificatur in/
fusio eius in aqua endiuie & apii pri⁹ bullitis & colatis. Aut
in aqua plantaginis. Et non p̄termittatur quin cadat in socie
tate sua spica. Est enim proprii iuuamenti cum ipso. Neq; p̄/
tereas additionē modici uini albi odoriferi & clari infusio/
nibus

nibus eius & proprie qñ in emendatione oppilationũ pro/pinatur. Et scito ꝙ in adulterato non remãsit aliquid de virtute solutiua de quo sit curandũ. Et eius quidem quod purũ est: infusio competit qñ solum queritur abstersio & solutio: & oppilationũ apertio. & ipsius contriti exhibitio: qñ queritur vt post illam in visceribus vestigia contractionis remaneant. Verum ex eo ꝙ assum est: vehemẽtius fit illud. & adhuc vehementius ex adusto & quod ex eo ẽ purus. sustinet quod oportet de contritiõe meretur. In raro aũt & laxo vehemẽs contritio resoluit virtutẽ. Decoctio ẽt similiter resoluit in eo virtutem qualemcũq; fit: (Posse). Solutionẽ educit colerã & flegma. Et maior eius proprietas est mũdificare & confortare epar: & stomachũ. Et conferre doloribus pungitiuis eorũ & viscerũ: & clarificare sanguinẽ: & auferre oppilatiões & morbos: quorũ mater est oppilatio sicut ydropisim: & icteriam: & grossiciem splenis: & febres oppilationũ & similia. Ex parte substantie sue proprietas est ei: conferre sputo san/guinis & manationi eius vndecũq; fit. Et conferre casui & ꝑcussioni & sanare rupturas intrinsecas & extrinsecas: & ꝓ/prie eius. ʒ. i. & mumie grana duo: & rubee tinctorũ granuʒ vnum & mediũ cuʒ vino stiptico: & est dosis vna. & confert inunctio olei eius cõcussionibus & cõtractionibus lacertorũ & doloribus eorũ. & ip̃m q̃dem est medicina singultus: & ẽ medicina bona dissinterie: & ꝓprie quod ex eo est assum & bibitum cũ succo plantaginis: & pauco vino stiptico: & confert febribus periodicis: & febribus oppilationũ. et febribus antiquis. (Dosis). Potio eius infusi est. añ ʒ. ii. & . ß. vsq; ad. x. & potio cõtriti. añ. ʒ i. vsq; ad iiii. & ip̃m cõseruatur ꝑ annos tres vel quattuor. & p̃seruatur a putrefactione & corruptiõe si superliniatur ei cera & terbẽtina liquefacte: aut cera sola: aut si sepeliatur in melle tabarzet aut si sepiliatur in psilio. Aut in milio cõseruatur enim esse ipsius ex tẽpore extenso.

¶ De cassiafistula. Cap̃ vi.

Cassiafistula est de medicinis: in quibus est fiducia iuuamentorum & est sine nocumẽto carens acuitate & mordicatione: & omni excessu ledẽte super cuius exhibitione p̃/

sumitur in oi etate: ita q pueris & pgnātibus. (Electio). Electio eius cōstat in sex pprietatibus. Vt sit arundo eius grossa plena splendens & multi ponderis. Et si pulpa eius splendēs & pinguis: & austa ex arūdine cōseruata in vasis pigritatur. (Cōplexio) & pprietas. Est equalis declinās ad latus ad caliditatis. & est hūida in primo gradu: & est lenitiua: resolutiua: clarificatiua sanguinis: sedatiua acuitatis eius: & colere rubee. (Rectificario). Non est in ea nocumentū apparens pter q nocet debilia hñtibus viscera & lubrica. remouētur ab ea hoc nocumentū in pmixtione mirabolanorū & reubarbari cū ea. & aqua masticis: & spice cū ea. simil'r est medicamē bonū. Et qñq; necesse est ei lubricitatē addere & pprie in desiccatione viscerū. Quare sapientes admiscuerūt cū ea oleū amigdalarū dulcium. diuretica quoq; faciunt ea; declinare ad vias urine. quare necessaria est eorū permixtio: qñ oportet mēbris secunde expulsionis cōferre. & ipsa est de tarde & debiliter solutionē facientibus: ppter q miscenda cū ea sunt quedā ex rebus acuitatem hñtibus sicut alhasce & ysopus. Vigorant eñ eius solutionē Et magis adhuc siccum qbusdā ex ventrē soluētibus misceatur. Et ipsa quidē cu; aqua caseī est nobilis operationis. (Posse). Mundificat sanguinē & cōpescit oēm acuitatem. & sedat sitim & proprie cū succo endiuie: aut solatri aut tarassacon in qbus aduenit iam depuratio ꝯm artem. & ipsa quidē mundificat stomachū & educit coleram: & flegma: & operatur illud sine nocumēto & excessu. caret enim mordicatiōe & ipsa quidē lenit pectus: & guttur & resoluit apata acuta in eis: & cōfert calefactioni renū sumpta cū diureticis: & infusione liqritie: & phibet generationē lapidis in eis: & confert febribus calidis.

¶ De tamarindis. Cap. vii.

Tamarindi sunt dactili acetosi: & sunt ex fructibus palmaru; silueſtriū in India. Ipsi quoq; sunt ex medicinis nobilioribus: in qbus nō est excessus. (Electio). Laudantur in sex pprietatibus. Vt sunt nigri: non uere nigredinis cū luciditate: & teneri. Et mixti cū uillis que sunt sicut radices & sunt recentes: & pingues absq; desiccatione: & sunt cū dulce

dine

dine acetositatis pauce vini puri nõ pmixti. & sunt ex adul/teratoribus q eos falsificant cũ carne prunorũ. Sed deoccultat falaciam nigredo sine luciditate in ipsis. Et qa sunt humorosiores & qa in eis est odor & sapor prunorũ. (Cõplexio & pprietas.) Frigide cõplexionis sunt: & sicca in scdo. Et sunt refrigeratiui: extĩctiui & sedatiui acuitatũ & inflãmationũ. (Rectificatio.) Ledunt stomachũ frigidum & debilitant eũ & sunt tarde & debilis operationis emẽdamus nocumentũ q imprimunt in stomachũ: pmiscendo cũ eis aliqd de cõfortãtibus stomachũ sicut sunt spica: & macis & mastix pprie. Et propinatio eorum cũ succo feniculi & apii: endiuie: & tarassacon: aufertur cũ hoc nocumentũ ab eis: & simil'r cũ absinthio. Et infusio eorũ in aqua lactis sumpti ex capris uigorat actionẽ eorum: qui simil'r in succo fumiterre: aut in succo lupuli. (Modus infusionis eorũ). Accipe tamarindorũ quãtitatẽ quã uolueris: & infunde eos in sextuplo eorũ aque casei aut aque trium granatorũ: aut alterius aque cõposite: aut simplicis: & frica manibus & buliant bulitione una. deinde colentur colatione qua fiat exile & clarum. Et qdaȝ addunt cũ eis prunorũ quantitatem eoruȝ & faciunt simile. Et sunt ex dantibus ĩfusionẽ non colatã: qñ magis queritur inflãmationis solutio. Et dant colataȝ qñ magis queritur inflãmationis extinctio & cũ permiscẽtur in infusione eorũ rose: & sandali: & proprie mazuzir: & spodium uigorantur in extinguẽdo. Et ipsi quidẽ sustinẽt de decoctione aliquid mediocriter qñ opȝ. Et supflua decoctio uirtutẽ eorum destruit. (Posse). Solutione educũt colerã: & reprimunt furorẽ eius: & feruorem sanguinis Et cõferunt inflãmationi epatis: & stomachi & sunt medicina sitis & omnis estuatiõis facte ab eis & cõferunt ictericie Et reprimunt uomitũ: & sunt medicina uera febrium acutaruȝ que indigent lenificatione. (Dosis). Sunt debilis operationis propter q potio eorum est ab. ℥ ii. usq ad. v Et ipsi quidẽ conseruantur p annos tres. Verum si accidat eis ut calescant putrefiunt. Et simil'r liquor cadens in eis putrefacit ipsos. Et melior modus cõseruatiõis eorũ est stringere eos in uase uitreato: & ponere in loco recenti.

De manna

¶ De manna. Caplm.viii.

MAnna est ros cadens sup quasdam plantas: & lapides cuius mãna est vapor qui eleuatur: cui accidit digõ: & maturatio in aere qñ est qualis & fecundus letis aspectibus Diuersificatur autẽ ꝭm diuersitates rerum super quas cadit: cadens enim sup lapides est sicut gutte parue que congelantur & fiunt sicut semen. Et cadens super plantas suscipit de virtute plantarum: & est cum permixtione particularum foliorum: & florum. (Electio). Ex ea que cadit super lapides: melior est: que est sicut semen album: et est dulcis et est recẽs Post illã uero in bonitate est que est sub citrina . Fusca uero & cenosa et antiqua est non bona . Et ex ea que cadit super plantas melior est illa que est pauce permixtionis cum foliis: & est subalbida: & recens. Falsificatores aũt ex zuccharo & foliculis : scene adulterant eam cum post tẽpus accidit maturatio: aut mollescit: & liquescit: & deoccultatur fallacia(Cõplexio) & proprietas. Est equalis plus declinans ad caliditatem : & est lenitiua : abstersiua : mundificatiua: & sedatiua. (Recrificatio) . Nullius est excessus. Est tamen ex debiliter solutionem facientibus. Et nos cõfortamus operationẽ eius cum permixtione ysopi cum ea: & alasce et alioruꝫ ꝭm ꝙ in cassiafistuta diximus . Verum ipsa iuncta cum aliis medicinis vigorat earum operationem . Dulcedine enim sua facit eas approximare nature. Ipsa quoqꝫ cocta expedit: & operatur citius Gal. autem ipsum cũ scamonea permiscuit & operabatur cum eis. Et posteriores laudauerunt illud. Et procedentes miscuerunt cum turbith . Et alii presumpserunt alia: & fecerunt conueniens (Posse.). Educit coleram cum facilitate. Et ipsa quidem lenit guttur: & pectus :et ventrem: et est sedatiua sitis (Dosis.). Eius est a.ʒ.vi.usqꝫ ad.xv. Et ipsa quĩdem conseruent per unum annum.

¶ De aqua lactis. Cap̃.ix.

AQua lactis est materia infusionuꝫ: & est ipsa perse medicina bona carens nocumento. (Electio). Melior est sumpta ex lacte iuuenum caprarum : & nigrarum: et bonĩ pastus et recenter fetarum. Post istam in bonitate est que su/

mitur ex

mitur ex ouibus: & laudatur cõsiderata in se: si recens: si boni odoris: & boni saporis: et ꝓprii & nõ extranei: et in qua nulla cecidit corruptio. (Cõplexio) & ꝓprietas. Est calide cõplexiõis & sicce in primo usq; ad secũdũ & est subtiliatiua: lauatiua: abstersiua: p nitrositatẽ suã: et solutiua sine mordicatiõe: & oppilationũ apitiua. (Rectificatio). Fundamẽtum est infusionũ: et p se est debilis solutiõis. Mel quoq; vigorat operationẽ eius. et vigorata cũ lupulo: & flores eius mundificat sanguinẽ. Mirabolani quoq;: et reubarbarũ: & succus rose: et uiole: et tamarindi: et cass afistul et flores fumi terre et semen eius: addunt opationi eius: & soluit colerã rubeaʒ et humores adustos. Et vigoratur cũ chebulis: et ysopo: et alhasce: et agarico: et educit coleram et flegma. Et cũ mirabolanis indis et epithymo: & polipodio solutione melancoliã educit: & humores adustos. Et cũ asaro: et yreos soluit aquã citriniã: & nõ ꝑtermittatur quin in pontibus eius cadat spica: qm̃ eius operationẽ magnificat. Et tarassacon quideʒ & endiuia & cuscute: et lingua arietis: & volubilis: & spica: & reubarbarũ: et absinthiũ: et eupatorium: et asarum: et fumusterre: & apiũ: et feniculus: & amigdale amare: et semina quattuor: et scolopẽdria: et alia de diureticis nota. addũt ei ad oppilationũ apertioneʒ. Et datur qñq; exttacto ab ea butyro qñ oportet cãʒ lenitatis a mẽbris expulsionẽ abscindere: & datur nõ extracto butyro: qñ lenitatẽ in eis acquirere oportet (Posse.) Solutiõe educit colerã: et humores adustos: cũ facilitate: et cõfert manie: et melãcolie: et cõfert oĩb⁹ oppilatiõibus: et morbis oppilationũ: sicut hydropisi: et ictericie: & grossiciei splenis et cõfert febribus colericis: & febribus oppilationũ. Et est medicina bona infectionũ cutis: quaruʒ materia est colera: & humor adustus sicut est impetigo: et serpigo sicca: & pustule: et pruritus: et ulcera mala sicca: et lepra: et similia (Dosis). Eius est ab. ℥. vi. usq; ad librã unã.

¶ De rosis. Cap. x.

Rosa est ex medicinis benedictis: in qua est virtus confortationem faciens: & solutionem & male qualitatis permutationem. Et est ex ea rubea & alba: & de vtrisq; alia

est multorũ foliorum densorum: et crisporũ et alia paucorũ & planorũ. (Electio). Melior est rubea vere rubedinis paucorum foliorũ & planorũ. Et ex albis melior est hũs similiter. Et melior est succus: cuius mater est rosa completa: sicca quoqꝫ melior est in qua nõdũ cecidit corruptio. (Cõplexio) et ꝓprietas. Frigida est in primo gradu sicca in secundo. Diuersarum aũt naturarũ substantie cõposuerunt rosam: inter quas põt cadere separatio distinguens. Cõponitur enim ex terreis partibus: & aqueis mediocribus: dantibus eis stipticitatem et substantiã. Et ex partibus aereis: propter quas est in ea de dulcedine aliqd et aromaticitas. Et ex partibus igneis subtilibus in quibus consistit ꝑfectio & species: dantibus ei amaritudinẽ & luborẽ. Virtus aũt faciens ruborem eius: plus impressit q̃ꝫ amaritudinem faciens. Propter quod in abscissione amaritudinis ipsius que remouetur per solã exiccationẽ eius non resoluitur species. In abscissione vero rubedinis: non plus est rosa q̃ꝫ homo mortuus. Amaritudo autẽ in ea que recẽs est plus est stipticitate ipsius. Et prima operatio eius est propter amaritudinẽ suã: propter quod rosa recens & ꝓprie succus eius: soluit. Cũ aũt resoluitur caliditas dans ei amaritudinẽ propter siccitatem eius manifestatur substantia stiptica constipationẽ faciens. Est aũt succus eius calidus fere vsqꝫ ad primũ gradum: propter expulsionẽ eius a re terrestri & frigida. Est aũt rosa resolutiua cõueniẽs: extinctiua inflãmationum: confortatiua mẽbrorum: coadunatiua partium et cõstrictiua. Et semen eius in hoc est fortius: et similiter pili eius qui sunt in medio ipsius. Et succus eius oppilationũ aperitiuus: & resolutiuus: et abstersiuus & solutiuus. Et sicca quidem est magis stiptica et frigida. & que non est cõpleta ẽ frigidior & stipticior et alba in frigiditate et stipticitate plus est q̃ꝫ rubea. (Rectificatio) Non est in ea malicia: sed est ex debiliter soluẽtibus. Vigorat tñ eius operationẽ aqua casei: si enim succi rosarum. ℥. i. misceatur cum aqua casei: & pauca spica: est solutiuum conueniens & similiter infusio ℥. vi. foliorũ rose in aqua casei cũ pauco melle: soluit sine molestia. Et syrupus factus ex succo eius: lenis est solutionis. Et
ingreditur

Ingreditur succus rose. et ipsa rosa: & similiter oleuз eius in emendatione medicinarũ solutiuarum acutaruз: sicut est scamonea: & euforbium: & similia. Et in succis: vt in mirabolanis et cassiafistula est addendum oleum amigdalinũ: aut rosaceum: aut violaceum: aut sisaminũ: aut omphacinũ. Rose aũt condite cũ melle abstergunt mũdificant & confortãt et condite cũ zuccaro minoris sunt abstersionis: & maioris cõfortationis et stipticitatis. Et aqua earũ que fit per infusionẽ est mundificatiua: abstersiua: & solutiua. et ea que fit p sublimationẽ: est multe cõfortationis: neq; est solutiua propter resolutionem subtilis caliditatis eius in decoctiõe eius. Acetum aũt infusionis earum est medicina bona oĩum inflãmationum: & est diuisiuũ solutiuuз confortandũ. Per albas uero non fit solutio aliqua de qua sit curanduз. Et est in eis de stipticitate plusq̃ sit in rubea. Neq; adhuc sunt similes in cõfortatione ipsius. Et scito q̃ rose non sustinent de decoctiõe aliqd oĩno: & proprie recẽtes. Resoluitur enim ab eis virtus sigillãs abstersionem & solutionem eius:: et deoccultatur virtus earũ stiptica faciens constrictionẽ. Succus uero eius sustinet de decoctione aliqd mediocriter: & acqrit ei subtilitateз & bonitatẽ abstersionis. Oleũ quoq; factũ ex rosis nondũ cõpletis est maioris infrigidatiõis: & stipticitatis cuius melius fundamentũ est oleuз sumptũ ex oliuis nondũ perfectis. Et factum ex rosis in qbus iam aduenit perfectio: est maioris resolutionis cõuenienter: et minoris infrigidationis: cuius melius fundamentũ est oleum oliuarũ mediocrium in maturatione: aut sisaminũ (Posse). Succus eius et aqua infusiõis recentium et cõpletarum solutione educit colerã: & mũdificat sanguinẽ ab ea et uenas et arterias: et cõfert icteritie: & aperit oppilationes epatis et stomachi & mundificat & confortat ea. Et cõfortat cor & confert tremori eius & educit materiam causantẽ eum Et confert colericis febribus. Rosa vero & oleum eius et aqua ipsius per sublimationẽ facta confortant cor stomachũ & epar et coadiuuant partes laxas membrorũ: & cõfortant retentionẽ: et sedant dolores calidos mira sedatione & extinguunt & pmutant malicias inflamma-

tionũ: et sedãt eas. Et sunt ex medicinis dormire faciẽtibus. Faciunt tñ corizã et sternutationẽ. Et obsunt catarris et stringunt vuulã et guttur et confortant ea. et auferunt crapulam. (Dosis). Potio succi rosarũ est ab. ℥. i. usq; ad. ii. cũ zuccaro. Et potio syrupi facti cũ succo earum est ab. ℥. ii. usq; ad. v.

¶ De uiolis. Cap. xi.

Viole sunt medicina tẽperata cõueniens et fit p eaȝ male qualitatis pmutatio et nature solutio. (Electio). Melior est quecũq; est ex primis quã non inuenit calor resoluens uirtutẽ: aut pluuia dissipans. (Complexio) et proprietas. Frigida est et humida in primo gradu: et q̃ est sicca est minus frigida et minus humida. est enim in recente supflua humiditas supgrediens caliditatẽ eius a qua est pfectio ipsius & species. Cũ aũt exiccatur & resoluitur humidũ supficiale ipsius mãifestatur amaritudo eius que est ꝑpter caliditatẽ que fuerat sepulta: & est tunc calida plus: et humida minus. Est eñi in recẽte humiditas supflua ꝑpter ꝙ que est recẽs est solutione educit p uentreȝ lambificando. Que uero est sicca educit dissoluendo. Et ipsa quidẽ est infrigidatiue narcotica: sedatiua dolorum calidorũ extinctiua inflãmationuȝ: et lenitiua: et solutiua. (Rectificatio). Est ex debiliter soluentibus. Et qdã addunt quãtitati earũ medietatẽ ex turbith: et faciũt trociscos: et uigorant cũ hoc operationẽ earum. et quidã addũt scamoneã et ipse quidem et oleũ earum ingrediũtur in emẽdatione medicinarũ acutaruȝ. Succus aũt ipsarũ et syrupus ex illo leniendo soluit. Et uiole sicce educunt dissoluendo. Et ipse quidẽ cõdiuntur cũ zuccaro et melle: sed cuȝ melle sunt maioris abstersionis: et minoris alterationis: et cuȝ zuccaro faciunt contrariũ. Et scito ꝙ viole non sustinent de decoctione aliqd in quo sit supfluitas & succus earũ similiter. Et cor roboratur acetũ cũ infusiõe earũ & fit mirabile in febribus inflãmationis multe & melius oleum earuȝ est cuius fundamentũ ẽ oleũ omphacinũ aut amigdalinũ. (Posse). Solutione educunt coleram & alterant excessum eius et conferũt inflãmationibus oĩbus: et sedant sodam calidam factam a caliditate vehementi & sunt somnifere & faciũt corizam: et lenìunt

niunt pectus et guttur: et conferunt vue: et synanchie. Et earum iuuamentum est magnum apatibus partiuȝ pectoris & pleuresi et sedant sitim et conferunt proprie sicce oppilatiōi epatis. apati eius calido et ictiritie. et sunt iuuamenti magni inflammationis febribus: et sitim per eas. (Dosis). Potio earum est ab ℥. iiii. vsq; ad. viii. et succi earum ab. ℥. i. vsq; ad ii. et syrupi earum est ab. ℥. ii. vsq; ad. iiii. et conditi earuȝ ab ℥. i. & ß. vsq; ad. iii.

¶ De absinthio. Cap. xii.

ABsinthium multiplex est. Sed illud qd̄ intēdimus nūc ē absinthiū romanū. (Electio). Melius est ꝙ est remotuȝ ab odore maris. et ꝙ oritur in terris liberis. et habet folia alba: lenia: et plana. Asperū uero est malū et melius tēpus collectionis est uer. & operationis succi ipsius similiter: & similiter aqua eius. Et melius tēpus collectionis florum est principium estatis. (¶ Complexio et ꝓprietas.) Calidū est in primo: et siccum in secundo & succus eius et flos eius est calidior: accidens ad ſm est autem absinthium compositum ex substantia calida dante amaritudinem et nitrositatem et faciente ipsum apertiuum oppilationum & solutiuū nature. Et ex substantia terrea stiptica per quam acqritur ei vt sit membroruȝ cōfortatiuū et partiū laxarum agregatiuū. Sed stipticitas quidem plus est amaritudine sua. Et adhuc est plus in eo quod est exiccatum. Sed substātia calida magis est in superficie dominans: propter quod sua prima operatio qua obuiat corpori: est super vestigia caliditatis que sciuisti. Et secūda sua operatio est vestigia ex substātia stiptica prodeuntia imprimere: & dixerunt quidam ꝙ educit per ventrem cōprimēdo et recesserūt. (¶ Rectificatio). Nō est in eo nocumētum apparens. Succus tamen eius nocet stomacho ꝓpter bauracitatem suā. Et est debilis solutionis. Et ex rebus adiungendus ei meliorantibus illud est rosa. Et ex uigorantibus eius operationem: est fumusterre: et aqua casei. et spica addit ei bonitates notas & passule: enucleate emendat conditiones eius. (¶ Modus) operatiōis succi eius. Exprime succi eius quantū vis: et proprie in medio veris. et purifica illud ſm modos no

tos & fac siccari in sole uel cinere calido in uase vitreato si/
cut siccatur aloes. Aqua aũt sublimatiõis ei⁹ fit sicut aq̃ rosata
et silia que fiũt in uasis sublimationũ. Absinthiũ aũt sustinet
de decoctiõe mediocriter. (Posse). Solutione educit colerã
a stomacho: & intestinis: et epate. Et extenditur opatio eius
ad uenas: & mũdificat eas humore colerico: et aquoso: et in
terdũ educit ipsuз p uiam vrine. Et dixit Auẽзoar. Solutione
etiã flegma educit. Et dixerũt: alii nõ imprimit opationeз in
flegmate de qua sit curanduз. Et est quasi verius. Absinthium
quoq; pseruat a putrefactiõe: & pprie potus infusiõis eius in
vino aut decoctõis singulis diebus circiter ℥.i.aut.ii. & aque
sublimationis eius silr. Et prohibet pannos a tineis et uermi
bus. Et confert iuuamentũ magnũ contritioni: & contusioni
mẽbroruз. & pprie cũ melle: aut calefactuз cũ uino et pauco
cimino. Et si in uino aut aqua decoctionis eius & radicum
cucumeris asinini infundatur spõgia. & exprimatur et lige/
tur cõprimẽdo sup tpa: cõfert emigranee. Et oleũ ex eis factũ
silr. Et uaporatur auris ex aqua decoctionis eius: aut vino:
& cõfert dolori auris et tinnitui et surditate. Et cuз abluitur
os cum aceto decoctionis eius remouet fetoreз oris a putre/
factiõe gingiuarũ & partiũ eius: & vinũ decoctionis eius et
corticũ citri: & aqua sublimatiõis ipsius: confert fetori oris
pter reз putridã que est in stomacho. Succus autẽ eius cum
nucleis persici interficit vermes in aure. Et absinthio quoqз
& fumoterre et passulis sine interioribus: et mirabolanis ci/
trinis fit potio bona: ad pruritum et scabien. Ipsuз quoqз sto
machum & epar corroborat. Appetitum mortuum excitat.
Oppilationes aperit & morbos oppilationuз curat sicut icte
ritia: & hydropisis. vermes interficit et educit et proprie ele/
ctuarium factũ ex eo in hunc modum. Accipe absinthii.℥ ii.
euphorbii.ʒ.i.&.ß.cornu ceruini adusti.℥ ß. mellis q̃tum suf
ficit. Confert etiã absinthiuз iuuamentũ magnũ febribus lõ
gi tpis: & febribus oppilationum (Dosis). Quoq; ipsius de
cocti: aut infusi. Potio est ab ℥.v.usq; ad.viii.et pulueris eius
a.ʒ.ii.vsq; ad iii. & succi a.ʒ.iii.vsq; ad.iiii.

De sticados. Cap.xiii.

Sticados

STicados quod medici laudant est sticados arabicum: & est planta foliorum subtiliū oblongorum hñs stipitem subtilem cinericium: cuius eleuatio super terram est in mensura cubiti: & hȝ flores assimilantes spicis siliginum: sed sunt breuiores sine semine. (Electio). Melius est arabicum & melior ps plante eius et flos: post hūc folia. (Cōplexio et ꝓprietas.) Calidū est primo & siccū in secundo. Et est cōpositū ex ptibus terreis frigidis dātibus ei stipticitatē paucā: & ex partibus igneis subtilibus a quibus insunt ei acuitas: et amaritudo. Sed acuitas plus amaritudine sua & amaritudo plus est stipticitate ipsius propter quod est subtiliatiuum resolutiuū & aperitiuuȝ oppilationū: abstersiuuȝ: & nature solutiuum: & est preseruatiuuȝ a putrefactione prohibēs. et est ex parte stipticitatis pauce in eo. confortatiuuȝ cordis: & cerebri: & neruorū et uiscerū. & hoc est esse et ꝓprietas eius. (Rectificatio). Prohibēdū est habētibus colerā in stomacho. Cōturbāt eniȝ eos inducens sitim et vomituȝ: & estuationē laboriosaȝ. Nocet etiā calidā & siccā cōplexionē habētibus: et q sunt in potestate colere. ipsuȝ quoq; est ex debiliter soluētibꝰ ꝓpter quod recte miscendū est ei sal gēma & mirabolani nigri cuȝ eo. aut chebuli: magnificāt eniȝ operationē eius. Et similiter squilla & ꝓprie in egitudinibus capitis. Et infusum quidem in aqua casei melioratur in cōditiōibus suis et passule si ne interioribus suis sunt ex his simil'r que emendāt. similiter sal. & sal gēma rectificat illud et ꝓprie ad oēm parteȝ eius sextuplum ipsius. & succus pomorum dulcium in decoctionibus eius verificat illud: & fit ex eo: et pauca spica: et oleo veteri: oleum bonuȝ iuuamenti noti. Et flores qdem eius decoctionem parum sustinent plus quoq; folia. (Posse.) Solutione educit coleram nigraȝ et flegma. mundificat cerebruȝ et neruos: & membra sensuū: et confortat ea. et cōfert iuuamētum magnum egritudinibus frigidis in ipsis: ꝭm oēm modū vsus eius siue in potibus: siue in fomētis: & lauacris et oleū ipsius confortat cerebrum: & neruos et calefacit eos et viuificat. Et in medicinis sticados si iungatur squilla: vel acetum eius: est medicina bona epilepsie & vertigini. Et cum lapide laȝu

li:aut sale indo:aut aliis valentibus ad eã cõfert melãcolie: & egritudinibus timoris & miscetur ei buglossa & succus eius aut succus porrorũ dulciũ ad egritudines cordis melã colicas. Et vaporatio decoctionis eius aperit oppilationes narium: et est medicina bona oppilationibus splenis et epa tis et viscerum & est sedatiuũ doloruꝫ qui sunt in neruis :& instrumẽtis iuncturarũ & lacertorũ: ſm oẽm modũ admini strationis eius : et confortat interiora oĩa que a frigiditate sunt lesa & proprie materiali & prohibet a putrefactiõe . Et ipsius syrupus: & alii modi administrationis eius sunt me/ dicina bona quartane. & febribus longi tpis & proprie fleg maticis.(Dosis.) Decoctionibus eius potio est ab.℥.v. vsqꝫ ad.vii & pulueris eius a.ʒ.iii.vsqꝫ ad.v.

¶ De fumoterre. Cap.xiiii.

FVmusterre est ex medicinis. Verũ exuberantia eius exe mit eum a numero medicinarũ preciosaruꝫ. Est enim cum hoc ꝙ est solutiuus nature cõfortatiuus & est coaduna tiuus partiuꝫ laxaruꝫ et preparatiuus. nec est in eo nocumẽ tum apparẽs: & est ex eo alius cuius flos est subalbidus cine ritius : & alius cuius color est pallens violaceus . (¶ Ele/ ctio.) Melior est cuius herba est viridis tenera: et cuius folia sunt plana & tenera & cuius flos est subuiolaceus . Crispus vero nõ est bonus et melius tẽpus collectionis herbe eius & operationis succi ipsius est principium ueris: & semini eius ipsius finis.(Cõplexio & proprietas) . Dixerunt quidam ꝙ est frigidus & dixerunt quidam aliud. Sed ſm ueritatem de/ clinat modicuꝫ ad latus caliditatis quia uirtus calida in eo licet sit minor frigiditate ipsius . tamen est in superficie do/ minans. Et est siccus in secundo : & semen eius calidus est. In est enim a substantia calida in ipso amaritudo: et acuitas pauca: quare factus est subtiliatiuus & penetratiuus : & ape ritiuus oppilationũ: & solutiuus nature. Et a substãtia frigi da stipticitas: aggregatio & confortatio . Sed stipticitas est plus amaritudine sua: ꝓpter quod magnificata est operatio sua: parũ egẽs externis: solutiuus simul factꝰ et cõfortatiuus (Refectio). Nõ est in eo nocumentũ manifestũ sed vigorari

indiget in

indiget in opatione sua. Et ex rebus hoc facientibus sunt mirabolani: et sene et aqua casei. et ex emendātibus opationez eius sunt chesmes: & passule sine interioribus: et mel earuz. Opatio aūt succi eius est sicut diximus de succo absinthii. Et si impleātur ex succo eius vasa uitreata cum supinstillatione olei cōseruatur tpe extēso ad usus ubi opz. (Posse). Solutionē facit facilē: et educit colerā & humores adustos: et uirtus eius extēditur ad uenas & mūdificat sanguinē: et clarificat ipsuz. Et est medicina solēnis ꝰm oēm modū administrationis eius egritudinibus et infectiōibus colere & humoris adusti sicut est lepra: pruritus: & scabies: & impetigo: serpigo & silr̄ia. Et est silr̄ medicina bona oppilationū oīum et egritudinū quarū mater est oppilatio. Et cōfortat stomachū: et epar: & uiscera: et coadunat ptes a qbus aduenit mollificatio. Cōfert etiā febribus colericis: et febribus oppillationū. (Dosis) Potio succi ipsius est ab. ℥ ß. usqꝫ ad. ii. & decoctionis eius ab. ℥. x. usqz ad. xv. & pulueris eius ab. ʒ. iii. usqꝫ ad. v.

De eupatorio. Cap. xv.

EVpatorium est herba longitudinis cubiti: amaritudinīs multe cuius folia sunt sicut centauree minoris uirida: sed sunt aspera & incisa: & stipes eius est subtilis. Et qn̄ exiccatur citrenescit. Et eleuantur super eum flores que sunt sicut sub citrini longitudinis pauce. Et sunt quidam qui dixerunt ꝙ eupatorium est herba publicum: in qua est viscositas adherentes. (Electio.) Melius tp̄s collectionis eius est finis veris: & opationis succi eius silr̄. (Cōplexio & proprietas). Calidum est in primo gradu & siccum in secundo. & est cōpositū ex substātia calida subtili: quare est subtiliatiuum incisiuū: abstersiuuz: mūdificatiuū: et p̄seruatiuū a putrefactione: & resolutiuum cōueniens sine attractione et ex partibus terreis: quare est in ipso de stipticitate aliqd ꝑpter quod est cōfortatiuum et coadunatiuū. (Rectificatio). Debilis est solutiōis: sz cōfortatur uirtus eius cū aqua casei. Et modus opatiōis succi eius est sicut diximus de absinthio. (Posse). Solutione educit colerā: & flegma facile. Et confortat stomachū: epar & viscera & confert doloribus eorum. & est medicina

solemnis

solemnis oppilationum oīum & egritudinū ab ea factarū. Febribus autem longi tpis mire subuenit. (Dosis.) Decoctionis eius potio est ab. ℥.iiii. vsq3 ad. vi. & pulueris eius ab ℨ. ii. usq3 ad. iii. Loco eius ponitur in defectu ipsius absinthii & asari: añ. medietas ponderis ipsius.

¶ De epithymo. Cap. xvi.

EPithymū est ex herbis supercrescētibus aliis herbis: & est simile cuscute. Plante autē qbus super excrescit sunt: alail: & alhasce: et quedā species origani. Eius aūt aliud est cretense: & allud est syriū. (Electio). Melius est quod est sub ruffuз cretense acuti odoris. Quod nascitur in syria est post id: sed est minus ruffuз. Et adhuc melius est quod est cōpletū pōderosuз. & meliores ptes eius sunt extremitates eius grosse que sunt sicut flores. Subcitrinuз aūt & pallidū est minus bonū (Cōplexio et pprietas). Est calide cōplexiōis: et sicce in secūdo. & dixit Gal. q est calidū in tertio. & est cōpositus ex ptibus igneis a qbus inest ei acuitas: & ex terrenis subtilibus a qbus sibi inest stipticitas pauca: & ipsuз quidē est subtiliatiuū resolutiuū: aperitiuū: oppilationū: & confortatiuū viscerū. (Rectificatio.) Facit sitim: & generat estuatiōnē in corporibus calidis: & est ex debiliter et tarde soluentibus. Quapropter est prohibendum sub dn̄io caliditatis et siccitatis positis. Confortatur auteз operatio eius in multiplicatione quantitatis ipsius: et associatione rei cum eo magnificantis effectum eius: sicut sunt mirabolani nigri indi proprie. Aut ellebori nigri q̄titas parua Aqua uero melius cum pauco sale: aut aqua decoctionis passularū cū sale sil'r: aut aqua lactis ex capris sumpti vigorat ipsius operationem. Sal gemma uero aut sal indus aut sal napticus sunt & rebus: que addita sibi addunt virtuti ipsius. citam aūt et facilem facit operationē ipsius si ei aliqd acutū uirtute misceatur: sicut piper & piper longum et zinziber & sil'ia. et nō ꝑtermittas quin cadat in potibus eius oleū amigdalarū dulciū quo inuoluatur et in decoctiōe ipsius passule sine interioribus: qm̄ addūt ei ad bonitatē leniēdo q timetur ex nitrositate ipsi⁹. Et ne ignores q epithymum de decoctiōe modicū sustinet quare opor

tet vt

tet vt fiat illud ƒm legẽ. (Posse). Prerogatiua habet educere sup oĩbus solutione educentibus melancoliaꝫ. Educit enim sine molestia & facile: et quidaꝫ dicunt ꝙ educit de flegmate aliquid. & dixit paulus ꝙ solutione eduxit humoreꝫ adustos. & declinauit ab eo quod comprehendit veritas et ego non inueni ꝙ fieret illud. Potestas autem eius super humore melancolico: & egritudinibus eius est magna et proprie egritudinibus capitis: sicut est melancolia & epilepsia: et alguenguez: & timor et uertigo et dolor capitis: quoruꝫ materia est melancolia. Valet etiaꝫ ad tremorẽ cordis & sincopiꝫ & egritudines melãcolicas in eo et est magna medicina oppilationis splenis & egritudinũ in eo: & confert egritudini hypocũdrie & oppilatiõibus renum. et frequẽs vsus potiõis eius ẽ medicina solẽnis cancro & lepre et uulneribus nigris & soluit quartanã. (Dosis.) potio eius in decoctione est a.ʒ. v usqꝫ ad. xx. & pulueris eius a.ʒ. iii. vsqꝫ ad. vii. Is autem qui sunt ipsum vitet acceptionem eius in estate.

¶ De ysopo quod vocatur hasce. Cap. xvii.

Dicũt qdaꝫ ꝙ est ysopus hortẽsis: et dicũt alii ꝙ est vna ex speciebꝰ origani et est plãta pluriũ stipitũ subtiliũ qui expandũtur et eleuãtur sup radicẽ: sicut est medietas cubiti. et sunt folia minora foliis origani et eleuãtur et colligũtur sup extremitatẽ stipitũ: sicut modus foliorũ declinantiũ ad purpureitatẽ et minorãtur folia in extẽsiõe stipitis et multiplicãtur in capitibꝰ et extremitatibus grossis et eius flos est sicut flos calamẽti ad rubedinẽ declinãs et planta eius vt dictũ est mater epithymi. (Cõplexio et ꝓprietas). Calide cõplexionis est et sicce in secũdo. et dixit Diascorides: ꝙ est in principio tertii: et est quasi verius. est eñi resolutiua incisiua: calefactiua: oppilationũ apitiua: carminatiua vẽtositatis. & hoc ẽ ꝓpter dñiũ ptiũ calidarũ in ipa (Rectificatio) Est in ea de acuitate aliqd sed nõ superfluẽs: et fortasse frãgitur in permixtione ipsius cũ aliis: et frãgitur in infusiõe ipsius per horã in aceto permixto: & emẽdatur etiam cum passulis: & aqua mellis cuꝫ pauco sale. & adiuuans ipsam ad soluendũ dans ei sufficientiaꝫ est sal gẽma & decoctioni eius iungun/

tur manne

tur manne circiter aureos.vii.& soluit sufficienter & est me
dicina bona.& fit ex floribus eius: & oleo veteri & oleū qđ
dicit hasce & est iuuamētoruȝ multorū.Hasce quoqȝ deco-
ctionē sustinet in qua est mediocritas & in eius cōtritione si
nimiū elaboret:acquirit ei vt sit res magis penetratiua & re-
pat virtus eius & penetret ad vias vrine:& multiplicat eius
ꝓuocatio aquositatis plus & minorat solutio.(Posse).Solu-
tionē efficit facilē:& educit flegma.Et dixerūt quidā ꝙ edu
cit melancoliā & videtur ꝙ fiat illud debiliter:& cōfortatur
ad hoc tñ cū sale gēma:& sale indo quādo oportet.Verum
de operatione eius cōtra flegma manifestū est:& proprie de
eo quod est in partibus pectoris:& pulmonis:& viarū anhe
litus:& valet ad egritudines cerebri & neruorū flegmaticas
& cōfortat ipsum et neruos & proprie syrupus ipsius.Et oīs
vsus administrationis eius.Et oleuȝ quod diximus de hasce
calefactū confortat neruos & confert egritudinibus eorum
frigidis & vsus eius est conseruans sanitateȝ & virtutē visus
& aufert eius debilitatē et vaporatio decoctionis eius remo
uet dolorē auris & tinnitū vētosuȝ.Pectus aūt & pulmoneȝ
ẜm oēm modū administrationis eius mūdificat & ꝓprie pe
ctora senū & eorū ꝓprie quorū pectora sunt posita sub dñio
flegmatis grossi & viscosi.Et est medicina bona asmaticis &
tussi:sedatiua doloris pulmōis.Et cōfert vsus eius senibus:
& eis quos hyems ledit.Et syrupus eius & alii modi admi-
nistrationis eius:& cōferunt paucitati apppetitus & malitie
digestiōis:& resoluit vsus eius vētositates grossas:& carmi-
nat expellit & educit:& ꝓprie cū baurach & melle vermes.
& est ex eis q̄ educūt mēstrua:& vrinā ꝓuocat & syrupus &
decoctio ipsius cōfert rigori febriū.(Dosis).Decoctiōis eius
est a.ʒ.v.vsqȝ ad.x.& pulueris ipsius a.ʒ.ii.vsqȝ ad.iiii.

¶De ysopo montano. Caplm.xviii.

ISopus duorū est modorū.Est enim ex ea quedā hortēsis:
cuius eleuatio super terrā est circiter mediū cubitū:& nō
multiplicat in stipitibus:& ramis sicut hasce & folia ipsius
sunt maiora q̄ȝ in hasce.& flos eius est purpureus:& ex ea est
species mōtana:cuius folia sunt minora plura & stipites nō

sunt

sunt tāte eleuatiōis. (Electio). Cuius odor & sapor sunt acu tiores melior ē & ex duabus spēbus melior ē magna. & me lius tēpus collectionis eius est qn̄ incipit florere. (Cōplexio & ꝓprietas). Calidus et siccus est in secundo: et species eius magna est calidior: ita vt dicatur cōuenientius: ꝙ sit in tertio et est in ea ſm oēm dispositionē eius caliditas subtilis domi/ nans faciens eā subtiliatiuā abstersiuā: resolutiuā: et extenua tiuam ventositatū. (Rectificatio). Et est ex debiliter soluentī bus ꝙ si misceatur ei cordumeni: et ireos: additur ei ad solu/ tionē. Et silr̄ māna addita decoctioni ipsius cōfortat eius so/ lutionē & fit solutiuū sufficiens. similr̄ addit ei ad solutionē mel: & passule sine interioribus. & squilla magnificat eius operationē. de decoctione aūt & contritione sustinet medio criter sicut hasce. (Posse). Solutio ne educit flegma: tn̄ minus q̄ȝ hasce. et est similr̄ medicina bona pectoris et pulmonis. et mēbroruȝ anhelitus mūdificans ea a flegmate grosso: & hu moribus putridis: et subtilitat sputum grossum: saniosum fa ciens ipm̄ facile expulsionis. et confert asmati: & tussi ab hu moribus grossis: et putridis iuuamentū sufficiens: et coloreȝ efficit bonuȝ et illud ꝓpter iuuamentū ꝙ efficit in spiritali/ bus: et illud ꝓpter iuuamentū quod efficit in re digestionis: & quia ꝑ ipsam acqritur facilitas: et bonitas: & subtilitas in spiritu. et eius iuuamentū in egritudinibus cerebri et flegma ticis magnū est proprie in epilepsia. Inqt Humain. iuuamētū ysopi: & proprie syrupi decoctionis eius et aliorū modoruȝ administrationis ipsius: et proprie cuȝ oximelle squillitico magnū est in epilepsia: et ꝓprie cuius materia est flegmatica et nos expti sumus illud in oī etate & origanū iunctū dec/ ctioni ipsius fortificat ad illud. et decoctio eius cū uino resol uit apata dura: et proprie splenis: et uiscerū: et similr̄ empla/ strū ex ea cū ficubus: ireos et baurac. et decoctio ipsius edu/ cit uermes cū decoquitur cū ficubus. et vaporatur: auris cō/ fert tinnitui & sibilo. et decoctio ipsius cū aceto et oximelle sedat dolorē dentis (Dosis). decoctionis eius potio est a. ʒ. vi. usqȝ ad. x. et pulueris eius a. ʒ. iii. usqȝ ad. vii.

¶ De prunis. Cap. ix.

Pruna

PRuna dantur ad alterandū et ad soluēdum. (Electio). Quecunq; ex eis alba: aut citrina: aut rubea sunt minus competunt operationi medicine q̃ nigra et sunt quedam ex eis que sunt muza que cōferunt ad alterandū magis et sunt ex eis quedam dulcia que sunt ad soluendum magis ventrē & vtraq; alterant: et solutionem faciunt: plus tamen et minus. Damascena uero & armena in casibus illis sunt fortiora: q̃uis alii dicant aliud & humida sm quosdam plus illud faciunt q̃ sicca. Sicca minus corrumpuntur in stomacho q̃ humida. Sunt enim humida praua ad putrefactionem conuertibilia. Complexio et proprietas. Dulcia sunt inter frigiditatem et caliditatem. declinant tamen ad latus frigiditatis: & sunt hūida in secundo. Muza uero sunt frigida in principio secundi. Et omnia quidem sunt lauatiua: refrigeratiua & lenitiua (Rectificatio). Rectius cum quo miscētur: & addit in operationem eorum: sunt tamarindi: & proprie cum modos infusionis notos: & cassiafistula: et tereniabin: & uiole condite: et similia. Et fit ex aqua eorum syrupus iuuamenti. Et ex carnibus eorum fit electuarium bonū. Armeni quoq; arborem prunorum distāter circiter longitudinem palme in duabus uel tribus partibus subtiliter perforant et intromittunt frusta scamonee: et sigillant luto & sunt fructus arboris illius solutiui sufficienter: & faciunt sophisticationes alias in arboribus aliis. (Posse). Solutione educunt colerā & dantur in egritudinibus colericis et alterant malitiam earum & soluunt materiam a qua fiunt: nocent stomacho tamen & sunt pauci nutrimenti. (Dosis) aqua eorū potio est circiter lib. i. cum zuccaro.

De psilio. Cap. xx.

PSilium est de alterantibus complexionem: & solutiones facientibus. Et eius solutio proprie fit lābificando. eius autem aliud album: aliud subnigrum: aliud ad purpureitatem declinans. (Electio). Melius est quod est completum & grossum: et est grauius & submergitur in aqua. (Complexio & proprietas), Compositum est ex duabus substantiis: que separari possunt inter quas cortex est separans Est enim in

eo substantia interior medularis: & est in eo substantia ex/pansa super corticem ipsius. Substantia autem eius interior medularis calida est et sicca in quarto gradu & est acuta ve/hementer: incicisiua: rubificatiua: vlceratiua & est de gene/re ueneni. Substantia autem exterior expansa super corticē est ex multum infrigidantibus. & dixit Ruffus. Est frigida et humida in tertio excessu. et dixit Diascorides ꝙ est in secun do: et est uerius. Inquit enim Hyppo. in epidimia. Non ele/uatur res frigida iuncta cum humiditate: ultra scd'm gradū. & dixit Gal'. Humida res non transgreditur metam usq; ad quam potest regimen hominis extendi propter quod nō in/uenimus humidum esse causaʒ doloris inquantum humidū sed inquantum potest esse materia que quantitate sua moue tur ad continuitatis solutionem. (Rectificatio). Quod ex eo conquassatum est cum aqua fontium frigida: & f t mucilla/ginosum: & bibitur sicut est: & proprie cū oleo uiolaceo: aut syrupo uiolato soluit uentrem. Quod autem ex eo est frixū: & conquassatum cum oleo rosaceo: est medicina fluxus uen tris & dissynterie. Contritum autem potui nullo modo pro pinandum est. Deoccultat enim contritio eius substantiam medullarem ulceratiuam: & excoriatiuā. (Posse). Conquas satum cum aqua frigida sicut diximus solutione educit cole ram. Et confert febribus inflāmationis multe: et siti uehemē ti calide: et sedat inflammationes spiritualium & lenit pe/ctus. Et conquassa um cū aceto confert apostematibus cali/dis & erisipile: & formice: & sedat inflāmationes omnes & dolores inflāmationum: & proprie super cataplasmatū. Et si militer sodam calidam uehementeʒ. Frixū uero & conquas/satum: sicut diximus: cōfert fluxui colerico & dissynterio & fluxui medicinali: & proprie post potū scamonee. & medici narum acutarū. (Dosis). Ipsius potio est a.ʒ.i. usq; ad. iii. Ti/meat aūt ipsum habens debilitatem uiscerum.

¶ De capillis ueneris. Cap. xxi.

CApillus ueneris dicitur apud quosdam capillus fonti/um. Et dicitur capillus hominis nemoralis & ab aliis dicitur coriādruʒ putei. & est herba cuius folia sunt similia

foliis

foliis coriandri virida: & tenuia. Cuius stipes est in longitudine circiter mediũ cubitũ. & sunt sicut pilli porcini. Et sunt in colore intra rubedinem & nigredinem: sed magis declinant ad nigredinem & proprie iuxta radicem eorum. et quãto magis procedunt ad nigredinez declinant. et sunt sine floribus & eorum ortus est in puteis: fontibus et locis aquarũ. (Electio.) Meliores sunt qui uirida habent folia: qui vberiores sunt ƒm omnes partes plante ipsorum. Subtiles uero & graciles & declinantes ad citrinitatẽ non habent spũz. (Cõplexio & proprietas). dixit Galienus. Iuxta temperamentuz est eorum complexio. Sunt autem cõpositi ex partibus aqueis: & terreis: et subtilibus mediocriter: a quibus inest eis stipticitas: et ex partibus subtilibus calidis ualde: propter qđ virtus eorum cito resoluitur. Debilis enim uirtus in debili subiecto cito tollitur. Sed adhuc etiam calide partes sunt posite in superficie: quare vehementius fit illud quod uidetur ostendere complexiones ipsorum declinare ad latus caliditatis: q̃uis dicat Gal'. ipsos esse equales. Et inest eis ex partibus calidis in ipsis: vt sint resolutiui: subtiliatiui: aperitiui: oppilationum & solutiui ventris: et proprie qui ex eis sunt recentes. Sicci uero sunt constrictiui: et prohibitiu i fluxum. (Rectificatio.) Non est in eis malitia debiliter tamẽ purgãt: sed confortant operationem eorum viole. s. et cassiafistula & tereniabin: & infusio eorum in aqua casei uigorat eos in soluendo. De decoctione autem modicum sustinent. (Posse.) Solutione educũt coleram: & flegma: et humores grossos et imbibitos et mundificant pectus et pulmonem: et educũt materias contentas in eis: & mundificant sanguinem et clarificant eum & clarificant colorem: et faciunt acquirere bonitatem anchelitus: & mundificans stomachuz: ventrem: et epar cõferunt dolori eorum: & sunt medicĩa bona oppilationum epatis: & splenis et icteritie & ꝑprie egritudinum omniũ oppilationũ: et ꝑprie infusio eoruz in aqua apii & endiuie: aut in aqua icerũ nigrorũ: aut in aqua seminũ quattuor: aut in aqua lactis ꝑprie: & delent cũ oleo camomillino scrofulas. Et valet syrupus eorũ pleuresi & peripleumonie: et sunt prouocatiui

uocatiui vrine et vsus decoctionis eorũ frangit lapidem: & purgat matrices fetarũ. Et hoc est de posse eorũ: & de eo qđ ptinet ad eos de partibus calidis. Sed ex pte stipticitatis ꝓhibent cursuȝ materierũ & abscindunt sanguinẽ: et confortãt stomachũ et ventrẽ ne recipiãt supfluitates et ꝓhibẽt casuȝ capillorũ: et cõfortant radices eorũ. Immo faciunt eos crescere et multiplicare eos in locis: vbi oportet et proprie cum oleo myrtino: aut oleo laudani: & vino stiptico et puluis eorũ adustorũ etiã facit simil'r. Et abluitur etiã ex decoctiõe ipsorũ cuȝ vino caput: & abscindit furfures: et simile fit ex cinere ipsorum & cinis ipsorum sanat fistulas lachrymales. (Dosis.) Potio decoctionis ipsorum quando queritur per ipsos solutio per ventrem est circiter libram vnam.

De asaro. Cap xxii.

tis asin.lib.i.olei yrini.lib.ii.butyri vaccini.lib i. pulpe col loquintide.ʒ.iii.pollipodii ʒ.vi.euforbii.ʒ.i. Que terenda sunt tere & submerge in succis: et pone in uase vitreo stricti orificii: & stringe caput eius: et dimitte.per.viii.dies.Deinde bulliat totum bullitione vna. & coletur et pone super cola/turaꝫ serapini auř.v.myrrhe.auř.iii.ita ꝙ resoluantur prius in aceto uini quantitate sufficienti. Aggrega omnia simul: & bulliant semper agitando cum fuste usqꝫ ad succorum fe/re consumptionem.Tunc ponantur cere. ʒ.v. fellis uaccini auř. v. & ferueant donec liquefiat cera.tunc accipe scam. aloes:mezeriõ:colloquintide.añ.auř.v.euforbii.auř.ii.sal gemme auř.iii.turbith.auř.v.piperis lon.zinzib.camomille cyna.oĩum añ.auř.ii. Pulverizentur & misce cum eis simul terendo in mortario donec perficiatur.¶ Vnguentuꝫ aliud arthanite & est resoluens apostemata dura splenis. et lapi/deitatem ipsius: & scrofulas. Cuius hec est permixtio. Acci/pe succi eius & viscositatis: que mulgetur ex radice filicis. añ.lib.i. succi extremitatis tamarisci.ʒ.ii. olei yrini lib.ii. ysopi humide.ana.ʒ.xv.aceti.ʒ.ii.armoniaci.bdelii.ʒ.i.& ß.cere citrine.ʒ.vi.fiat sicut superius diximus. Arthanita de decoctione rem sufficientem sustinet.(Posse.) Solutione educit flegma mucillaginosum sumptum & suppositum et etiam linitum super femur: & ilia et partes adiacentes ei. Et aperit oppilationes uiscerum: & maxime splenis: et pro/prie sumptũ cum oximelle & similiter emplastratũ.et cõfert colice flegmatice & ei que fit ex retentione fecis. et est ex re bus mundificantibus caput & oculos: et proprie caputpur/gium factum ex eo. et abscindit emigraneam frigidam & so dam.& confert torture: et paralysi: et ad egritudines cere/bri flegmaticas: & proprie si fiat caputpurgium post assum/ptionẽ yere. aut theodoricon aut pillularuꝫ fetidarũ & simi lium.& confert caputpurgiuꝫ ex eo factũ debilitati visus: et aque que descẽdit ad oculũ. & est experta res ad ictericiam conuertens in vaporem & fumum et sudorem materiã eius & proprie succus eius cuꝫ secaniabin: aut mellicrato.et opꝫ vt sumens cooperiatur multum vt sudet sudore vehementi

citrino &

citrino. & ꝑm omnē moduȝ administratiōis eius cōfert duri ciei splenis & aliorū apostematū & scrofulis. et tam bibitū q̄ȝ suppositum ꝓuocat mēstrua. & est ex maxime apientibus orificia emorroydarū. et dicitur ꝙ si suspēdatur collo mulieris radix eius nō cōcipit. et linitur ex eo anus et cōfert exitui eius. (Dosis.) Eius ab aur. ii. vsqȝ ad ʒ. iiii. et ꝓprie succi eius.

¶ De aristologia. Cap. xxvii.

ARistologie tres sunt spēs scȝ longa et rotunda: & alia cuius radix currit ꝑm semitam palmitum vitis. (Complexio & ꝓprietas.) Inquit Diascorides. Omnes calide sunt in principio tertii: sicce in secūdo: & uidetur quod longa sit calidior: q̄uis terreitas eius uincat super terreitatem rotunde & uidetur ex hoc ꝙ rotunda sit subtilior: quare ad oēs opationes promptior: et est vtraqȝ aperitiua oppilationū: resolutiua attractiua: extrahēs spinas: & fracturas lignorū infixas carni: & vtraqȝ est subtiliatiua: sȝ rotunda magis ꝓpter id quod diximus. Alia uero spēs eius in oībus his est debilior: ꝓpter illud nō est famosa. (Rectificatio.) Soluēdo non nocet: immo cōfert visceribus. & exigit in aliis de rectificatiōe ꝑm ꝙ diximus in luf. & de decoctiōe et trituratione rem plenā sustinet. (Posse.) Solutiōe educit humiditates flegmaticas et dixerūt aliqui ꝙ etiā colericas et est ex rebus maxime mūdificātibus pulmonē: & pectus a flegmate: & putredinibus. & cōfert iuuamētum manifestū asmati. & tussi ꝑm oēm modū administratiōis eius & etiā suffumigatio ex eo administrata p embotū cōfectio formarū aquarū iuuamentū magnificatū est ad asma antiquū & tussim humidam: et ꝓprie qn̄ recipitur suffumigatio p interualla ex vna earum p traiectoriū. Accipe aristologie rot. arsenici ptes equales. Aggrega cū vitello oui: & fiant forme sicut auellane. Adhuc aūt aristologia ē ex rebus mūdificātibus cerebrū: et est cōferēs epilepsie: & ꝓprie rotūda. Cōfert ēt stomacho: remouēs singultuȝ uētosuȝ et sedat dolores oēs a vētositate in visceribus & aufert oppilatiōes splenis: et ventositates in ipso: et ꝓprie rotunda: & hoc cū oximelle radicum: & omnes quidem species eius mundificant matrices fetarū: & prouocant menstrua

& faciunt aborsum.et rotunda quidem est ex medicinis ma/gnis ad vlcera mala fraudulenta et est mundificans fistulas: & generans carnem in ipsis. & emplastratio ipsius cum melle: & sale pauco: confert podagre & contusioni lacertorum. Cum hydromelle autem curat ulcera aurium et corroborat auditum. Acetum autem coctionis ipsius stringit gingiuas: & remouet putredinis ab eis: & si confricantur cum ea dentes abstergit eos. & est medicina bona rigori febriũ. (Dosis). Eius est a.ʒ.i. vsq; ad aureum.i.

De albemesuch.i.cherua. Cap.xxviii.

Albemesuch dicitur ꝓprie granũ regum: & est ex eo aliud magnum aliud paruum. & dicitur ꝙ magnũ ē cherua. (Complexio & proprietas.) Dicit diascorides. Calide cõ/plexionis est: & sicce in.iii.et dixit Hamech .est in principio tertii. (Rectificatio.) Meretur de rectificatione hoc quod diximus in capitulo de been. Oleum aũt vtriusq; extrahitur si/cut oleum de amigdalis. (Posse.) Facit uomituʒ & solutionẽ laboriosam & educit flegma vehementer & aliqñ coleraʒ et materias a iuncturis & aquaʒ citrinam & coquuntur grana eius & ꝓprie contrita in iure galli antiqui et cõfert colice & doloribus iuncturarum & podagre et dolori sciatice: & co/quuntur cũ aqua casei: aut mulgetur sup ea lac caprinũ et colatur & confert hydropisi. Oleum aũt de cherua confert co/lice flegmatice uentose. (Dosis.) Sumũtur ex cherua a granis v. usq; ad. vii. & alterius a granis. vii. usq; ad. xv.

De albrachin siue Albran hũc et est genestra. Cap.xxix.

Albrahin est capistrũ arborũ. Et est arbor montana sup cuius stipite eleuatur densitas fustium multe rectitudi/nis. & dum plicantur non patiuntur fracturas. Vnde ligãtur ex eis arbores. Et producũt flores figure lunaris citrinitatis multe. Et proferunt folliculos secundum semitam orobi ha/bentes semina distincta sicut lentes. Sed in lingua latina ge/nestra siue myrtica appellatur. (Complexio & proprietas). Inquit Dyascorides. Calide et sicce est complexionis in scđo & semen eius est calidus. Et in flore eius & stipitibus ipsius ē humiditas supflua cuʒ virtute incisiua: quare multiplicat vo

mitum

mitum. Et sunt oẽs partes eius conturbatiue incisiue subtilia tiue & ꝓuocatiue. (Rectificatio) Nocet stomacho & cordi. Et dixit Philagrius. Cum melle rosato tollitur nocumentuȝ eius. Et similiter cũ rosis & mastice. Semen aũt eius propinã dum cũ aqua mellis rosati. Anisum aũt & semen feniculi et daucus & similia auferunt nocumentuȝ ipsius. Flos aũt eius de decoctiõe sustinet modicũ: semen uero eius plus (Posse.) Per vomitũ et per uentrẽ educit flegma cũ fortitudine uehementi et materias que sunt in iuncturis: et mundificat renes ab omnibus superfluitatibus. Et prouocat vrinam fortiter. & frangit lapidem in renibus et uesica et non ꝑmittit materias figi in eis et densari in lapidem: & qñ flores eius contriti ꝓpinantur cum melle rosato: aut cũ ouo resoluũt scrofulas. Et oximel ex eis: aut ex seminibus ipsius resoluit apostemata splenis. Et si frequenter cũ eis vomitus confert, sciatice et podagre et dolori renũ (Dosis.) Eius et proprie florum est a ℥. ii. usq̧ ad. v. et seminis a ℥. ii. usq̧ ad. iiii.

¶ De elleboro. Cap. xxx.

Elleborus est barba alfugi. Et eius due sunt species. Naȝ alius est albus. Alius est niger (Electio). Niger uero icolumior est albo: ĩmo minatur albus accidẽtia terroris. Niger uero acq̃rit iuuenescentiã: et incolumitatẽ. et quod ex eo magis eligitur ꝓprie est cuius sapor est acutus mordicãs gustuȝ & habens colorẽ sicut assarum ꝓprie & quod est frangibile & mediũ inter subtile et grossum et mediũ inter recenteȝ & antiquum: & mediũ inter ponderosum et leuem: immo plus leuis q̃ ponderosus. Et q est leuis carens asperitate. Et melior est pars totius plante est radix ipsius. Melior pars radicis sunt fustes et melior pars eorũ est cutis ipsoruȝ Et melius tẽpus collectionis eius est uer & estas. Albus uero minoris est acuitatis et mordicationis: & est eius mordicitas non apparẽs subito: & eũ maioris amaritudinis q̃ niger. In aliis aũt ꝓprietates nigri habet: sed plus de antiquitate q̃ niger patitur. (Cõplexio et ꝓprietas.) Niger est calidus et siccus in tertio. Et est subtiliatiuus: abstersiuus: resolutiuus: et corrosiuus additionum carniũ que fiũt in vulneribus: & dicitur qñ na/

ſcitur apud radices arboris ſunt fructus eius ſolutiui. Albus uero calidus ē: et ſiccus in medio tert i. & eſt ſimiliter abſterſiuus & mordificatiuus multiplicans vomitum: et faciēs ſternutationem cum fortitudine. (Rectificatio.) Albus corporibus noſtri temporis eſt moleſtus: immo eſt ei s ſicut uenenum proprie prefocans. Nigri autem uſqꝫ ad tempora noſtra uirtus tolerabilis eſt: li et adhuc difficilis. Inquit enim Hyppocra. Moleſtus eſt elleborus eis quorū ſana ſunt corpora. Ars autem et ſollicitudo eſt in rectificando: et propinando quando & cui oportet. Facit enim tunc operationem incolumen. Inquit filius Zezar. Fit tereniabin ſicut mel et ſubmergūtur in eo tepido ex fuſticulis nigri: partes conuenientes circiter horas. viii. et extrahantur ab eo: & tūc propinetur alterania bin qm̄ eſt habens virtutem ellebori: et conſimile fit de melle paſſularum. Et quandoqꝫ ſubmerguntur in iure gallinaruꝫ aut carnium: & fit ſimiliter. Et aliqui perforant radicē raffani et intromittunt fruſtum ellebori per diem & poſt auferūt & propinant raffanum habentem virtutem ellebori. Et qn̄qꝫ infunduntur in oximelle: et ſimi liter fit. Et qn̄qꝫ fit in uino dulci: & qn̄qꝫ in cōdito: aut in aliquo ex ſyrupis aut robub & qn̄qꝫ infunduntur in iure gallorum aut carnium & coquitur in iure: & poſtmodum addunt arte chiſt. aut ordeum fractum aut rizum. Et qn̄qꝫ ſorbetur ius ſolum p ſe. Daucus autem et piper longum et aniſum et petroſilinum et yſopus ſicca et calamentum & origanum et haſe ſignificant operationem eius. Bene aūt miſcetur cū epithimo & polipodio & ſale indo: & ſimilibus. Confortant em̄ ſeſe. confectio pillulaꝝ quas ſcripſit Haly. quarū iuuamentū eſt vltimum ad egritudines melancolicas & cancrum et leprā et morpheā nigraꝫ difficilē. quarum hec eſt pmixtio. ℞. yerepigre. ℥. xii. ellebori nigri: polipodii. an̄. ℥. v. epithymi: ſticados. an̄. ℥. vii. agarici: lapidis lazuli: ſalis indi colloquintide. an̄. ℥. iii. Doſis earum eſt a. ℥. i. uſqꝫ ad aur̄. ii. et ſunt ſane et expte. Expedit enīꝫ virtutem utriuſqꝫ a corpore aqua mellis & aqua paſſularuꝫ & aqu a ordei: et ius gallorū et gallinarum cū oleis aut nucum aut amigdalarum et ſiſ'ium. Puluerē tn̄ ellebori ſumere non

tutum

tutum est.(Posse.)Diximus uitari album quia pfocatiuus ē. Nigrum aūt debere sumi sicut concordant oēs.& proprie rectificatum fm artem et legem et non conuenit nisi robustis et animosis corporibus et proprie tempore ueris. Datus quidem quando et cui conuenit facit acquirere iuuenescentiam & incolumitatem et mores laudabiles et complexiones bonas .Hec enim est proprietas ipsius sicut dixit Hyppo.Et ipse quidem mundificat totum corpus a superfluitatibus mēbrorum corruptis et solutione educit cum facilitate coleraꝫ permixtam grossam et flegma et coleram nigram cū uirtute sine molestia et mundificat sanguineꝫ. Et attrahit a uenis superfluitates mixtas sanguini .immo a toto corpore & cōcauitatibus membrorum et a partibus remotis et cute. Et ē ex rebus solennibus in mundificando cerebrum & caput totuꝫ et instrumenta sensuum et neruos et uiscera & uesicaꝫ et matricem et confert iuuamentum manifestuꝫ egritudinibus eorum sicut est soda proprie & emigranea mania.et melancolia uertigo epilepsia et paralysis et aque ad oculum descendenti et confert egritudinibus iuncturarum et duriciei apostematibus eoruꝫ et scrofulis et est sicut tyriaca et medicina anthonomasice ad lepram cācrum.& species herpetis et bothor et qui se comedunt et quando ponitur elleborus in alcohol: confortat visum et distillatur acetum decoctiōis eius in aurem.et confert tinnitui et sibilo et corroborat auditum et si colluitur os cum aceto predicto confert dolori dentiuꝫ et confert egritudini splenis et febribus antiquis longis : et quartane colerice & egritudinibus melancolie difficilis eradicationis et prouocat vrinam et menstrua.Vsus auteꝫ eius colorem efficit bonum et acquirit corpori odorem bonū & ori similiter: et remouet egritudines cutis sicut est morphea & baras fm omnem modum administrationis eius et fricatur cum aceto:similiter remouet feditatem cutis et pannuꝫ. Albus uero difficulter & fortiter uomere facit cum accidentibus terroris.et cōfert fricatio ex eo ad egritudines cutis et confert cum uirtute et curat scabiem et impetiginem et lentigines et confert uterqꝫ elleborus fistulis et uulneribus pu-

tridis & fraudulentis.(Dosis.)Eius est a charatis.vi.vsq; ad tertiam.ʒ.i.vel vsq; ad.ʒ.i.

¶ Ioannis Mesue grabadin. Quod est aggregatio & antidotarium electuariorum et confectionuȝ: & aliarum medicinarum compositarum.


Cripsimus in libris explanationuȝ nostraruȝ ex his que experti sumus quedam adhuc rememoratione digna. Ex quarum aggregatione summam conteximus quod grabadin' nostrum vocamus: quod est compendium secretorum in quo expertas & preclaras medicinas ex his que acquisiuimus & inuenimus ab eis que medicine artis archana scire faciũt tradere dignũ duximus. Et ponimus totam latitudinem operis huius summas duas. In prima famosas & solemnes medicinas compositas tradimus. In secuuda uero medicinas singuloruȝ mẽbrorum egritudinibus appropriatas distinguimus.

In prima uero distinctione ordinamus.xii.

¶ Prima est de electuariis.
Secunda de medicinis opiatis.
Tertia de medicinis solutiuis.
Quarta de conditis.
Quinta de speciebus lohoc.
Sexta de syrupis & robub.
Septima de decoctionibus.
Octaua de trociscis.
Nona de suffuf. & pulueribus.
Decima de pillulis.
Vndecima de vnguentis & emplastris.
Duodecima de oleis.

¶ Prima distinctio que est electuariorum subdiuisionem habet. Quedam enim ex eis delectabilia sunt quedã uero amara: & vtraq; sunt solemnia. Prius tamẽ ex eis electuaria quorum est delectationem facere cum titulis utilitatum suarum tradimus: & post de aliis loquemur sicut deo placuerit.

¶ Incipit

¶ Incipit prima pars distinctionis prime de electuariis delectabilibus.



Lectuariũ de aromatibus. quod scripsit Gal. ex ptoruz iuuamentorũ ad causas stomachi et epatis: et egritudines in eis factas ex flegmate grosso et uẽtositate. Digestionẽ cõfortat: inflationẽ remouet: & morbos ex ea factos curat. Retardat canos. Colorem efficit bonũ: & oris et sudoris odorẽ. Renes quoq; calefacit & coitũ excitat. Acidos ruptus curat: & fastidiũ et abhominatiões remouet. Cuius hec est permixtio. Accipe ligni aloes crudi: rosarum. añ. auř. xii. gallie muscate: macis: doronigi: piperis longi: nucis muscate: mente: sicce: spice cassie: masticis: cynamomi: gariofiloruz assari. ana. auř. iii. calami aromatici. auř. iiii. croci cardamomi maioris et minoris trium sandalorum: reubarbari costi cubebe: zinziberis: seminis feniculi & anisi: cheisiz. añ. auř. ii. zuccari. ℥. vi. miue aromatice. ℥. xii. melle dispumati quantum sufficit. Dosis eius a. ʒ. ii. vsq; ad auř. iii.

Electuarium de gemmis cuius iuuamentum est magnuz ad egritudines cerebris cordi & stomachi epatis et matricis frigidas. & nos sumus experti bonitatem eius ad tremorem cordis & sincopim et debilitatem stomachi. Et quando aliquis tristatur & nescit radicem et ei que diligit solitudinem. Et sunt eo usu reges & magnates. Trahit enim eos in consequentiam bonorum morum nobilium: & dilatat animam & facit corporis odorem & colorem bonum. Cuius permixtio hec est. ℞. albarum margaritarum. ʒ. ii. fragmentorum zaphyri & yacinthi sardinis et granatorum feruzegi. i. smaragdi. ana. ʒ. i. & ß. zedoarie doronigi corticum citri macis: seminis alfeleniemisc. ana. ʒ. ii. corallorum rubeorum: charabe limature eboris ana. ʒ. vnius partes. ii. been albi & rubei gariofilorum zinzeberis longi spice folii croci Heyl. ana. ʒ. i. trociscornm diarodon ligni aloes ana. ʒ. v. cynamomi galange: zurumbet ana. ʒ. i. & ß foliorum auri & argenti. ana. auř. ß. musci boni. ʒ. ß. ambre. ʒ. ii. confice cum succo emblicorum: & colature ge-

teniabin de rosis ptibus eq̃libus q̃tum sufficit. Dosis eius est ab aur. ß. usq; ad aur. i. cũ aqua buglosse & vino odorifero.

Confectio alchermes & sunt grana tinctorum maximi iuuamenti ad pulsum cordis & sincopim & alguesgues & tristitiaz siue casu & est ex rebus confortantibus animam confortatione mirabili cuius permixtio hec est. Accipe setã tinctam ex chermes circiter. lib. i. & proprie cuius tinctura non preteriit spaciũ extensum et submerge eam in succo pomorum dulciũ & aque rosate. añ. li. i. et. ß. et dimitte die vna Deinde fac modicum bullire donec aqua rubeat. Deinde extrahe ab ea setam & exprime eam et pone in ipsa zuccari taberzet. ʒ. cl. & coque vsq; dũ habeat spissitudinem mellis & remoue ab igne & proiice in eo calido ambre crude minutatim incise. ʒ. iiii. & dimitte in eo liquefieri. Deinde proiice super ipsuz puluerẽ harũ rerũ. Accipe ligni aloes crudi et darseni. añ. ʒ. vi. lapides lazuli loti & preparati. ʒ. ii. albarũ margaritarũ. ʒ ii. auri boni. ʒ. i. musci boni. ʒ. vnius tertiaz. confice & sit dosis ab aur. i. ad. ii. & ß. et est bonum & expertum.

Confectio de xiloaloes que est medicina magna ad egritudines cordis stomachi & epatis frigidas & sanat sincopim & pulsum cordis et confortat stomachum: & procurat digestionem & facit odorem oris bonum et generat gaudium. Accipe ligni aloes crudi: & rose ana. ʒ. viii. gariofilorum spice nardi macis nucis muscate gallie muscate cubebe cardamomi & heyl masticis cynamomi cypperi squinanti zedoarie been albi & rubei folii sete crude margaritarũ corallorum rubeorum charabe foliorum citri & corticuz eius & alfelengemise sansuci sisimbrii mente sicce piperis longi zinziberis ana. ʒ. iiii. musci boni. ʒ. vnius tertiam ambre. ʒ. i. & ß. Et confice cum melle emblicorum & miua aromatizata. & sit dosis eius a. ʒ i. usq; ad. ʒ. iii.

Descriptio electuarii sarbothẽz: & est letificans descriptione Hamech filii zaccharie super quo est fidutia iuuamenti ad egritudines cordis stomachi & epatis et confortat ea: et confert pulsi cordis: & educit vtentem eo in consequentiam gaudii: & continue iocunditatis: et attra//
hit

hit digestionem bonam & facit oris et corporis totius odo/rem bonum: & colorem facit uiuidum. Et modus eius est. Accipe rosarũ ligni aloes.añ.ʒ.vi.macis:nucis muscate:gallie muscate cardamomi heyl.añ.ʒ.ii. cynamomi croci añ.ʒ.ii.&.ß.cyperi ʒ.v.gariofilorũ masticis spice assari:añ. ʒ.iii. Fiat omniũ trituratio bona & cõfice cũ melle emblicorũ et aromatizata ipsum cum musci.ʒ. unius quarta et sit dosis a ʒ.i. usq; ad.iii.

MOdus electuarii de citro ex inuentione nostra confortans stomachum & ꝓcurans digestionẽ. et odorẽ oris facit bonum: grossas uentositates expellit et confortat cor. Accipe corticum citrorum aur.xx. gariofilorum ligni aloes cynamomi macis galange añ.ʒ.ii.musci.ʒ.ß.cardamomi zinziberis añ.ʒ.i.confice cum melle.Dosis eius est.℥.ß.

COnfectio de musco dulcis faciens ad pulsuz cordis & egritudines melancolicas & ad eum qui tristatur sine causa & confert ad egritudines cerebris sicut est uertigo & epilepsia & tortura & palysis et ad egritudines pulmonis & difficultati anhelitus cuius ꝑmixtio est hec. Accipe croci doronigi zedoarie ligni aloes macis añ.ʒ.ii.albarum margaritarum sete crude aduste charabe coralli rubei: añ.ʒ.ii.&.ß. gallie ozimi citrati.omniuz.ʒ.ii.&.ß.been albi et rubei folii spice gariofilorum añ.ʒ.i.zinziberis cubebe piperis lõgi añ. ʒ.i.&.ß.musci.ʒ i.partes.ii. cõfice cum melle crudo quod sit quadruplum ponderis omnium & pone in uase vitreo. Et sit dosis eius a.ʒ.i.usq; ad.ii. Si autem hanc confectionẽ amaram facere uolueris ualentior efficietur ad ea que diximus & ad exiccandum humiditates stomachi & putrefactionis eius & proprie si addatur in permixtione eius absinthii & rose ana.ʒ iii.aloes optimi abluti.ʒ.iiii. castorei cheisin añ. ʒ.i.cinamomi.ʒ.i.&.ß.aloes.ʒ i.&.ß.als.ʒ.ii.et.ß.

MOdus cõfectonis testiculi uulpis et est satirion bona ptisicis ethicis & cõsumptis:est medicina impinguatiua bona & multiplicat coitũ. Et modus oꝑationis eius est talis. Accipe satirionũ qui abscindũtur a ꝑte suo lib.i. & terantur & coquãtur cũ lacte ouino dulci in quantitate suffi

cienti

cienti sup prunas: vsq; dũ decocti sint et sit cõsumptũ lac: & tũc funde sup eos olei amigdalarũ dulciũ. ℥. iii. & agitetur sic cõterendo cũ ligno et postea fũde sup totũ syrupũ: cuius modus est accipe succi buglosse cocti et despumati li.ii.succi pomorũ dulciũ. ℥.xii.zuccari boni lib.iii. Misceatur agitãdo cũ pdictis usq; dũ fiat eis cõpetẽs decoctio et deponatur ab igne & piiciatur sup ea cynamõi subtilis et electi.ʒ.v. beẽ albi et rubei añ.ʒ.ii.ligni aloes.ʒ.iii.croci sãdali citrini dragagãti gũmi arabici alselẽgemisc.cubebe macis añ.ʒ.i.et.ß. cõfice et pone in uase uitreo et sit dosis ei⁹ab aur.iii.usq; ad.v.

Confectio alia testiculorũ vulpis et ẽ dyasatirion faciẽs erectionẽ uirge et multiplicãs sperma & desideriũ coeundi. Accipe secacul albi.mũdi elixati in aqua cicerũ quoruz eiecta fuit aqua prima lib.i.testiculorũ vulpis.℥.viii.radicis raffani.℥.iii.luf:plani.℥.ii. Terãtur & infundãtur sup ea lactis vaccini aut ouini sisamini et butyri uaccini recentis añ.℥.iiii.& excoquãtur cuz facilitate usq; ad spissitudinẽ & si adhuc radices nõ bene decocte sint fundatur sup eas ex lacte & oleo et butyro usq; duz pfecte decocte sint: et post hoc funde sup hoc totũ mellis boni & dispumati lib.v. succi cepe humide lib.i.&.ß.Decoque oĩa simul vsq; ad pfectã decoctionẽ:tũc eñ depone ab igne et piice sup eaz puluerẽ:cuius pmixtio hic est. accipe caudarũ stinci cũ renibus et summe vmblici.ʒ.viii.seminis crude zinziberts beẽ albi et rubei lingue auis:seminis nasturtii cynamomi:piperis lõgi baucie.seminis napi sparagi añ.ʒ.iiii.et cõficiautur cũ eis. Vltimo uero ponatur in medicamine pinearũ mundatarũ lib.i.&.ß.fisticorũ mundatorũ.℥.x.cerebellorũ passerũ.℥.ii. conficiantur oĩa bene & aromatizẽtur cum.ʒ.i. boni musci. Sit dosis eius ab.℥.ß.usq; ad.℥.i.cũ bono uino puro et pauco.

Confectio de galanga cõtra morbos uentositatũ grossaruz & acetosaz eructuationẽ medicina expta & ad malitiã digestiõis et bonificat opationes stomachi et epatis frigidi immo emẽdat defectionẽ ipsoruz. Accipe galange ligni aloes.añ.ʒ.vi.gariofilorum macis chesin añ.ʒ.ii. zinziberis macropipis cynamomi piperis albi añ.ʒ.i.&.ß. calamẽti sicci mente

ci mēte an̄.ʒ.i.heyl: spice: semis apii feniculi carui anisi ana. ʒ.i. calami aromatici.ʒ.i.&.ß.zuccari tabarzet.℥.x.mellis dispumati q̄tū sufficit.dosis eius est a.ʒ.ii.usq; ad aur̄.ii.

DIarodon descriptione communi conferens ad dolorē stomachi & epatis et puncturam in eis a caliditate et acuitate colere citrine faciem digerere cibum & est ex confe rentibus stomacho & epati debilibus. Cuius hec est permix tio. Accipe foliorum rosarum rubearum.ʒ.xxx.trociscorum diarodon trociscorum de spodio liquiritie.ana.ʒ.iiii.gario/ filorum gallie muscate ana.ʒ.iii.spodii croci masticis: berbe ris dragaganti gummi arabici ligni aloes.ana.ʒ.ii. triuȝ san dalorum: ana.ʒ.iii.assari spice inde macis cardamomi por/ tulace lactuce scariole: seminis citrulli melōis cucumeris cu/ curbite albarum margaritarum alfelengemisc.rasure eboris draga ganti gummi arabici.ana.ʒ.i.camphore.ʒ.i.&.ß.mu/ sci.ʒ.vnius sextam confice cum syrupo de rosis & aqua rosa ta. Dosis eius est.℥.ß.

ARomaticum rosatum stomachuȝ & cor confortat. Hu miditatem uiscerum exiccat: appetitum excitat & dige stionem confortat. Vomitum & nauseam sedat. Cuius per/ mixtio hec est. Accipe foliorum rosarum rubearum.ʒ.i.&.ß. ligni aloes macis gariofilorum trociscorum diarodon gallie muscate: ana.ʒ.ii.&.ß.liquiritie mundate.ʒ.viii. cynamomi subtilis & electi.ʒ.iii.galange.zinziberis: nucis muscate. an̄. ʒ.ii.&.ß.heyl spice.ana.ʒ.i. Syrupi rosati syrupi corticum ci tri quantum sufficit, Dosis eius est a.ʒ.iii.usq; ad.v. Et sunt qui aromatiȝant illud cum.ʒ.vnius sexta musci.

ARomaticum rosatum descriptione Gabrielis. Valet cō tra stomachi defectionem & omnia nutricationis mē bra confortat. & est contra stomachi humiditatem & mol/ lificationem medicamen expertum & omnem putrefactio// nem in eo corrigit. Cerebrum & cor confortat appeti// tum excitat: digestionem procurat conualescentibus & de bilibus mire subuenit. Cuius permixtio hec est. Accipe foliorum rosarum.ʒ.xv.liquiritie rase mundate.ʒ.vii. ligni aloes boni; sandalorum machazari: ana.ʒ.iii.ci/

namomi

namomi boni et electi.ʒ.v.macis gariofilorum.añ.ʒ.ii.&.ß. gummi arabici dragagauti.ana.ʒ.ii.& ptes.ii.alterius.ʒ.vnius:nucis muscate:cardamom galange:ana.ʒ.i.spice.ʒ.ii.musci.℈.i.ambre.℈.ii.syrupi rosati et syrupi corticum citri quãtum sufficit.

Aromaticũ rosatum minus stomachũ et cor confortãs et eorum inflationes sedans.Et eius pmixtio hec ẽ. Recipe rosarum rubearum.ʒ.x.ligni aloes sandalorũ machazari.añ.ʒ.ii.cinamõi electi.ʒ.iiii.masticis.ʒ.i.&.℈.i.ambre.℈.ii.musci.℈.i.syrupi rosati quantum sufficit.

Aromaticũ muscatum cõfert sincopi et tremori cordis et confortat cerebrũ et cor et confert epilepsie & prefocationi matricis & facit oris odorem bonũ. Recipe ligni aloes.ʒ.vii.darseni electi.ʒ.x.ambre crude.ʒ.iii.musci boni et electi.℈.ii.syrupi rosati q̃tum sufficit.

Aromaticum gariofilatum stomachum & cor confortat.Nauseam et nomitum sedat & valet contra putrefactionem in partibus stomachi.Membra vero nutritionis calefacit et ventositates dissoluit et carminat: cuius hec est pmixtio.℞.gariofilorum.ʒ.vii.macis zedoarie galange sandali macoziri trociscorum diarodon cynamomi ligni aloes spice inde piperis longi heyl.ana.ʒ.i.rosarum.ʒ.iiii.liquiritie gallie muscate:ana.ʒ.ii.folii cubebe: ana partes.iii.ʒ.vnius syrupi citrini quantum sufficit ambre.ʒ.i.musci.℈.ß.Dosis ẽ a ʒ.iii.vsq; ad.v.

Aromaticum nardinum stomachum & epar et uiscera confortat & renes et vesicam & addit desiderium coeundi.Oris et sudoris odorem bonum facit & cõfortat anhelitum & facit digestionem cibi & resoluit ventositates:cuius permixtio hec est. Accipe spice inde.ʒ.ii.rosarum.ʒ.iiii. liquiritie.ʒ.ii.&.ß.gallie sebelline cubebe ligni aloes macis gariofilorum cynamomi folii indi anisi corticum citri trociscorum diarodon.añ.ʒ.i.& tertiam alterius pinearum purgatarum amigdalarum purgatarum a corticibus suis.añ.ʒ.v.gummi arabici dragaganti.añ.ʒ.ii.musci.℈.ß.confice cum syrupo rosato quantum sufficit.

Diaciminũ

DIaciminũ bonũ ualet contra stomachi & viscerum vẽ tositatem digestionẽ procurat stomachũ & uiscera ca lefacit. Recipe cymini pridie in aceto infusi & exiccati .ʒ.x. zinziberis cynamomi.añ.ʒ.iiii.gariofilorum ligni aloes ma cis.añ.ʒ.ii.&.ß. galãge piperis longi cardamomi.añ.ʒ.ii. mu sci ℈.v.mellis dispumati quantum sufficit.

DIanisum ualet grosse uentositati stomachi: et frigidita ti & abundantie flegmatis crudi in ipso & tussi diu turne. Accipe anisi.ʒ.xx.liquiritie: masticis.ana.ʒ.viii.carui macis galange zinziberis feniculi cynamomi. ana.ʒ.v.triuꝫ piperum calamenti piretri cassie.ana.ʒ.ii. heyl gariofiloruꝫ cucube croci spice.ana.ʒ.i.ß.zucchari.℥.ii.mellis dispumati quantum sufficit.

DIambra est medicina sublimis cerebrum et cor confor tans et stomachum & omnia membra digestionẽ pro curat & utentem eo letificat & membra nutritiõis calefacit. Senibus quoqꝫ conuenit et frigidis natura et mulieribus: et egritudinibus matricum. Cuius hec est permixtio. Recipe cy namomi doronigi gariofilorũ macis: nucis muscate folii ga lange.añ.ʒ.iii.spice cardamomi maioris & minoris.añ.ʒ.i. zinziberis.ʒ.i.&.ß.sandali citrini ligni aloes: piperis longi. añ.ʒ.ii.ambre.aur̃.i.musci.ʒ.ß.confice cum syrupo rosato et aqua rosata.dosis eius est.ʒ.iii.uel.iiii.

COnfectio de cynamomo que est medicina sana & exp ta ad humorositatem stomachi et putrefactioneꝫ in eo flegma digerit & digestionem attrahit. Cuius permixtio hec est. Recipe cynamomi subtilis et electi.ʒ.xv. darseni cimini enule.añ.ʒ.iiii.galange.ʒ.vii.gariofilorum piperis longi car damomi zinziberis heyl: macis nucis muscate ligni aloes. añ.ʒ.iii.croci.ʒ.i.zuccari tabarzet.℥.v. Cõfice cum melle di spumato. Et quandoqꝫ ponitur in eo duplum ponderis medi cinarum de zuccaro puluerizato sine melle & accipitur sicut suffus.et alii addunt in eo musci.ʒ i. partes duas et pulueri zatur cum eo. Dosis eius est a.ʒ.i.usqꝫ ad duas.

ELectuarium de granis myrti confortans stomachum & epar & conferens solutioni et lubricitati visceruꝫ ꝑpter

maliciã

maliciam digestionis. Et modus eius est ut in confectione de aromatibus adiungatur granorũ myrti tritoꝝ sicut alcohol ʒ. centum mirabolanorũ nigrorum belliricorũ & emblicorũ sup quos iam pteriit ebullitio una in aqua citoniorũ & uino odorifero. añ. ʒ. vii. carui: anisi: cymini: seminis apii infusoꝝ in aceto uini die ac nocte et exiccatorũ. añ. ʒ. v. confice cum miua aromatizata & da cũ syrupo decoctiõis de citoniis.

Diacalamentũ descriptiõe Gal. cõferens ad egritudines frigidas membrorum nutritionis et ad malitiam digestionis et facit penetrare cibuz qui non potest penetrare ad epar & ad corpus reliquum: & hec est eius pprietas. Et confert rigori febrium et emplastratum et inunctum in spina. Et est ex maxime subtiliantibus humiditates grossas & uiscosas et ex resoluentibus uentositates. Et confert singultui vehementi frigido & uentoso: cuius difficilis est resolutio. & puocat urinam et menstrua. ℞ calamenti fluuialis et montani siseleos & petrosilini. añ. ʒ. vi. ziziberis. ʒ. iii. seminis apii extremitatum alhasce. añ. ʒ. ii. cheisi. ʒ. vi. piperis. ʒ. xii. mellis dispumati quantum sufficit. Potio eius est. ʒ. i.

Diatrionpipereon descriptione cõmuni quod calefacit stomachum & uentrem: et remouet dolorem eius ex humiditate flegmatica multa & cruda et mundificat euz ab ipsis: & ualet contra acidos ructus et digestionem procurat ℞. trium piperum. añ. aur. v. zinziberis: hasce anisi. añ. aur. ii. pisce amomi. añ. aur. i. cassie: seminis apii: siseleos assari enule sicce. añ. aur. ß. confice cum melle dispumato. Dosis eius ẽ a. ʒ. i. usq; ad. ii.

Diaciminũ ualens ad dolorẽ stomachi & uẽtris factuz a frigiditate: aut a grossa uẽtositate: aut ex flãte grosso coadunato: et ad dolorẽ colice: & singultũ pfocatiuum a replone factũ: aut a uentositate grossa eructuationẽ acetosaz. Vẽtositates quoq; dispergit opilatiões aperit: et membra nutritionis calefacit. Accipe cimini carmeni pridie in aceto infusi et exiccati. ʒ. xx. zinziberis: alhasce. añ. ʒ. iii. piperis: cynamomi. añ. ʒ. ii. ameos. ʒ. i. et. ß. foliorum rute siccorũ: baurach rubei. añ. ʒ. iiii. Confice cum melle dispumato.

Confectio

Confectio de seminibus sedans dolores uiscerum a uentositate factos. Oppilationes aperit. Lubricitatem a malitia digestionis curat. Cuius permixtio hec est. ℞. cimini: seminis feniculi: charui: anisi: dauci: ameos seminis apii amomi infusorum die ac nocte in aceto et exiccatorum añ. ʒ vi. cynamomi. ʒ. v. cheisin. ʒ. iii. cardamomi spice gariofili. añ. ʒ. iii. zinziberis macropiperis syseleos galange. añ. ʒ. v. mellis dispumati quantũ sufficit. Et quandoq; ponitur in eo zuccari duplum ponderis omnium: & fac sicut suffuf. et est sanum et expertum.

Confectio de citoniis bona cõfortans stomachũ et faciens digestionẽ & retinens fluxũ uentris et uomitũ colericum et flegmaticũ et facit colorẽ utentis esse bonũ. Accipe carnium citoniorũ coctorũ in vino lib. iii. mellis boni dispumati tantũdem. Decoque cũ facilitate et postq̃ coctũ fuerit proiice sup ipm cynamomi gariofilorũ cardamomi galãge añ. ʒ. i. darseni. ʒ. iii. zinziberis piperis longi macis. añ. ʒ. iiii. Et qñq; inuitat necessitas et coquũtur in citonia in aceto ad cãs calidas. Et qñq; pmiscetur eis aceti tertia pars eoruz aut media. et qñq; pmiscetur eis succus granatorũ acetosorũ in medio ponderis eoruz. Et qñq; succus citri in quarta parte ponderis eorum. Et qñq; fit sine speciebus. Et qñq; cum speciebus predictis. Et qñq; cuz puluere isto. Accipe spodii berberis seminis acetose trium sandalorum rosarum rubearuz partes equales. et qñq; ponuntur alia ₰m intentiones physicorũ. et qñq; aromatizatur cũ musco aut cãphora aut utroq; & qñq; fit cum zuccaro. et qñq; cũ melle.

Confectio de citoniis facta cũ succo citoniorum excitãs appetitum mortuum. & confortat stomachũ et epar et digestiõnẽ et facit ad retentionem & stringit natura cuius p mixtio hec est. ℞. succi citoniorum & mellis. añ. lib. iii. ita ꝙ sit mel dispumatũ aceti boni puri lib. ii. Decoquãtur cũ facilitate et cõtinue auferatur spuma eius et sepe & cum mellis spissitudinẽ habuerit pulverizet sup ipsaz pipis longi zinzi. cynamomi. añ. ℥. i. gariofilorum ligni aloes ana. ℥ ß. musci. ʒ. unius tertiam. et qñq; fit sine speciebus. & quandoq; cum

speciebus aliis sicut necess.tas conducit. Et quandoq; fit cu; zucchar o & quandoq; uariatur aliis modis.

ELectuarium de pomis bonum ad debilitatem cordis et stomachi & confortat digestionem.℞.carnium pomorum dulcium & redolentium mundatoru; & incisorum per frusta lib.vi.zuccari albi boni.lib.v.aque rosate lib.ii. ligni aloes ʒ.v.sandali citrini.ʒ.iii.gariofiloru;.ʒ.iiii.cinamomi electi.ʒ.iiii.&.ß.ambre.ʒ.ii.musci.ʒ.i.tertiam Hoc etia; modo fit electuarium de pomis acetosis & electuarium de pomis paruis & aromaticis & dulcibus.

ELectuarium de persicis confortans stomachũ siti; extinguens: & ardorem stomachi mitigans & oris fetorem amputans. Accipe carnium persicorum mediocrium inter maturitatem et acerbitatem & mundatorũ a corticibus suis & succi eorum ana.lib.iii.zucchari tabarzet.lib.ii.Terẽntur persica ut sint sicut medulla:& exerceas in eis decoctionem cum syrupo sicut diximus in confectione de citoniis.Et cu; coctum fuerit puluerizetur super ligni aloes.ʒ.ii.cinamomi: cubebe:macis ana.ʒ.iiii.sandali citrini.ʒ.ii.musci.ʒ.i.sextã. & quandoq; fit sine speciebus:et est sanum et expertum.

ELectuarium quo utuntur reges & prelati.℞.pinearum muudatarum.℥.viii.amigdalarum mundatarum.℥.vi. Zucchari albi lib.iiii.aque ro.lib.i.&.ß.olei rosati:amigdale recentis & dulcis.℥.iii.cynamomi electissimi.ʒ.viii.&.ß. gariofilorum.ʒ.iii.ligni aloes.ʒ.iiii.sandalorum citrinorum ʒ.iii.ambe bone.ʒ.i.musci.ʒ.i.sextam et est bonum et expertum.& cõfortat stomachum:cor pectus & cerebrum.

ELectuarium secundum quo utuntur reges ualens sicut primum:℞.pinearum mundatarum.℥.vi.amigdalarum mundatarum dulcium.℥.iiii.zucchari albi lib.iiii.aque rosate li.i.&.ß.foliorum rosarum rubearum.℥.i.et.ß.sandalorum citrinorum.ʒ.iii.&.ß.ambe.ʒ.i.musci.ʒ.unius sextam.

ELectuarium de fructibus magni iuuamenti ad solutionem uentris cum significationibus caliditatis & abundantie colere.& est medicina magna ad appetitum confortandum qui prostratus est cuius permixtio hec est. Accipe

carnium

carnium citoniorum.& pirrorum ponticorum et malorum accidorum: quorum singulum elixatum fuerit in aceto uini fortis in quo infusũ fuerit sumach die ac nocte: & succi agreste super cuius trituratione elaborandum est usq; ad cõsumptionem vltimam granorum ana. lib i. carnium sorbarum immaturarum.ʒ.v. zucchari lib iiii. Coque ad spissitudinē mellis. Deinde pone super ipsum succi berberis.℥.ii. spodii: seminis acetose ana.℥.i. Repone postq̃ confectū est in uase uitreo: & da a.ʒ ii. vsq;.ʒ.iii. cū aqua frigida et rob citri aut ribes aut aliquo talium.

Confectio alia Gal'. & est confectio de acetosis faciēs ad tremorem coreis & stomachi a caliditate & estuatiōe: & ad feruorem stomachi: & sitim et fumosam eructationē et oris ardorem: et ad epar inflammatum & febrem: et sincopi & ebrietatem Cuius permixtio hec est.℞.xiloaloes: cubebe. ana.ʒ.iiii rose: coralli rubei margaritarum albarum: sandali cytrini: faufel: ana.ʒ.ii. berberis: seminis cucumeris: cucurbite citrulli: ana.ʒ.iiii. spodii: carabe: gummi: dragaganti ana.ʒ.iii. boliarmeni.ʒ.i & ß. camphore ʒ i. Confice cū rob citri. aut rob agreste. Dosis eius est a.ʒ.ii. vsq; ad.ʒ.iiii. cum aqua frigida.

Confectio de prunis conferens ad ardorem stomachi et sitim: & soluit naturam: & datur in febribus: et sedat eas. Accipe carnium prunorum nigrorum oblongorum & muzorum accedentium ad dulcedinē: & elixatorū in aqua in qua portulaca exilata fuerit li.ii. zucchari albi lib.i. aque uiolarum lib.ii. Decoque cum facilitate usq; ad spissitudinē Reconde in vase uitrei: & da aur. iiii. uel. vi.

Electuarium de sorbis confortans stomachum & sedās solutionem fortem. Accipe carnem sorbarum immaturarum: & vicinarum maturitati: & elixarũ in aqua in qua rose prius decocte fuerint & corticum granatorum lib. iiii. mellis aut zucchari lib.ii.&.ß. coquatur usq; ad spessitudinē & reconde ipsum in uase. & da.℥.i.

¶ Incipit secunda pars prime distinctionis de antido/tis amaris magnis.



Yriaca dyatessaron iuuamēta cuius magna sunt ad egritudines cerebri frigidas sicut est epilepsia tortura et paralysis & stomachi sicut ē dolor & inflatio.et malitia digestiōis.& epatis sicut est cachexia.hydropisis & oppilatio.& cōfert morsui scorpionis et potui veneni.Cuius hec est pmixtio.℞. gētiane. baccarū lauri myrrhe: aristologie rotunde.añ. Confice cum melle dispumato.Dosis eius est ab auř.ß.usq; ad auř.i.

TRifera saracenica magna expertorū iuuamentorū corpora in sanitate conseruat.& ne in egritudinem inci//dant adiuuat.Membrorum lassitudinem tollit.Ventositatez resoluit:dolorem et indignationez stomachi tollit.Oris odorem:& totius corporis bonū facit.Et emorroydes sanat.Colorem corporis efficit bonum.Et multiplicat coitum humo/rositatem:stomachi desiccat.putrefactionem uiscerum tollit ℞.chebulorum indorum:beller.emblic.& citrini:ana.ʒ.v.cinamomi triumpiperum :secacul:folii spice cardamomi ma/ioris & minoris:cassie setaragi indi:cyperi:apii:lingue auis: gariofili:beē albi et rubei:zinziberis.añ.ʒ.ii.spice:nucis muscate:macis sisami excorticati.ana.ʒ.iii. amigdalarum dul/cium & amarum.ana.ʒ.v ligni aloes reubarbari: seminis fe/niculi:masticis:añ.ʒ.ii.alfelengemisc:mente sicce: origani:psici.añ.ʒ.i.et.ß. Fricentur mirabolani cuz butyro uaccino: & cetere species cum oleo amigdalino & confice cum melle q̄tum sufficit.Dosis eius est a.ʒ.i.&.ß.usq; ad.iii.Et sunt quidā qui addunt in confectione turbith.ʒ xv.Et sunt qui aromatizant ista cum musci.ʒ.vnius quarta.

TRifera muscata quā facit Alcanzi. expta mirabiliter ad mollificationes:& uentositates stomachi & uiscerꝝ & emorroydarū.& ad corruptionē cōplexionis.& feditatē coloris cutis & addit in coitu.Cuius pmixtio.℞.mirabolanorū chebulorū nigrorū embli.bellř.pipis macropipis zinzib. cyperi.cassie.spice inde.añ.ʒ.v.seminis aneti.seminis porci. añ.ʒ.ii.seminis baucie:rosarū:cinamomi:nucis mus.gario/

fili

fili.añ.ʒ.i.&.ß.macis heyl:gall'.ligni aloes crudi:musci:añ. ʒ.i.granorũ nasturcii.ʒ.x.Cõfice cũ melle dispumato et da a ʒ.ii.vsq; ad.iiii.Et qñq; ponunt in ea scorie ferri nutrite.ʒ.ii.

TRifera Gal'.cõfortans stomachũ & calefacit ipm. Et cõfert ad vẽtositates et emorroydas: & humorem crudũ & adiuuat desideriũ coitus.Et clarificat colorẽ & calefacit renes & cõfert ad vẽtositates matricis et fluxum q fit p emorroydas.Cuius pmixtio hec.℞.oĩum mirabolanorũ.ana.ʒ.x. zinziberis:mastic s: cynamomi:gariofilorum.ana.ʒ.vii.galange: maratri:anisi:apii:ameos:spice:assari:croci.añ.ʒ.iiii. costi:piperis nigri & longi:cassie añ.ʒ.iii.nucis muscate macis cardamomi maioris et minoris: calami aromatici: ligni aloes.añ.ʒ.ii.been albi & rubei alufulfumẽ cyperi.añ.ʒ.iii. &.ß.ambre.ʒ.i.musci.ʒ.vnius partes.ii. Fricentur mirabolani cũ oleo amigdalorũ dulcium.Et confice oĩa cũ melle dispumato.Et Gal'.quidẽ qñq; addit scoriã ferri nutritã in aceto uini ßm mensuram medicinarum oĩum:& qñq; scd'm medietatem earum.Dosis eius est.a.ʒ.i.ad.ii.

TRifera minor ex arte Fenonis ad corruptionem & exuberationem menstruorum emorroydarum: & ad corruptionem forme & debilitatem stomachi & destruit humorem crudum:& clarificat colorem:& cõfortat vesicam:& abscindit fluxum ventris.Cuius permixtio est hec.℞. mirabolanorum chebulorum indorum bell'.emblicorum: nucis mus. añ.ʒ.v.nasturcii:assari:origani:persici:piperis:olibani:ameos:zinzibe.carmezit:spice:squinanti: ciperi.añ.ʒ.iiii.scorie ferri nutrite in aceto diebus.v.et assate.ʒ.xx.Mirabolani assentur cũ butyro uaccino et uoluantur cetera cũ oleo amigda.dulcium.& aromatizentur cũ musci.ʒ.i.et cõfice cũ mel le dispumato:& da post sex menses.Dosis eius est a.ʒ i. usq; ad.iii.est enim expertũ & efficax et proprie ad humorositatem stomachi et putrefactionem in ipso.

TRifera minor descriptiõe cognita cõfortans stomachũ & epar.Et confert molliciei stomachi et malicie emorroydarũ et corruptioni forme.Cuius pmixtio hec est.℞. mirabolanorum chebulorũ indorum bell'.& embl'.ana.partes

equales. Inuoluantur butyro vaccino et fricentur & conficiantur cum melle emblicorum. et aromatizentur et cum musco. Et in descriptiōe alia cyperi olibani seminis apii nasturcii assari. añ. sextam partem. ʒ. vnius. Et apud alios scorie ferri nutrite partes tres. & est bonum & expertum.

Diacurcuma magna cōferens ad egritudines antiquas et cachexiā & hydropisim iuuamentū manifestum & eradicat egritudines epatis & splenis cronicas q̄ iaꝫ indurate sunt. Et cōfert ad feditatē coloris & corruptionē stomachi & humiditatē frigidā & uentositates grossas in eis: & dolori renū et uesice & vrinā ꝓuocat. Cuius ꝓmixtio hec est. ℞. croci: assari petroselini: dauci anisi seminis apii. añ. ʒ. iiii. rauedseni meu spice. añ. ʒ vi. costi myrrhe: cassie: squinanti carpobalsami rubee tinctorū. succi absinthii: succi eupatorii: olei balsami. añ. ʒ. ii calami aromatici cynamōi. añ. ʒ. i. & ß. scordeon: scolopēdrie: succi liqritie. añ. ʒ. ii & ß. dragaganti. ʒ. i. confice cū melle dispumato. Dosis eius est. a. ʒ. i. vsq; ad. iii.

Diacurcuma minor ualēs ad ea sicut maior. ℞. spice mirrhe cassie croci floris squinanti costi cynamomi: ana confice cū melle dispumato et est bona experta.

Diamorusia est medicine multarum vtilitatum: sicut diacurcuma magna & experta & efficax nimis et ꝓprie ad dolorem stomachi propter frigiditatem factam et humorem crudum & ad egritudines splenis & epatis cronicas factas in ipsis propter hydropisim. Accipe croci acori. añ. ʒ. ii. myrrhe. ʒ. iii. baccharū lauri. ʒ. ii. & ß. dauci cynamomi cassie cimini carmeni: carpobalsami: florum squinanti. seminis apii. anisi. cardumeni spice mēte sicce marmacur ameos. añ. ʒ. i. costi trium piperum. añ. ʒ. i. confice cuꝫ melle dispumato. Dosis eis est a. ʒ. i. vsq; ad. ʒ. ii.

Dialacca magna conferens ad debilitatem stomachi & epatis & egritudines factas in eis. Oppilatiōes epatis aperit et oēm duriciē resoluit. Lapidem renū et uesice frāgit vrinam ꝓuocat: & est ad hydropisim et cachexiaꝫ medicina sublimis. Cuius hec est permixtio. ℞. lacce ablute rauedseni. ana. ʒ. ii. spice aromatice masticis: seminis apii: squinanti ab

sinthii

finthii: fucci eupatorii: ameos: fauine. amigdalarũ amararũ: cofti: myrrhe rubee tinctorũ: feminis feniculi: anifi affari: ari ftologie: gentiane: croci cynamomi: yfopi: ficce caffie cyma/ rum fquinanti. bdellii. añ. ʒ. i. et. ß. piperis zinziberis. añ. ʒ. i. Infunde myrrham et bdelliũ in uino et cetera. tere et confi/ ce cũ melle difpumato. Dofis eius eft ab aur. i. vfqꝫ ad. ii.

Dialacca minor de intentione dialacce maioris. ℞. lacte ablute croci cofti florũ fquinanti rubee tinctorum ari ftologie longe liquiritie piperis. añ. ʒ. i. & . ß. rauedfeni. ʒ. iii. myrrhe bdellii. añ. ʒ. i. cõfice ficut primũ.

Confectio de rauedfeni cõferens ad febres antiquas: & ad febres oppilationem & ad corruptionẽ forme & ad ictericiam. Cuius hec eft permixtio. ℞. rauedfeni fucci eupa/ torii: fucci abfinthii: ana. ʒ. v. fumiterre: fpice: anifi cymaruꝫ fquinanti feminis apii: affari caffie amigdalarum amararuꝫ excorticatarum. ana ʒ. ß. myrrhe croci. ana. ʒ. i. confice cum melle difpumato.

Diacoftum valens ad dolorẽ uifcerum & oppilationuꝫ in eis & principiuꝫ hydropifis. ℞. cofti amari caffie cy namomi. ana. ʒ. v. feminis apii anifi cymarũ fquinanti & ra uedfeni. añ. ʒ. iii. affari. ʒ. iii. croci ariftologie myrrhe. añ. ʒ. ii. mellis quantum fufficit.

Confectio electuarii ex inuentiõe noftra: qđ cõfortat fto machum et vifcera: & aufert mollificationẽ eorũ: & lu bricitatem ꝓpter indigeftionẽ factam. Et abfcindunt fluxuꝫ ventris affiduum cũ fignificationibus frigiditatis et eũ q fit ꝓpter exuberantiã opationis catartici: & cõfortat vifcera & calefacit eã vẽtofitates quoqꝫ diffoluit & fluxũ emorroyda rũ fiftit. Cuius hec eft pmixtio. ℞. ligni aloes fpice gallie mu fcate cyperi ca lami aromatici. añ. ʒ. ii. cimini carmeni: infu fi in aceto die ac nocte: et affati. ʒ. iii. feminis porri torrefacti ʒ. i. & . ß. emblicorũ belliricorum infuforũ in fucco citonioꝝ & toftorum nucis mufcate. añ. ʒ. ii. et. ß. granorũ nafturcii to ftorũ. ʒ. vi. granorũ paffularũ. ʒ. v. granorũ mirti triitorũ: fi/ cut alcohol. ʒ. xxvi. balauftie cõcularũ aduftarũ olibani fru ctus tamarifci. añ. ʒ. ii. ß. ameos. ʒ. iii. Tere oĩa & fricẽtur in

no odorifero. Deinde exiccētur & fricentur iterū in aqua citoniorum: aut aqua granorum myrti & exicētur. Deinde dimitte siccari super uase uitreo: et iterū terantur sicut alochol & inuoluautur in miua aromatica: et sit dosis. ʒ. iii. cum syrupo de citoniis aut myrtino.

Electuarium cōfortans stomachum et uiscera & abscindens fluxum uentris de significationibns caliditatis: et conferens ei cuius uenter soluitur superflue ab operatiōe cartatici. Et auget appetitū cibi. cuius permixtio hec est. ℞. granorum myrti tritorum sicut alcohol. ʒ. xii. rosarum: spodii sumach triūpiperum sandali: balaustie: gūmi asli an̄. ʒ. i. & ß. granorū granatorū assatorū. ʒ. vii. coriādri infusi in aceto: et assati. ʒ. iiii. semīs acetose: seminis plātaginis: semīs rosarum an̄. ʒ. ii. Fiat oīum cōtritio bona et fricētur cū succo aggreste vel succo myrti et aceti et siccēt. Deīde inuoluātur ī miua acetosa. et sit dosis ei⁹. ʒ. ii. vel. iii. cū syrupo acetosoꝝ citonioꝝ.

Modus cōfectionis alcanzi cōferens ad solutionē nature & uomitū ex flegmate et maliciā digestionis: et cōfortat stomachū debilē et epar & calefacit ea: et procurat appetitū & spargit vētositates. Cuius pmixtio hec est. ℞. rosarū costi spice. an̄. ʒ. iiii. florū alcheil. ℥. i. nucis muscate: calami aromarici: gariofilorū: macis cardamomi. an̄. ʒ. iii. & ß. zinciberis ʒ. ii. mirabolani indi: emblici: bellirici: an̄. ʒ. vi. granorū myrti. li. i. balaustie thuris corticū citri fructus tamarisci. an̄. ʒ. iiii. bulliant cū bono uino antiquo bullitiōe una & exiccētur: deinde bulliāt cum succo citoniorū ebullittōe alia & exicca in uase terreo uitreato: & tere omnia sicut alcohol & confice cū miua. Et da. ʒ. iii. cum syrupo citoniorum.

Confectio de asa que cōfert febribus antiquis: & periodis somno & tremor & quartane et morsibus uenenosis. ℞. asse piperis: myrrhe: foliorū rute siccorū. an̄. ʒ. iii. confice cum melle dispumato. Et est dosis eius a. ʒ. i. usq; ad aur̄. i. & proprie cum oximelle in febre per unam horam ante periodum. Et uenenosis morsibus cum uino calido.

Confectio anacardina: & est cōfectio sapientuz et eoruz qui desiderāt scire: acuit em̄ intellectū: & subtiliat sensuz: &

suꝫ:et memoriā reparat. Et cōfert dolori stomachi: & vētris a frigiditate facto et clarificat sanguinē et colorē bonū facit. Cuius pmixtio. ℞. piperis macropiperis mirabolanorū chebulorū emblici belliri .indorū:et uini de bedust.añ.ʒ.ii.costi anacardi zucchari tabarʒet burūgi baccharū lauri.añ.ʒ.vi. cyperi.ʒ.iiii. Tere anacardos p se: deinde medicinas alias: et cōfice cū butyro vaccino & melle: quātitate equali bullitoꝝ prius: & da post sex mēses. Dosis eius est.ʒ.ii.cum aqua feniculi & apii. Et caueat sumens a labore: ira coitu & ebrietate.

¶ Distinctio secunda de medicinis opiatis.



Onfectio philonii ex inuētione propria manifestorum iuuamentorum & expertum in sedatione dolorū & separatione a casibus mortis et proprie dolori stomachi a frigiditate facto: aut humore crudo: aut a uentositate grossa extēdēte et sedat dolorē colice et uiscerum & dolorē renum et matricū et dolorem laterū et prefocationem anhelitus & difficultatem urine et singultum uehementem. Cuius hec est permixtio. ℞. piperis albi iusquiami albi. ana.ʒ.xx.opii.ʒ.x.croci.ʒ.v.spice: piretri: castorei.añ.ʒ.i. Cōfice cum melle dispumato quod fit quadruplū ponderis omnium. Dosis eius est sicut cicer: aut faba parua cum eo quod conuenit ex potibus et sunt qui ponunt musci.ʒ.unius tertiā.

COnfectio Philonii descriptione Hamech filii zacharie & est multe experientie in sedatione dolorū et egritudinē quas diximus. Cuius permixtio hec est. ℞. nigelle castorei piperis ameos: baccharum lauri cimini foliorum rute calamēti opii iusquiami corticū mādragore. ana .partes equales. In alio opii partes.ii.croci.partem.i. confice cum melle dispumato. Dosis eius est a.ʒ.ii.usqꝫ ad aureos.ii.

ZAʒenea experta ad dolorem stomachi a frigiditate factum: & omnes dolores factos ex simili causa & a uentositate grossa: & ad dolorem colice: et difficultatem urine & dolorem dentium et ad uentositates matricum. Er cōfert iuuamentum maximū ad sterilitatē bibitum & suppositum cum lana et oleo de lilio. Cuius permixtio hec est. ℞. castorei

myrrhe opii piperis macropiperis galbani costi cynamomi su.meu. dauci assari croci.añ.partes equales. Confice cũ melle dispũato. Dosis eius est auř.i.& sunt qui conficiũt cũ rob.

ATHanasia magna cõfert ad dolorẽ epatis et splenis & oppilationi in eis: & ad dolorẽ stomachi et ad asma & ad tussim antiquã et mũdificat pectus. Et ad fluxũ vẽtris antiquũ et ad dissinreriã: & ad fluxũ sanguinis. Et est in sedatiõe dolorũ sicut philoniũ. Et cõfert ad dolorẽ renũ et emorroydarũ. Et galienus quidẽ precepit misceri in cõfectiõe hac epar adib. valet em̃ sua proprietate ad morbos epatis cuius hec est pmixtio. ℞ croci opii myrrhe castorei iusquiami albi costi cordumeni seĩs papaueris nigri spice eupatorii epatis adib. & cornu dextrum de cornibus capre et in alio. De cornibus cerui de singulis. ana partes equales et tere que terenda sunt & alia liquefac in vino et confice cum melle dispumato: & da post sex menses. Dosis eius est ab auř.ß. vsq; ad.i. cum vino suaui & dulci. Aut cũ rob et succo endiuie & apii.

¶ Empl'm ex arte nostra cõferens litargie & subeth & euigilare faciens. ℞. piretri: sinapis: squille. añ. ℨ. i. castorei euforbii: añ. ℨ. v. Misce omnia cum succo affodili & succo sansuci et epithymetur ex eis pupis cerebri.
¶ Andromachus. Accipe squillam & tere & calidã sup locũ quantuʒ ex ea oportet pupi capitis applica postq̃ cum oleo rosato & aceto & castoreo conquassatis locum inunxeris.
¶ Archigenes. Linimentum resoluẽs litargiam & subeth. Accipe olei de been: olei nardini & costini: añ. parteʒ. i. castorei quarta partis vnius euforbii tantũdem: & piretri silr: squille ptem. i. & ß. fiat ex oībus linimentũ: & epithymetur cuʒ eo.
¶ Galienus. si diuturna efficitur passio castorei a granis. iii. vsq̧ ad. v. cum oximelle bibere dandum est: satis a me expertum. Et similiter tyriaca data: aut mitridatũ confert: aut dyamuscus & similia.
¶ Philagrius. Stimulãtia corpus sunt de genere materiã diuertere facientium: & operãtur plus q̃ fricatio extremitatuʒ & cõpressio dolorosa. Et sunt ꝑprie qñ linimenta & confricationes fiunt cũ rebus acutis: sicut est acetũ squilliticũ proprie et squilla & sinapis cũ aceto & urtica & semẽ eius & piretrum & semẽ almezereon & folia eius. Ex istis eñ cũ fricãtur extrema materia ad diuersum trahitur & subeth ĩpedit: vt non ꝑfundetur in ipsum si gloriosus deus uoluerit.
¶ De diminutione memorie.

IN primis mūdificatio fiat capitis & corporis totius si est a materia flegmatica: postq̄ digesseris eā. Et euacuatio in principio rei cum medicinis operātibus cū facilitate: sicut est yera cōfortata cū pulpa colloquintide et castoreo et aliis que nominauimus in soda: et gradatiꝫ ꝓcedemus ad maiora sicut sunt yere magne theodoricō & nuces muscate et alia que diximus: & collige ex eis emplastra & caputpurgia & alia. Et afferas etiā ad hāc partem que diximus in litargia.

¶ Mahemet arasi Linimentū conferens litargie & obliuioni & congelationi ℞. olei sambucini. ℥. i. olei de been. ℥. ii. eu forbii. ℥. i. castorei. ℥ ß. fiat linimentum et ungatur cuꝫ eis locus memorie quoniam confert.

¶ Filius zezar. zinziber cōditum reparat memoriam: et proprie sumptū quolibet mane: & quādoq̄ confortatur cuꝫ olibano & pipere et est efficacius. Et quandoq̄ confortatur cū anacardis & proprie si admixte sint zinziberis cōditi. ℥. iii. mellis anacardi. ℥. i. & ß. et sit dosis. ℥. i.

¶ Filius Girges: medicamen eiusdē reparatiuū memorie & cōseruatiuū eius. Accipe achori in alio: huheg nutriti lib. ß. piperis lōgi. ℥. i partes duas. cymini. ℥. me Misceantur oīa simul & administrentur. Et sit dosis eius a. ℥. ii. usq̄ ad. v.

¶ Haly medicamen expertum conseruans memoriam: et cōferens senibus. ℞ mellis anacardi partes duas: olibani cyperi acori: ana. partes duas: piperis macropiperis: añ. partem i. chebulorum indorum: ana. partes. ii. cymini partes. iii. mellis quantum sufficit. Dosis eius est. ℥. ii.

¶ Medicamē nostrum expertū ad destructionē memorie reparans et cōseruās eā. ℞. mellis mirabolanorū chebulorū li. i. piperis lōgi. ℥. iii. & ß. Teratur piper et misceatur cū melle & chebulis et aromatizetur cū gallie muscate ℥. iii. musci boni. ℥. ß. & sumatur ex eo omni mane in ieiunio a. ℥ iii. usq; ad v. Est enim nobile expertum. Et quandoq̄ miscuimus cū eis olibani masculi. ℥. i & est bonum. Et quandoq̄ datur predictum medicamen sine olibano postq̄ deglutiuerit ex olibāi cicera tria: & est melius & proprie sumptum cum aqua ysopi & olibani: aut uino permixto.

¶ Filius

¶ Filius zacharie Confectio anacardina bona conferens obliuioni & caniciei ante horaȝ & morphee & baras. ℞. mirabolanorum indorum emblicorum belliricorũ: ana. ℥. iii. piperis macropiperis: olibani zinziberis ysopi sicce: acori/ spice cyperi & in aliis pro acoro huheg. ana. ℥. v. mellis anacardi. ℥. vi. mellis quantum sufficit. Dosis a. ʒ. i. usqȝ ad. ii. expertum uerax. Confectio anacardina quam diximus in antidotario excellens est in confortatione sensuum & memorie & facit eam recuperare deperditam.

¶ De melancolia & mania.

Diximus in soda intentionem. Gal. in curatione egritudinũ melancolicarũ esse in tribus rebus. Prima res est regimen circa adequationem cure eius & digestioneȝ ipsius. Secũda res est sollicitudo circa euacuationẽ eius. Tertia res est regimen cõfortationum cordis cõplectens omne regimen dilatans animã & faciens in ea minerã gaudii. ¶ Primã auteȝ rem duo tangũt regimina. Primũ regimen est regimẽ humectatiuuȝ & impinguatiuũ quod in tota cure protellatiõe ext endendũ est preterq̃ faciat cadere in oppillationes et cõpletur hoc regimen cũ balneis & embrocis humectantibus ante cibum & effusiones aque calide super caput & humectationes aeris habitaculi eius & fricationibus & unctionibus tenerum faciẽtibus corpus. Et cũ cibis & potibus humectatiuis humores laudabiles generãtibus: & omne quod impinguat & humectat ex cibis & potibus et medicinis: & qete & somno: & sit studium in omnibus his supra studium secundi regiminis quod nunc narro. Secundũ regimẽ est regimen resolutiuũ faciens resolutionem cum mediocritate. Et ꝓprie eius ꝙ habilitatũ est ex precedenti regimine ut fiat illud. Et hec duo regimina oportet ꝙ sibiinuicem semper succedant ut cadat digestio equaliter in materiam quoniam est cura uera. ¶ Secundã rem cõplent tria cõsiderabilia in euacuatione materie attendẽda. Primum est ut non semel et laboriosam & subitam faciamus euacuationem: sed per interualla habentem temperiẽ. ut natura euacuatiuũ regulet nõ euacuatiuum naturam. Hoc enim est preceptum Hyppocra

tis. Subita enim & uiolenta euacuatio uix a natura regulatur. Et eius operatio est sicut impetus flamme que subito in subtile agit & debile & pretergreditur grossum. Opus uero moderati caloris est equaliter in utraq; parte rei elixabilis seu asabilis agere. Secundum cõsiderabile est ut euacuatiuũ sit cõmensuratum non excedens mediocritatem sed sit extẽsio eleuationis eius nõ recedens: aut modicuȝ recedens a gradu medicinarũ incoluminum quas te scire fecimus. Tertiuȝ est ut nõ expolientur solutiua a rebus lenificatiuis & humectantibus. Hoc enim est ꝙ operationeȝ beatificat. Amplius aũt rei huius secũde regimẽ perficitur cũ administratiõe flobothomie & subtractione sanguinis ubi oportet. Et medicine euacuatiue & enematũ & collyrioruȝ cõuenientiá primo leniũ: deinde acriuȝ & interdũ uomitus nõ ꝓprie uel passio est stomaticha aut in stomacho fuerit aliquid ꝙ ad egritudinem addat aut cũ cibus fuerit corruptus in stomacis eorũ. ¶ Tertiam rem complet administratio rerum ẜm omne genus generantium eis gaudium et leticiam siue cibalium siue medicinalium seu potabilium & adhuc ex rebus que audiuntur & uidentur et odorátur & quocũq; modo sentiri possunt & administratione aeris temperati & aspectu formarũ multi decoris & ornatus et negociatione ioccũda & blandimentis & suggestionibus et ꝓmissionibus rerũ: de quibus dolent deperditis & aspectu ludorum distrahentium intẽtionem eorum a re de qua dolent & omne quod ad rem gaudii ꝑtinet.

¶ Cura manie & melancolie sanguinee.

SI sanguis exuberat in toto & uene plene sunt euacua ex vena nigra & post istam ex basilica: & hoc in melancolia. In mania uero fac ecõtra: sciȝ incipere a basilica: et post ip̃am si oportet ex uena nigra. Et post istas flobothoma de saphenis: & si adhuc oportet fac ex uena que currit ad policeȝ pedis si uideris in ea plenitudinẽ: et maxime in occultatione menstruorũ trahit enim ea flobothomia hic. Et si adhuc hec non contulerint ex uena frontis facies aut sanguisugas in ea & naribus applicabis: quoniam omni ꝑmixtioni confert. Et est administráda in hac egritudine semper flobothomia larga: vt

ga:ut non egrediatur subtile & remaneat grossum. Et si sanguinis peccatum in capite solo fuerit flobothoma ex cephalica & considera que duarum partiuȝ capitis sit grauior & tūc ex eadē cephalica flobothoma. Et si fuerit sanguinis abundantia propter oppilationē que est in epate aut splene flobothoma ex saluatella dextra aut sinistra. Et si fuerit in utroqȝ nunc ex hac: nunc ex illa flobothomia. Adhuc autem te scire fecimus ꝙ emorroydarum prouocatio & menstruorum omni eorum speciei confert & similiter apertio uaricum & similiter apertio plenitudinis uenarum pedum in fine rei.
¶ Sabor rex medorū. Syrupus conferens manie et melācolie ex adustione colere crinie. Re. succi buglosse domestice & siluestris: añ. lib. ii. succi pomoruȝ dulciū redolentiū li. iii. folliculorū. sene: ℥. iiii. croci. ʒ. ii. zuccari tabarzet. lib. iii. fit aūt sic. Sene ꝓiiciatur in succis per diem & noctem post cōtritionem eius: deinde bulliant ebullitione una aut. ii. Deinde cum zuccaro fiat syrupus. Crocus aūt cōfricetur in pāno In eius decoctione da. ℥. ii. uel. iii. cum aqua buglosse & qn̄qȝ apud necessitatem detur cum aqua casei.
¶ Galienus. Accipe folliculorū sene lib. i. Et submerge ipm in cado musti albi: et dimittatur p menses. vi. & ꝓpinetur cū aqua buglosse omni mane in ieiunio. Confert eniȝ manie & melancolie mirabiliter. Et mūdificat cerebrum et sensus & generat gaudiū. Et si decoquatur sene in iure gallorū & gallinarum aut carniū: aut pisciū: aut ouorum cōfert similiter.
¶ Filius zezar. Infusio epithymi conferens manie & melā colie ab adustione colere citrine. Re. epithymi cretensis ℥. iii. floruȝ buglosse domestice aut siluestris. ℥. i. salis indi. ℥. i. et. ß. pone in scutella lapidea et ꝓiice sup eaȝ aque casei sum pte ex capris. ℥. xii. et dimitte die & nocte subaere lympido. Deinde bulliat ebullitione una coletur et proiiciatur su per ipsuȝ catartici rosati. ℥. me. Et est dosis. ℥. i. uel. ii. Infusio alia Re. sene. ℥. ii. pruna. xl aque casei quantum sufficit.
¶ Trifera de epithymo que admīstratur inter euacuatiōeȝ: & euacuationē in diebus qn̄ non administratur euacuatio.
¶ Fiat enim reiuuenescere & generat gaudiū: cuius permi/

xtio. ℞. mirabolanorũ: chebulorũ: emblicorũ: belliricorũ & îdoruȝ. añ. partes equales: epithymi sublimis partes. ii. yere pigre partẽ. ß. Confice cum melle emblicorũ aut chebulorũ. Et da omni die sicut diximus a. ʒ. ii. vsq; ad. iiii.

¶ Gabriel. Pillule de lapide armeno que mundificãt caput ab humore melãcolico: & cõferunt egritudinibus. Quarum materia est melancolica sicut mania ꝓprie & melancolia: & tristitia sine causa. Quarum permixtio ℞. polipodii: epithymi. añ. ʒ. v. lapidis armeni loti ẜm artem. ʒ ii. & ß. mirabolanorũ chebuloruȝ indorũ: añ. ʒ. ii. sticados. ʒ. x. salis indi colloquintide interioris: añ. ʒ. iiii. emblicoruȝ belliricorũ hasce ellebori nigri: añ. ʒ. iii. yerepigre turbith: ana ℥. i. & ß. Confice cum oximelle & da. ʒ. i. uel. ii. cum aqua casei.

¶ Filius zacharie. Modus confectionis conferens melancolie & timori. ℞. mirabolanorũ nigrorũ. ʒ. xx. harmel polipodii scebrã. i. ozimum maius marubii albi: ana. ʒ. v. epithymi ʒ. xv. sticados. ʒ. x. agarici ellebori nigri afſelengemisch ana. ʒ. v. gariofilorũ. ʒ. ii mellisse ʒ. iii. corticum citri buglosse: añ. ʒ. iiii. nucis muscate: gallie muscate: ana ʒ. i. Confice cũ mel le passularũ & melle emblicorum. Dosis añ. ʒ. ii. usqȝ ad. iii.

¶ Filius Zacharie. Modus electuarii letificantis & generantis gaudium & reiuuenescere facientis & coloris pulchrytudinem & odoris bonitatem in toto corpore operantis et digestionis bonitatem & retardãtis canos: cuius ꝑmixtio hec est ℞. rosarum. ʒ ii. cyperi. ʒ. iii. & ß. gariofilorum masticis ligni aloes spice assari: ana. ʒ. i. & .me. cynamomi croci mellisse alfelengemisch margaritarum foliorũ indoruȝ macis cardamomi heyl nucis muscate corticuȝ citri gallie muscate zedoarie doronigi ozimi maioris. añ. ʒ. i. musci boni. ʒ. i. quartam. Confice cum melle belliricorum & melle, emblicorum quod sit quadruplum specierum. Sumatur sicut trifera & est magis conueniens in hyeme.

¶ Alia adhuc ad maniaȝ & melãiaȝ cõueniẽtia eligi possunt ex his que tradita sunt in grababin maiori & in caplõ de soda ex eis que educũt materiaȝ earũ et ex eis que confortant cor que requirantur ibi & afferantur ad locum hunc.

¶ Embroce

¶ Embroce aūt cōuenientes eligantur in qbus studiū humectandi sit uincens supra studium calefaciendi aut infrigidādi. Et nos plura ex his diximus. & tradidit Gal. decoctionē capitū edoruꝫ & pedū et iuuenum castratorū cū lacte nuper mulso & butyro crudo esse embrocam mirabilem ad humectanduꝫ & leniendū ea in qbus humectatione q̄rimus. & est necesse ut in die qnquies ex ea caput liniatur et embrocetur.

¶ Alcāzi. Mulgeatur sup caput lac et oleū de cucurbita aut oleuꝫ de lactuca aut de papauere cum oleo camomillino et iuuatur eis multum & humectat cum temperie.

¶ Embroca conferens eis & faciens somnum. accipe papaueris & camomille et seminum lactuce. ana partes equales. Coquantur in aqua sufficienti usq; ad cōsumptionē medietatis eius & embrocetur cum ea.

¶ Vomitiua congrua in tribus casibus pauloante diximus esse & fiant in primis cū leuioribus sicut proprie cū oximelle & aqua tepida aut cum oximelle & raffano aut cum raffano qui est nutritus cum elleboro nigro aut cū expressione raffani sic nutriti aut cum aqua decoctionis mabrahumich & redi post illud ad confortationē stomachi cū eis que dicemus. Immo sit studiū tuū post curam cordis: ut uertificet in eo digestio. Et si accidat ut corrūpatur in eo cibus tā cito uomitu expellat. Nihil em̄ ē eis detertius q̄ꝫ corrupta digestio et cibus supra cibū idigestū et somnus supra cibū corruptū et balneū: qnimmo sustinere cibuꝫ corruptū est eis res nociua.

¶ Galienus. Vitent acuta et silr urinam ꝓuocantia qm̄ quod subtile est in materia excluditur & remanet in residuo grossum eius ꝓnum fieri essentie lapidis silr. ¶ Gallie. in melancolia splenali aut mirachia solicitudo attendenda est circa splenem & mirach et sit quadruplex solicitudo. Prima qua mundificetur corruptū eorū. ¶ Et secūda ut ꝓhibeant uapores corruptionum uenire ad caput & proprie cuꝫ uentosis & emplis rubificantibus sup locuꝫ et fortasse cū cauteriis et cū eis que detrahunt ad diuersum & oppositum sicut sunt clysteria & prouocatio emorroydarum & menstruorum & flobothomia saphene & uene policis & positio uentosarum in

tibiis

tybiis & pedibus. ¶ Tertia est ut confortetur et rectificetur splen & mirach ut materie non corrumpātur in ipsis immo digeratur omne corruptum & fiat minera materiei laudabilis. ¶ Quarta est ut confortetur cerebrum et non recipiat superflua sicut sepe diximus.

¶ De epilepsia.

CVra huius egritudinis est sex res: Prima ponit regimen in vita. Secunda equat & coaptat materiam. Tertia abscindit eā. Quarta ponit regimen in conuersione residui eius ad partes diuersas oppositas. Quinta rectificat membrū mādans si est aliquod mandans & rectificat cerebrū. Sexta corrigit accidentia. ¶ Primam aūt rem cōplent administratiōēs regiminū in sex generibus rerū nō naturaliū de qbus est aer q est temperandus eis: nec calidus sit nec frigidus sed sit ad siccitatem decliuior et confert interdum de regione in regionem mutare aerem: & aliqñ consuetum si sub eo morbus accidit: In eis enim sepe dissuetus morbum pmutat in qbusdā si dissuetus addat ad morbum reuertit ad consuetum permutat & tu compl'onem egri ad aerem considera & reuelabitur fugiendus aer aut non fugiendus sit. Cibus autem cōmensurandus in qualitate & q̄titate est: & in proprietate & aliis. Cibus pueris sit lac rectificatum in bonitate diete lactātis & bonitate dispositionis eius ut nec pinguis nec tenuis nec irācunda nec pigra nec multū laborans nec multum quiescens viuida vultu bonorum morum non luxurians cuius operationes naturales sunt uere & proprie digestio. Et aliis sit proprie cibus: cibus boni nutrimenti: & laudabilis chimi nō uaporosi aut corrupti & sit cibus hn̄s mediocritatem cum declinatione sua ad siccitatem modicam & sic facilius ad digerēdum non grauās naturā & neq; sumatur ex eo usq; ad repletionem neq; supra repletionē: neq; supra cibum indigestū. At uero sacietatem nauseatiuam uitam inquantum possibile est. Adhuc autē elige ex cibis s̄m proprietatem. Inquit enim Dyascorides. Ruta confert epilepticis. Apium uero eam excitat. Et fortasse endiuia conceditur & anetum & coriandrū, & phibeantur fructus oēs nisi quidam stiptici super cibū ut

prohibeant

prohibeant ascensum uaporum et confortent stomachuꝫ. Et prohibeantur caules & porri. Et pisces quidem sunt molesti eis. Edine uero carnes & pulline et gallinarũ et capreoloruꝫ & leporum iuuenũ et que hoc cursu ꝓcedunt dilecte. ¶ Potus aũt eorum utilis est uinum multe ꝑmixtionis nec nimis antiquũ nec nimis nouum clarũ subtile odoriferum stipticitatis parum habens. Dulce nero et grossuꝫ est malũ: & simil'r etiam purum si sit elegans. Hydromel quoqꝫ est potus ei elegantius q̃ uinum. Vitent aũt super repletionẽ potum qualiscunqꝫ sit et qñ digestio fieri incipit & potum oẽm immoderatum & potum aque & potum vaporosum sicut est uinum de dactilis & similia. ¶ Famem aũt oẽm et repletionẽ fugiant. Moderatum quoqꝫ ieiuniũ cõfert et melius in hoc casu moderate inanitum q̃ repletum. Vitent coitum & fortassis coitus apud eos qui vltime abstinent si moderatus sit sanat. Sõnus aũt et uigilie supra rõneꝫ nocent & supra sacietatẽ somnus nocet et supra nauseam. Confert uero apud principium digestionis cibi: sed moderatus. Somnus apud ieiuniuꝫ & uacuitatẽ nocet. Exercitium et quies supra rõnem nocent. Moderatũ uero utrũqꝫ confert & ꝓprie ſm legem. Naꝫ moderatum exercitium in ieiunio confert. Nocet qualescunqꝫ sit post cibum. Quies uero econtrario iuuat & nocet. Omne aũt qđ dilatat aĩam & confortat cõfert. Angustia aũt & tristicia nocent & dolor & sollicitudo laboriosa nocent. ¶ Secuudã autem rem cõplent que materiam ꝓprietate & uirtute adaptãt ut eius facilis fiat expulsio qualia sunt squilla & acetuꝫ eius & oximel ipsius & decoctio & syrupꝰ ysopi aut alhasce aut sticados aut acori aut origani & similium. ¶ Tertiam auteꝫ rem complent euacuationes decentes: quarum rememorabimur & clysteria & suppositoria lenia & acuta. Et in sanguinea flobothomia saphene & prouocatio emorroydarum & menstruorum et emissio spermatis si a retẽtione eius fiat & expulsio uermium si fiat ꝓpter illos. ¶ Quartã rem cõplent gargarismata & sternutatoria & ꝓprie vomitus & cõmasticationes multiplicantes saluiam & sputum & fricationes ligature in extremitatibus & ventosationes in eis et empl'a ru

mandans

bificantia et pprie super membrũ mãdans si est membrum mandans. ¶ Quintam rẽ cõplent rectificatio stomachi si est a stomacho aut matricis aut intestinorũ aut mẽbris alterius sicut diximus & dicemus: & in oĩbus his rectificatio cerebri debet esse intentio prima sicut iam diximus. ¶ Sextam rem cõplent administratio medicinarũ que cũ proprietate retardant paroxismum aut mitigant aut cito ipsum cessare faciũt aut prohibent aduentum eius omnino aut occultant sicut dicemus post. Et aliquando flegmatica febris & proprie longa resoluit. Digerit & consumit materiam eius. Et qñq; apud resolutionem eius apparet in partibus capitis saphati aut albaras & significat salutem. ¶ Apozima ysopi confert epilepsie proprie mirabiliter. Accipe ysopi sicce. lib. i. passularum enucleatarum ℥. ii. ¶ Coquátur in aque pluuialis. lib. iii. vsq; dũ sit medietas eius consumpta. Et da omni mane cum oximelle squillitico bonum & expertum. Et qñq; additur in apozimate hasce & quandoq; epithymum & est efficacius & quãdoq; fit inde syrupus mellinus cõferens eis si deus voluerit. Res autem quas semper in potibus sumere oportet sunt peonia & semen eius & piretrum et siseleos & aristologia rotũda. Et hic quidem danda ante purgationem & post cum hydromelle aut apozimate ysopi aut aliquo taliũ. Ioannitius. Confectio yere dyacolloquintidos super qua expectatur fiduciam iuuamentorũ multorum ad egritudines omnes capitis & cerebri et neruorum difficilis eradicationis sicut est soda proprie et emigranea & epilepsia & paralysis & tortura & vertigo et tenebrositas visus. Cuius permixtio. ℞. yerepigre in qua aloes fuerit duplum specierum. ℥. vi. trociscorum alandahal. ℥. iii. turbith. ℥. ii. squille assate agarici sticados: ana. ℥. ii & ß. scamonee antiochene cocte in pomo auř. ii. ellebori nigri salis gemme bdellii: ana. auř. iiii. bdellium resoluatur in vino permixto. Cetere autem res terantur et cribellentur et fiant trocisci cum bdellio dissoluto et siccentur in vmbra & iterum terantur & cribellentur: et confice cum melle passularum conterendo vsq; dum fiat sicut pasta fac pillulas & sit dosis a. ℥. i. vsq; ad. ii.

¶ Mahemet Arasi. Cōfectio medicaminis q̄ die omni datur ad epilepsiam et vertiginem & preparat materiam cuius p/mixtio. ℞. sticados. ʒ. x. agarici. ʒ. ii. &. ß. siseleos. ʒ. iii. violarū siccarum. ʒ. v. confice cum chermes. Et da omni die in modū duarum aut trium nucum cū oximelle squillitico.
¶ Idem. Confectio alia mira ad epilepsiam propria et exp/ta. Re. piretri siseleos sticados: añ. ʒ. x. agarici. ʒ. ß. cordumeni hasce aristologie rotunde affodili liquiritie: carpobalsami peonie: añ. ʒ. ii. & accipe expressiōis squille & mellis partes equales de qbus coctis ad spissitudinem q̄tuʒ sufficiat ad ag gregandum ea accipe. Et deinde recōde in vase uitreo. Dosis a. ʒ. ii. usq; ad. iii. est enim medicamen ultimum.
¶ Filius Serapionis. pillule ad epilepsiam ex flegmate exp/te. Accipe siseleos aristologie rotunde castorei salis indi: añ. ʒ. iiii. radicum peonie trociscorum de squilla: ana. ii. vi. yere pigre sticados epithimi. añ. ʒ. x. polipodii. ʒ vii. agarici. ʒ. xii. colloquintide. ʒ. xi. turbith. ʒ. xv. in alio. v. mirabolanoruʒ ni grorum belliricorum emblicorum: añ. ʒ. iii. lapidis lazuli. ʒ. iii. mirabolanorum citrinorum ellebori nigri camepitheos: camedreos: añ. ʒ. viii. Confice cum secaniabin squillitico. Do sis a. ʒ. i. vsq; ad. ii. & . ß.
¶ Filius Serapionis pillule ad epilepsiam melancolicam. Fi deles & morpheam nigrā & egritudinē melancolicā. ℞. yere pigre. ʒ. v. epithymi. ʒ. x. lapidis lazuli loti. ʒ. vii. scamōee col loquintide ellebori nigri spice: añ. ʒ. ii. Cōfice cum aqua mel lis. Da cū aqua epithymi et passularum.
¶ Alexander. Pillule qbus nulle fortiores ad epilepsiā & ar teticaʒ & podagrā. ℞. Aloes colloqntide scamonee bdellii el lebori nigri corticū gūmi: añ. ptem. i. euforbii baurach: añ. p tem. ß. Confice cū succo caulium. Dosis a. ʒ. i usq; ad. ii.
¶ Oribasius Medicamen bonū qd sumitur omni die confert epilepsie & uertigini. ℞. baccarū lauri piperis albi siseleos pi retri: añ. ʒ. iii. radicum peonie aristologie rotunde: añ. ʒ. ii. ca storei trociscorum de squilla: añ. ʒ. i. Confice cum oximelle squillitico. Et da cū eodem oximelle die qualibet.
¶ Clystere cōferens mirabiliter. Accipe alhasce y sopi absin

thih

thii: añ. ℥. ß. pulpe colloquintide. ʒ. ii. centauree. ʒ. iiii. carthami. ʒ. xii olei de cherua. ʒ. v. Clystere fiat cum eis.
¶ Sternutatoria autem & caputpurgia et gargarismata & masticatiões eligãtur in caplo de soda. Ruta autem & castoreũ separatim aut cõiunctim odorata cõferũt mirabiliter et similiter gummi rute agrestis cõfert. Facit enim cito reuiuiscere & excitat sepultum a uehementia paroxismi.
¶ Alexãder. Ex ysopo pulegio & origano cum cãtaridarum q̃titate sufficiẽti pastillos facies quos cõmastices: qa flegma deponũt & cerebrũ mundificãt adhuc aũt piretrũ cũ masticis & cere quantitate sufficiẽti cõmixtũ & cõmasticatum flegma cum uirtute deponit et mundificat cerebrum mirabiliter.
¶ Galienus. Peonia ßm omnem modum administrationis eius est medi. magna ad epilepsiam radix: scilicet & semen eius. Et enim si ex ea diebus singulis ʒ ii. usq; ad. iiii. propinetur cum aqua mellis & ysopi aut cum oximelle confert mirabiliter. Et similiter si fiat ex ea caputpurgium aut gargarismata cum oximelle & sufflatur ex ea in nasum & confert. Et si continue puluis eius odoratur confert. Expertum est suspensionem eius in collo esse iuuamen sublime & etiam sumpta in cibis & potibus. Et fit suffumigatio ex semine eius & est mirabile sumptum etiam melle rosato diebus singulis sanat si deus uoluerit.
¶ Hyppocrates dixit. Et multi post ipsum et nos etiã expti sumus piretrũ esse medicinã fidelem ad epilepsiã: & ꝓprie cõditũ eius et electuarium factũ ex eo & melle: et trocisci facti ex eo sumpti cũ hydromelle: & caputpurgium ex eo. Conditum autem eius fit sicut zinziber cõditum expertum bonum.
¶ Confectio de piretro conferens epilepsie & torture: paralysi & egritudinibus neruorũ frigidis. Re. secacul lib. i. piretri humidi aut humectati. ℥. vi. melle dispumati lib. vi. pinearum purgatarum. li. i. & me. Cõdies cũ zinziberis & piretri. añ. ℥. i. gariofilorum: nucis muscate cubebe. añ. ʒ. iii. cynamomi ʒ. v. & in alio piretri et hueg: aut zinzi. aut humidorũ aut humectaorũ. añ. ℥. iii. Exptũ bonũ: & alii addũt musci. ʒ. i.
¶ Galienus. Post corporis & capitis mũdificationem tyriã

cam aut mitridatũ dabis diebus qbus a purgatione interpo
las & ꝓprie auellanas duas de altero eorũ. & ꝓprie in sero
aut in mane sicut uideris expediri. Dãda est etiã cõfectio de
musco dulcis & amara & tyriaca. dyatesseron et Cõfectio ce
saris. & yera Hermetis & theodoricõ cũ nucibus muscatis.
¶ Filius Serapionis. Confectio masticatorii faciens fluere p
sputum humores mirabiliter & mundificant caput. Re. pire
tri. ʒ. i. sinapis ʒ i. & me. staphisagrie. ʒ. ii. salis armoniaci. ʒ.
me. cuꝫ mastice: & cera partibus cõuenientibus misce. Et fac
formas sicut auellanarum. Et ex eis iugiter masticentur in ie
iunio: cõferunt enim si deus uoluerit.
¶ Galienus. Odoretur ruta omni hora & fit caputpurgium
cum ea & confert epilepsie. Et similiter auricula muris bibi/
ta & caputpurgium ex ea factum: ruta agrestis similiter exp/
ta: & similiter gummi eius.
¶ Democritus. Suffumigatur epilepticus cum asa & admi/
nistratur odor eius: & excitat epilepticum & administra om
ni hora preseruat eum ad epilepsiam: si deus uoluerit. Eodẽ
modo confert gallie muscate administratio: & similiter gum
mi eius & etiam bibita.
¶ Alexander. Vesica apri cum tota urina exiccetur in furno
& dabis ex ea ad fabeꝫ mensurã diebus singulis in mane cũ
oximelle: expertum est. Et dixit se usqꝫ ad tertiam diem quẽ
dam uidisse curatum.
¶ Dyascorides: Leporis coagulum: si bibatur confert epile/
psie. Et similiter asininũ epar assatuꝫ: & comestum in ieiunio
Detegunt epilepsiam epar caprinum comestum: & suffumi/
gatio ex galbano: & similiter ex ungulis capre & apium ꝺm
omnem modum administrationis eius: & fungi et suffumi/
gatio ex myrrha: & positio eius ĩ naribus: aut ex cornu capri
no & epar caprinum & yrcinum comestum aut odoratum.

¶ De appoplexia.

CVra huius egritudinis proxima est cure epilepsie pro/
pter quod oportet ut omne genus cure administretur
illi o. Dilatio enim ducit ad mortem festinam cũ sit etiaꝫ ipse
morbus per se parum recipiens curam sicut Hyppo. dixit.

Verumtamen vt non appareat ex parte operantis defectus conaberis a principio materiam subtrahere inquantum possibilitas exigit. Et siquidem sanguineam esse videris utriusq; partis flōma cephalicam ilico simul cū emissione multi sanguinis si res patitur. Et cōsequenter crura: & pedes ventosari facias et trahe inquātum potes ad oppositam ptem cum omnibus generibus attractionū et ēt cum clysteribus acutis: & sternutatoriis & suffumigationibus et aliis. Si autem flegmatica fuerit materia subtrahe ēt inquantum potes sicut hic diximus. Et ex hoc reqre ī cap̄. de soda & de epilepsia: et de eo q̄ diximus in paralysi si deus uoluerit.

¶ Summa quarta de egritudinibus neruorum.

e Gritudines neruorū aut sunt a cōplexione pura & alteratione solū & indigent cōfortatione post illud. Aut sunt cōplexionales cū materia et indigent alteratione & mundificatione et demum cōfortatione. Aut sunt a solutione continuitatis eorum: & dicemus curam eoruʒ in loco suo. Aut contritio eorū & dicemus ibi. Et complexionales quidem neruorum egritudines a frigiditate sunt ꝑm plurimum. Et deinde ab humiditate: a caliditate uero et siccitate non sepe licet quandoq; accidant. Et quidem uerificatum est quod febris superinuadēs curat neruorum et iuncturarum egritudines: quarum radix est frigiditas aut humiditas. Digerit enim & subtiliat materiam et consumit.

¶ Diascorides. Ziniam ꝑm oēm modum administratōis eius malam neruorum complexionem alterat: & eos confortat. Et iuncturarum doloribus similiter: et proprie comesta cum vitellis ouorum et saluia et ponitur in decoctione ydromellis & confert mirabiliter. Emplastrata quoq; cuʒ melle: & farina ordei confert doloribus eorum.

¶ Hydromel conferens omnibus egritudinibus neruorum frigidis et humidis. Accipe et ziniam. lib. ß. foliorū saluie & lelengi. an̄. ℥. vii sticados. ℥. iii. bulliant in aque li. vi. vsq; ad lib. iii. & cola: & cum mellis lib. ß. permisce. Et proiice sup ea piperis: gariofilorū spice: an̄. ʒ. i. & me. zinzi. cinamomi: an̄.

ʒ. v.

ʒ.v.Dimitte a sero usq; mane: deinde cola per colatoriuȝ.Et si dosis eius in ieiunio lib.ß.cum aqua calida.

¶ Embroca conferens egritudinibus neruorum frigidis: que administranda est super caput: & locum originis neruorum & super locum passionis.Re.florum camomille lib.me.zini an: florum saluie zizimbri: & sansuci: & sticados: & lelengi: añ.ʒ iiii.Decoquantur in aque lib.iiii. vsq; ad.ii. & fiat embroca cum eis sicut diximus et cataplasmetur ex fece.Est eñ expertum si deus uoluerit.

¶ Iudeus.Syrupus de sticados est medicina mirabilis conferens omnibus egritudinibus neruorũ frigidis & confortans eos cuius pmixtio.℞.florum sticados.ʒ.iiii.hasce zinian: añ. ʒ.i.piperis piretri ana.ȝ.iiii.passularũ sine ĩterioribus.ʒ.i.coquantur in lib.iiii.aque usq; ad.ii.cũ mellis lib.i.& sape li.ß. fiat syrupus.Dosis eius ẽ ad.ʒ.i.vsq; ad.ii. cũ aqua alchilil.

¶ Confectio conditi ad egritudines neruorũ frigidas mirabilis.℞.secacul pinearum mundatarũ radicũ acori: añ.lib.i. &.ß.& sint secacul: & acoris elixata et exp̃ssa: & misce cum eis p̃ter pineas mellis dispumati lib.x.& decoque lento igne usqȝ dum spissitudinẽ acquirat. Deinde deponatur ab igne & proiiciantur super ipsum pinee: & misceantur adinuiceȝ. post hoc pulueriza sup ea piperis.ʒ.i.piperis longi gariofilorum zinzi.macis: añ.ȝ.iiii.nucis muscate: galãge cardamomi: añ.ȝ.iii.Dosis eius est.ʒ.i mane & sero.

¶ Decoctio cõferens mirabiliter ad oẽs egritudines neruorum et dolores eorũ.accipe ziniam recẽtis et humide: & p̃prie succi eius li.ß.Et pmisce cuȝ eo mellis.ʒ.i.& me. olei de cherua: aut olei de tribus piperibus dicti in ãtidotario auř. ii.pigre auř. ii.aut minus aut plus ßm q̇ oportet.Et da in potu.a.ȝ.x.vsqȝ ad.xx.Si aũt ipsa herba humida inueniri non poterit.accipe ex sicca circiter lib.me.decoque in lib.i.aque usqȝ ad lib.me.Et fac sicut diximus.

¶ Ex oleis aũt & vnguẽtis: & emplr̃is & aliis cõueniẽtibꝰ ad pmutationẽ malitie cõplexionis neruorum in maiori grabadin plura scripsimus que ibi requiruntur.& de plurimis etiã loquemur in capl̃is p̃priis & de purgantibus etiaȝ materias

eorū multa illic scripsimus q̄ reqruntur ibi in ꝑteritis capitulis plura scripsimus et ꝓprie in soda: & epilepsia & uertigine & scribemus ēt in capitulis que sequentur.

Galienus. Tyriaca & mitridatū administrātur ad oēs egritudines neruorū frigidas cū aqua decoctiōis unius manipuli ziniam: & anisi: & foliorū rute & saluie. Et cōferunt in omni tpe egritudinis & in principio qdē ante purgationē: qa digerunt & subtiliāt materiā: & ꝑmutāt malitiā cōplexiōis frigide. Et cōferūt post purgationem qa residuum materiei resoluunt. Adhuc aūt habent ꝓprietatē ut neruis iuuamentū afferant manifestū et confortēt eos. Et sit dosis a quarta. ʒ. i. vsq; ad. ʒ. i. diebus singulis.

Galienus. Habet adhuc de ꝓprietate egritudinibus neruorum cōferre ꝓprie administratio castorei omni die. chirat. i. cum eo ꝙ cōuenit ei ex potibus. Huius ēt intētionis est asafetida ꝓprie mirabiliter inuncta. s. et bibita omni die. Similiter oleum de narcisco & oleum de yreos cuꝫ glutino albotin & similiter oleum de been & oleum de alcanna: & oleum de ruta. Piper quoq; est ad neruorū egritudines frigidas medicina sublimis: & oleuꝫ de piperibus et similia. Olei uero de euforbio iuuamen est mirabile: & simil'r olei de croco & olei pħorum. Est enim expertum uerax.

Humain. Modus pillularum de euforbio conferentiuꝫ ad mollificationem et frigiditatem neruoruꝫ: & ad hūores crudos q descendunt ad eos uel q sepulti sunt quaruꝫ ꝑmixtio. Re. euforbii colloqntidos: agarici serapini bdellii: an̄. ʒ. iiii. aloes. ʒ. vi. masticis. ʒ. ii. Cōfice cū exꝑssione ziniā: aut porrorum. Sunt enim experte. Dosis a. ʒ. i. usq; ad. ʒ. i. & ß.

Galienus. Confectio pillularum fetidarum. Maiorum exptorum iuuamentorū ad egritudines omnes neruoruꝫ q̄ sunt a materia grossa uiscosa difficilis eradicationis: & ad dolores iuncturarum qui sunt ab eadem causa et ad omnes dolores totius corporis qui eandem habent materiam. Similiter & ad vertiginem: & ad epilepsiam: & emigraneam difficilē: et sodam: & morpheam et albaras et lepram. Re. aloes turbith: an̄. ʒ. v. serapini armoniaci: oppopōaci: bdellii: seminis

harmel

harmel: mirabolanorum. colloquintide interioris: ana. ʒ .iiii scamonee. ʒ. ii. tapsie inde hermodactili scebran: ana. ʒ. i. casto. agarici euforbii: an̄. ʒ. i. cynamomi croci cardamomi spice. an̄. ʒ. me. gummi infundantur in aqua porri: & fac ex eis pillulas. Dosis a. ʒ. i. usq; ad. ii.

¶ Pillule fetide minores que sunt in potestate maioruʒ quarum permixtio. Re. serapini armoniaci: oppoponacis bdelii aloes ana. ʒ. iiii. castorei: harmel. ana. ʒ. iii. colloquintide. ʒ. vii. turbith. ʒ. x. Confice sicut alias.

¶ Filius zacharie arasi. Pillule fetide maiores que conferūt egritudinibus omnibus neruorum sicut est paralysis: & tortura et spasmus humidis et dolor iuncturarum. Et solutione educunt humorem grossum uiscosum a locis difficilis eradicationis eius. quaruʒ permixtio. Re. yerepigre. ʒ. x. pulpe colloquintide. ʒ. vi. centauree minoris meizarchan. ana. ʒ. v. euforbii. ʒ. ii. & me. scebram castorei zinziberis. assefetide: serapini oppoponaci: setaragi indi: sinapis: piperis ana. ʒ. i. gummi dissoluantur in aqua rute: & fac pillulas cum ceteris: dosis a. ʒ. ii. usq; ad. iii.

¶ Pillule fetide minores: ex inuentione nr̄a et eiusdē et sunt in intentione maiorum: et conferūt tremori mirabiliter proprie quarū permixtioni. Re. yerepigre. ʒ. v. piretri: casto. cassie. an̄. ʒ. iii. serapini pulpe colloquintide: ana. ʒ. iiii. dosis a. ʒ. ii. usq; ad. ii. & . ß. expertum.

¶ Filius zacharie arasi. Confectio anacardina que est medicina sublimis ad omnes egritudines neruorum frigidas aut humidas sicut paralysis & spasmus ab humiditate aut a frigiditate et tortura et tremor & stupor. Statim eniʒ sanat. Accipe zinziberis costi piretri: nigelle piperis macropipis hueg an̄. ʒ. x. myrrhe foliorum rute ase gētiane: aristologie baccharum lauri castorei tapsie: sinapis: ana. ʒ. v. mellis anacardini. ʒ. v. & tertiam. Inuoluantur oīa cum oleo nucum & confice cū melle apum. Da ex eo in modum grani lauri.

¶ Inquit Mahemet. Hec medicina ē bonitatis magne ad egritudines quas diximus in omnibus egritudinibus frigidis: & inflāmat corpus statim & adducit febrem bonā spasmo hu-

mido & fricatur cum ea lingua & confert grauedini eius & fit emplastra ex ea sup mēbrum stupidum & frigidū aut fricatur cum ea & confert proprie mirabiliter & facit sudare quapropter oportet ut cooperiatur sumens eam ut sudet: sanat enim si deus uoluerit.

¶ Hamech filius zezar. Oleum ꝙ administratur in potu ad egritudines neruorum que fiunt a flegmate & humore uiscoso & administratur cū aliquo ꝙ cōuenit ex potibus. ℞. colloquintide. ʒ. x. aloes. ʒ. v. turbith albi. ʒ. iiii. squille. ʒ. iii. gentiane psilii: sansuci zinian: ana ʒ. ii. & me. amomi: spice xilobalsami gariofilorum: cynamomi piperis: macropiperis aristologie longe & rotunde cassie: polii squinanti petrosilini polipodii: anisi epithymi: ana. ʒ. ii. & . ß. serapini liqritie: iusquiami zinziberis: ana. ʒ. ii. contere omnia contritione grossa: & funde super ea aque fontiuꝫ lib. iii. olei antiqui sextā unius coquantur lento igne usqꝫ ad aque cōsumptionem.

¶ Hamech. oleum de figia confert egritudinibus neruorum flegmatice. Cuius hec est permixtio. Re. figie castorei prassii ana. ℥. i. piperis. zinzi. squinanti: cassie: ana. ʒ. v. cyperi costi: carpobalsami: xilobalsami: ellebori nigri: armoniaci spice serapini aristologie longe & rotūde: añ. ʒ. iiii. olei siricini. ʒ. v. aque lib. iii. Coque sicut hic proprie diximus.

¶ Oleum aliud de figia ualens similiter. Olei siricini lib. ii. castorei lib. iii. Coque in duplici uase.

¶ Eligimus aūt ex ātidotario unguēta & emplastra & olea de quibus est ysopi cerotum & unguentum de bdellio: & unguentum Phylagrios & cerotum diapente & cerotum Alexandri: & cerotum Andromaci: & emplastrū filii zacharie.

¶ Ioannitius. Lesio cadens in neruis posterioribus iuuamē suscipit a sternutatoriis: & caputpurgiis ꝓpterea ꝙ a locis originuꝫ neruorū diuersio fit ad locū emunctorii cōmunis: & purgatur per ipsum. Lesioni autē cadenti in neruos faciei sternutatoria & caputpur. ꝓhibenda sunt in principio. Fortasse eñi conferūt in fine rei. Gargarismata aūt sunt his & illis utilia: & ꝓprie post mūdificationē cōmunē nisi materias ad pectus reumatizare timueris & pulmonē. Sunt enim tūc

suspecta

suspecta sicut alibi diximus Et etiam quidem ex his que pre cesserunt caputpurgia & sternutatoria multa colligere potes ad hec utilia & gargarismata.

¶ De paralysi.

IN cura huius egritudinis regimen duplex est. Est eniʒ re/gimen quoddaʒ cõe & quoddã ꝑpriũ. Cõmune auteʒ regi men nũc partem morbi tangit nũc proprietatem. Interduʒ uero dietam. Et primũ quidem cõpletur cum administratio ne oĩs studii ad capitis partem posteriorẽ & nucham: & il/lud ideo qm̃ cadit ꝭm plurimũ hec infirmitas in ueruos mo tiuos & eorũ ortus est a posteriori cerebro: & nucha. Et hoc quidem studiũ etiam in quibusdaʒ aliis neruorũ egritudini/bus administrari debere cõmune est: sicut est spasmus ꝑprie & tremor et stupor et tortura. Secundũ uero completur cuʒ administratione medicinarum ꝑprietate & uirtute conferẽ tium & confortantiũ eos: sicut hec in ꝓximo capitulo quod est ante istud diximus. Tertiũ autem cõpletur cum paucitate cibi et potus et omni regimine exiccatiuo. et sicut est ex cibis & potibus & cõdimentis eorum proprietatem habentibus ut neruis cõferãt sicut sunt grana pini ꝑprie & cerebrũ lepo ris: & hasce & origanũ & ysopus & pip et zinziber & pire trum: & ius serpentis cum ꝑprietate & species salis conditi: & ius gallorum antiquorum ꝭm doctrinã Galieni. & hydro mel recipiens sansucum hasce: saluiam et similia. Et confert eis administratio capparis & tali alphesire in primis cuʒ ele uantur a terra frixi cum speciebus et hueg conditum. Vinuʒ autem uitare oportet. Facit enim ad neruos materias pene/trare que forsitan nõ penetrarẽt. Et scito ꝙ uinum inimicum est neruis & oculis per se. Ipsius enim abusus est causa mor/bi. ipsoruʒ. Vitent etiã aquaʒ & potum supra cibũ & somnũ supra cibum & fit parcitas in potu ꝭm omnem modum: & sit potus exiccatiuus & abstinere supra sitim & fameʒ est cu ra prima. Regimen autem proprium capit. iiii. res. Prima est adequatio materiei. secũda est abscisio eius. tertia conuersio residui eius ad oppositũ & diuersum: quarta corrigit accidẽ tia. ¶ Prima autem res completur cum administratione re/

ruȝ.morbi materiã carminantiũ & maturantiũ: de qbus hic pauloante locuti sumus & tu reqre in illo. ¶ Secũda aũt res cõpletur administratione ꝓpriorũ euacuãtiuȝ sicut yera dya rolloquĩtide & pillule fetide & yera Hermetis.et alia que su pra diximus. Inqt Gal'.egritudines neruorũ et iũcturarũ nõ nisi forti agẽte rectificantur. Verũtñ de meliori operatione est nõ properare ad usuȝ fortium a principio ne subito tolla tur uirtus aut resoluatur. Vomitus aũt & euacuatio p clyste/ ria & proprie acuta sunt ex bonis euacuationibus. Et fiat uo mitus ꝓprie cum expressione raffani cũ oximelle: aut cuȝ ex pressione raffani: in quo sit uirtus ellebori nigri. Aut uomi/ tus sit post cibaria acuta: & oportet ut inter euacuationem et euacuationem interueniat tẽpus in quo operari oportet re gimẽ cõfortantiũ. Et tũc quidẽ administrẽtur tyriace: et mi/ tridatum & cõfectio de musco dulcis & amara & similia. Et quidem in hac hora anacardinum quod diximus est eis mi/ rabilis medicina: & hac quidem uicissitudine regimen istud completur & cito sanitati restituitur si deus uoluerit. ¶ Ter tia autem res completur cum gargarismatibus et cum masti catiõibus & caputpurgiis et sternutatoriis de quibus pluri es facimus mentionem. ¶ Quarta auteȝ rem cõplent unctio nes et emplastra & fricationes & balneum et alia de quibus loquemur iam si deus uoluerit. Et dictũ est febrẽ superueni/ entem egritudinibus neruorum humidis esse curam bonaȝ.

¶ Filius Serapionis. Decoctio cõferẽs cum uirtute dei ad pa ralysiȝ: & mollificationẽ & spasmũ: & dolores neruorũ. ℞. radicũ apii feniculi: ana.ʒ.x. squinanti.ʒ.vi. seminis feniculi anisi petrosilini siseleos costi centauree minoris: piretri.ʒ.iii. ziniam cordumeni: ana.ʒ.iiii. seminis rute: setaragi indi.añ. ʒ.ii. sticados belliricoruȝ emblicorum: añ.ʒ.viii. Decoquan tur in.vii.lib.aque usqȝ ad lib.ii. Et da omni die cuȝ oleo de cherua: aut oleo de piperibus aut oleo de costo diebus.xxi. Et sit proprie decoctionis.dosis ab.℥.i. usqȝ ad.ii. & sint olei a.ʒ.ii.usqȝ ad.iii. Sanat enim si deus uoluerit.

¶ Clystere conferẽs paralysi solutione educẽs humoreȝ cru dum & uiscosum ꝙ administrandũ est hora post horaȝ & ꝓ

prie

prie qñ fit interpolatio ab aliis euacuationibus.℞.sicle furfuris: añ.lib.ß.melliloti aneti radicũ maluarum mũdatarum camomille: ana.℥.iii.ficus siccas xv. numero fenugreci cartami.ana.℥.i.&.ß pulpe colloquintide cherue mundate.añ.ʒ.ii.centauree.℥.iiii.bulliant in lib iiii.aque usq; ad lib.i.&ß.ex huius aque li.me.& oleo antiquo et almuri et melle clystere fiat bonum & efficax: si deus uoluerit.

¶ Filius zacharie. Oleũ cõferens paralysi & torture proprie mirabiliter.℞.costi.℥.i.euforbii piperis: añ.℥.unius tertiam castorei.℥.me.olei.de cheiri lib.ß. aut olei costi: aut olei de narcisco in duplici uase coque & utere.

¶ Archigenes. Cerotum conferens mollificatiõi & spasmo expertũ bonum.℞.euforbii piperis ysopi humide armoniaci croci olibano balsami castorei glutinis alimbac oppoponaci.ana.ʒ.iiii.storacis.ʒ.ii.cere citrine lib.ß.olei antiqui li.ʒ. Terantur sicca gummi uero dissoluantur in uino: & misceantur & fiat ex eis unguentum & ungatur super membrum in quo est lesio. Sanat enim si deus uoluerit.

¶ Aliud uidẽs ꝓprie mirabil'r ℞.myrrhe oppoponaci usnee sauine zimã amigdalarũ amararũ: castorei gũmi rute agrestis thuris ana.ʒ.ii.seminis agni casti piretri galbani euforbii ana.ʒ.i.yere gummi pini: ana.ʒ.vii.olei cucumeris asinini & olei laurini & olei de gallis q̃tum sufficit. Liniatur ex eo super membrum gargarismata fiant ex eis que diximus.

¶ Aliud bonum gargarisma fiet cum yera. Archigenis & oximelle. Eligãtur uero ex cõmasticabilibus cõuenientia. Et ex eis fiant forme sicut nuces ex staphisagria & mastice. Deponunt enim flegma plurimum.

¶ Aliud ualẽs sil'r. Accipe sinapis piretri staphisagrie: ana. Fiant forme sicut diximus cum mastice & administrentur.

¶ Sal solutiuus. Cuius iuuamentum est magnum ad paralysim & torturam & egritudines neruorum frigidas. Accipe piperis origani hasce sinapis zinzi.piretri ysopi seminis apii anisi feniculi folii gariofilorum hueg macis petrosilini nasturcii scamonea agarici turbith: ana.ʒ.i.&.me.salis gemme ad pondus oĩu3. Terantur & cribellentur et administrentur

ex eis

ex eis ubi patet: & etiam supra cibaria. Et quandoq; quadru plicatur in eo hueg & est uigorosus.
¶ Caputpurgia & sternutatoria sunt ad hanc egritudinem uehementis uirtutis. Purgāt enim cerebrū & cōuertūt a parte egritudinis ad emunctorium cōmune. Eligātur caputpurgia ex eis que diximus & dicemus.
¶ Filius zacharie. Modus caputpurgii conferentis ꝑprie mirabiliter ad paralysim & torturā & dolorem capitis et egritudines cerebri flegmaticas. ℞. castorei. ʒ. i. condisi piperis ciclaminis & gilbenec pulpe colloquintide: baurach rubei: euforbii: fellis bouini exiccati: ana. ʒ. iii. Fiāt ex eis collyria. Et deinde fiant caputpurgia cum eis cum auricula muris: aut cum aqua sansuci.
¶ Galienus quidē iam dixit administrationē tyriace et mitridati ante purgationē et post cōferre: sicut in capitulo ꝙ est ante istud diximus. Anacardini quoq; iuuamētum est adhuc in hac cā mirabile ꝙ diximus & plura etiam illic scripsimus que etiā huc afferātur. Q̲ñq; etiā datur ex oppoponaco q̄titas cicerū triū cum hydromelle & cōfert. Iuuamentū quoq; hueg cōditi dicemus esse mirabile ad egritudines neruorum oēs proprietate sua & silr grana pini. Pipera autem ꝯm oēm modū administratiōis eorū cōferunt mirabiliter. Et silr asa fetida bibita ꝑprie & linita diebus singulis. Et iaȝ quidē diximus iuuamentum castorei magnificari ꝯm omnem modū administrationis eius: & similiter usus capparis.
¶ Hermes. Magnificatur iuuamentum uulpis ad paralysim & egritudines neruoruȝ al's: & proprie embrocatio facta ex aqua decoctionis ipsius & ꝑprie usq; duȝ dissoluantur membra eius in ea. Et magnificatur etiaȝ oleū decoctionis ipsius Et nos scripsimus illd' in grabadin medicinarū uniuersaliū.
¶ Ioāpitius. Pillule de oppoponaco sunt medicina sublimis ad egritudines neruorum: & exiccant ab eis humiditates uiscosas et mucillaginosas et cōferunt paralysi torture spasmo humido & dolori iuncturarum & dorsi: & genuum quarum ꝑmixtio est hec. ℞. aloes. ʒ. x. trocisci alandahal. ʒ. vi. & ꝯ. opponaci serapini armoniaci bdellii hermodactilorum: aā. ʒ. v. harmel

v.harmel ſucci cucumeris aſinini:ana.ʒ.ii.et.me.piperis macropiperis zinziberis tapſie mirabolanorum citrinorũ belliricorum emblicoruꝫ myrrhe croci euforbii caſtorei:an̄.ʒ.i. ſcamonee.ʒ.i.&.me.agarici.ʒ.ii.turbith.ʒ.vi..Gummi infundãtur in aqua caulium aut porrorum. Cetere autẽ res infundãtur in expreſſiõe ziniam. Deinde miſce oĩa ſimul poſtq̃ in ſpeciebus exiccata fuerit expreſſio ziniã tribus uicibus fiãt pillule. Et ſit doſis earum a.ʒ.i.uſq̃ ad ʒ ii. Sunt enim mirabilis uirtutis ſeu iuuamenti ſi deus uoluerit.

¶ Ioannitius. Vnctiones & empl'a rubificantia qñ exhiberi oportet in loco originis neruorum qbus accidit paſſio applicanda ſunt uel ſaltem in parte & latere ortus eorum & ex unctionibus ibidem adminiſtrandis eſt oleum nardinum & coſtinum confortata cum caſtoreo euforbio pipere & piretro. Ex emplaſtris quidem eſt radix lilii. Ipſa enim eſt iuuamenti magni & proprie adminiſtrata fricãdo & comprimẽdo ſuper locum & vnguendo & ſi miſceantur eum eo grana alrahec magnificatur operatio.

¶ Mahemet araſi. Modus linimẽti cõferentis paralyſi mirabiliter. ℞.cere citrine.℥.ii.olei de narciſco & olei de lilio an̄. ℥.vi.euforbii.ʒ.iiii. Fiat ex eis empl'ꝫ et liniat̃ ĩ latere altero.

¶ Ioannitius. In fine quidem rei conferunt ſtuphe & balnea ſine aquis & fricationes in eis cum ſale ſolutiuo quẽ diximus aut cum caſtoreo & aniſo et dauco aut cuꝫ ziniaꝫ ſiccata aut cum vrtica acuta. Et cõferũt etiã aque termarũ poſt fricationem in balneo ſicco & abſtinentia cibi & potus ſupra balneum & regimen exiccatiuuꝫ quantum poſſibile fuerit. Sanabitur enim ſi deus uoluerit.

¶ De tortura.

Tortura q̃dã eſt a ſpaſmo & cõtrahit ſupius q̃daꝫ a paralyſi & mollificatione & relaxat ad inferius. Et illius cura eſt cura ſpaſmi quaꝫ dicemus. Et huius cura eſt ut cura paralyſis quam diximus preterq̃ oportet caputpurgia & gargariſmata ante purgationem uitari cum ſit poſt mundificationem cura uera. Verum gargariſmata cunctis medicinis preponenda ſunt caputpurgiis cum ſint utraque cura uera

Et ſit

Et sit studium precipue primum in administratione medicaminum & emplastrorum: & linimentorum et medicinarum rubificantium in spondilibus ceruicis. Deinde perueniendum est ad mandibulam & ad partes faciei. & hoc est studiũ ꝯm ad cauteria autem approximandum est qñ iam omnia nõ cõtulisse experieris. Et hoc erit studium ultimum. Primũ autem studium pficitur cum administratione emplastrorum & linimentorum in spondilibus ceruicis. vnde nerui faciei ortum hñt & musculi ex eis que diximus in capitulo ꝙ ē ante istud et ex eis que dicemus. ℂ Scđm autem studium pficitur nunc cũ rebus extra nunc cũ rebus intus. Res aũt que extra administrande sunt: sunt linimenta & emplastrationes & embrocationes & euaporationes & ablutiões & calefactoria ex eis quas diximus & dicemus. Res vero que intra sunt administrande sunt quedá cõmasticabilia sicut forme facte ex hueg et nuce muscata et aliis que dicemus. Et sicut cõmasticatio nucis muscate & retẽtio eius in ore ex parte passionis continue integre aut cõmasticate & retentio castorei ex parte passiõis & sub lingua. Et administratio fricatiõis in pte interiori mãdibule cũ anacardino aut tyriaca aut mitridato & exhibitio diamusci dulcis & amari et fricatio gingiuarũ cum sale solutiuo quẽ diximus: aut cũ sale et nuce muscata & hueg & sint eoruȝ partes equales aut cũ anacardino & nuce muscata & aliis. ℂ Tertium aũt studium perficitur cum administratiõe ventosarum supra ceruicem & appositione medicaminis rubificatiui & cauterizatione facta post aurem ex parte egritudinis et post istam si non contulerit cauteria duo fiant in spõdilibus unum hinc & aliud inde. Et qñq; fiunt duo hinc & duo inde ꝯm distantiam spondiliũ. Et qñ tria qm̃ sanãt si deus voluerit.

ℂ Sabor filius girges. Cõfectio medicaminis experti ad torturam qđ masticatur & expellit flegma plurimuȝ et confert proprietate & rectificat malitiam neruorũ & sanat cũ celeritate. Cuius pmixtio. ℞. nucis muscate piretri hueg recẽtis thuris: añ. ptes equales. Confice cum chermes. Et fiant forme sicut nuces et cõmasticentur ex parte lesa et teneantur diu in

ea &

ea et fricet cū ea patiens digitis suis partes mandibule et gin giuas et dentes partis infirme. Si aūt fortius masticabile fa/ cere volueris misce cum predictis anacardini partem unam & est mirabilis.

¶ Filius Zacharie. Accipe nucem muscatā integraȝ non ha bentem contaminationem aut marciditatem & line sup eaȝ ex anacardino qđ diximus. Et teneat patiens in ore in parte lesa per horas .ii. uel .iii. Deinde comasticet eam & teneat cō masticatum eius in parte illa & hoc faciat bis in die quoniā sanat si deus uoluerit.

¶ Filius Serapionis. Confectio caputpurgii ad paralysim & torturam experta. Recipe. Piretri cōdisi oleandri exiccati su pra fumum: ana .ʒ. ii. origani carui aristologie longe: ana .ʒ. me. carpobalsami .ʒ. i. Terantur & pulverizentur & suffien/ tur ex eis in nasum.

¶ Filius Serapionis. Emplaftrum faciens ftipticitatẽ: & conferens in principio: & prohibens fluxum materiei ad oculos. Accipe foliorum folatri: et uirge paftoris et arnogloffe & endiuie et portulace et teneritatum rubi et folioruꝫ uitis: ana. fac cum farina ordei emplaftrũ: et oleo rofaceo et aqua decoctionis papaueris.

¶ Item. Qñ accidit ꝙ egritudo cõfeqtur ueftigia maturationis: tunc mifceas in emplaftris uitellum oui. mucillagines: fenugreci: & feminis lini: mellilotum et camomillam cum media pte croci: & oleo rofaceo fimul ĩcorpatis: & fupimpone:

¶ Filius zezar. Sief albũ quo utendũ eft in principio opthalmie calide cũ dolor eft vehemẽs. ℞. gũmi arabici: dragagãti: amili: ana. ʒ. iiii. cerufe lote. ʒ. vi. opii. ʒ. i. Diftempera cum albumine oui: uel cum aliquo quod conuenit ex liquioribus.

¶ Idem. Sief aliud album cõferens opthalmie in augmen-

to & sedat dolorem. Re. sarcocolle nutrite in lacte asine. ʒ. v. amili. ʒ. iiii. dragaganti. ʒ. iii. opii. ʒ. i. olibani. ʒ. i. & . ß. ceruse ablute. ʒ vi. Tempera cum aqua pluuiali.

¶ Filius zacharie arasi. Sief album conferens opthalmie & doloribus oculorũ. ℞ ceruse ablute. ʒ. x. sarcocolle grosse. ʒ. iii. amili. ʒ. ii. dragaganti ʒ. i. opii. ʒ. ß. Fiant trocisci parui.

¶ Sief aliud album descriptiõe Aboali cõferens opthalmie in principio & augmẽto eius. ℞. ceruse. ʒ. x. gummi arabici: amili. ana. ʒ. ß. sarcocolle nutrite in lacte asine aut mulieris ʒ. x dragaganti. ʒ. iii. opii. ʒ. i & . me. Confice cum aqua.

¶ Sief albuȝ descriptiõe Alexandri. Expertũ ad opthalmiã calidam cũ nimio dolore: et est mirabile. Re. climie prius tñ lote: deinde aduste & extincte in lacte mulieris. ʒ. x. ceruse lote ʒ. viii. scorie ferri. ʒ. iiii. opii. ʒ. ii. dragagãti: gummi arabici. añ ʒ. iiii. Confice cum aqua pluuiali.

¶ Sief citrinum descriptione eiusdem conferens doloribus vehementibus opthalmie. Reci. clymie ẜm superiorem doctrinam preparate. ʒ. viii. ceruse lote. ʒ. xv. croci. ʒ. iiii. opii. ʒ. i. dragaganti. ʒ ii. aque pluuialis quod sufficit. Vtere cum albumine oui.

¶ Sief citrinum aliud mirabile descriptione eiusdem plus operantium aliis: reprimit enim magis superfluentes materias. Re. amili. ʒ. xxi. sief memithe. ʒ. viii. sarcocolle: dragagãti: gummi arabici: ana. ʒ. iii. croci. ʒ. ii. & . me. mirrhe. ʒ. i. opii. ʒ. ii. Confice cum aqua pluuiali.

¶ Sief rosatum descriptione eiusdem efficax & expertuȝ ad ea que diximus superius. Re. foliorum rosarum. ʒ. xv. croci. ʒ. viii. opii. ʒ. ii. spice inde. ʒ. ii. gũmi arabici. ʒ. viii. aque pluuialis qđ sufficit: facit enim ad doloris vehemẽtiaȝ & ad fluxum materierum subtilium acutarum.

¶ Sabor rex medoruȝ. Cõfectio collyrii: citrini sublimis ad opthalmiã & doloris uehementiã confert enim statim. Re. sarcocolle ʒ. iii ceruse: amili: dragaganti: gummi arabici: añ. ʒ. ii. opii. ʒ. i. croci. ʒ. i. & . me. Omnia preter opium tere & rege in subtilissimũ pulhereȝ: sicut alcohol: opiũ autẽ dissolue in aqua rosa. aut lacte mulieris & misce cum aliis cõterendo

in vase

In uase lapideo contritione multa vsq; dum fiat liquidu3: si cut mel currens & vtere expertum est.
¶ Idem. Sief de spica cõferens opthalmie cuius materia est frigida & est cũ diuturnitate. ℞. sarcocolle. ʒ. me. spice. ʒ. ii. foliorum rosaru3. ʒ. iiii. croci. ʒ ii. opii. aloes: ana. ʒ. i. gũmi arabici: amili: dragaganti: añ. ʒ. i. confice cum aqua pluuiali: & fiat sief: & vtere. Cum aũt maturationis signum apparet conficiatur sief huius cum succo capparis. expertum.
¶ Mahemet arasi. Cõfectio pulueris albi: cuius operatio est mirabilis ad opthalmiam calidam & vehemẽtiam doloris. Re. sarcocolle nutrite in lacte asine aut mulieris. ʒ. ix. amili. ʒ. ii. opii. ʒ. i. & me. camphore. ʒ. me bonum & expertum.
¶ Idem puluis alius cuius ꝓprietas est abscindere lippitudinem quando nõ est sanies multa. Re. sarcocolle. ʒ. x. spume maris. ʒ. i. zucchari. ʒ. iiii. teratur & administretur.
¶ Idem. Cõfectio pulueris citrini cuius iuuamentum est in fine opthalmie & est eius impressio fortis. Re. sarcocolle. ʒ. x. sief memithe. ʒ iii. litii: aloes ana. ʒ. ii. croci. ʒ. i. & me. spuma maris. ʒ. me. teratur & administretur.
¶ Hamech. Puluis cõferens calide opthalmie. ℞. sarcocolle sief memithe: ana fac puluerem & utere cũ albumiue oui.
¶ Isaac. Puluis citrinus conferens opthalmie que sequitur declinationem & opthalmiam difficilem & adherentẽ. Re. sarcocolle nutrite. ʒ. x. croci: spice: aloes: ana. ʒ. i. teratur & administretur.
¶ Hamech filius zezar. Cohol cõferens cũ auxilio dei apostemati quod est in coniunctiua & inflanmationi oculorum & fluxui materierum & lachrymarũ & pruritui et vtere mane & sero expertum. Reci. tucie lapidis emathitis: añ. ʒ. iii. litii: acchatie: climie auri: auř. i. spice. opii: sumach: ana. ʒ. me. amili auř. i. aloes rubei boni. ʒ. i. zucchari tabarzet. ʒ. iii. fac puluerem subtilissimum & imbibe vice una cum aqua mirabolanoꝝ citrinoru3 & alia uice cum succo feniculi: & tertia uice cũ succo coriandri humidi & quarta uice cu3 aqua sumach: & si tempus granatoru3 imbibe uicibus duabus cum succo granatorum muzoru3 vel cum succo granatorum dul/

cium & acetosorũ. Deinde misce cum eis camphore.ʒ.unius quartam. Deinde iterum tere & cerne et pone in vase uitreo & fiat cum eo alcohol mane & sero.

¶ De doloribus oculorum.

Dolores oculorũ. Inquit Hyppo. Potus uini balneatio: flobothomia & euacuatio p ventrẽ curãt dolorẽ oculorũ. Intellexerunt posteriores ꝙ vini potio cõfert flegmaticis doloribus balneatio colericis & melancolicis flobothomia sanguineis vel his si hũores equaliter cum sanguine augmẽtentur. Euacuatio quoq; per ventrẽ cõfert doloribus flegmaticis colericis & melãcolicis. Et qdẽ sup hoc scrutiniũ ꝑm sapiẽtiã est thesaurus opationis. Qm̃ uini potatio cõfert flegmaticis: duʒ tñ maturatio & euacuatio ꝑcessit & iterata qm̃ agitatiõis suspitio tollitur ex agitatiõe particulariter sublata multitudine. Et balneatiõis impressio silr̃ oĩbus oculorũ doloribus. cõfert etiã post debitã euacuationeʒ. Resoluit em̃ & habilitat residuum materiei & ꝓprie adherẽtis & difficilis. Alias aũt dilatat materiã: & cõuertit ex partibus aliis ad locuʒ doloris & multiplicat fluxũ. Hic aũt sermo noster est sermo quẽ nos oẽs cõprehenderũt nisi q se exercẽt ꝑm prudentiam & viã industrie: & illud est qm̃ oportet ut postponãtur euacuatiões que sunt ꝑm partem eis: que sunt ꝑm multitudinem. Agitatio em̃ multiplicatur ex agitatione particulariter multitudine nõ sublata. Dilatat em̃ & ĩcitat multitudinẽ: nisi materia ꝑm locũ particulariter incubat & nõ cũ cõitate alterius partis: & sic in q̃ntitate parua. Principiũ uero euacuationis ab eo qđ est ꝑm partẽ & nõ sublata multitudine materiã dilatat & agitat & in loco doloris multiplicat. Et hoc est illud quod est error & imperitia. sicut Galie. dixit.

¶ Hamech filius zacharie. Cohol conferens doloribus oculorum: & est medicina regum. Re. antimonii.ʒ.vi. marcasite ʒ.v. tucie.ʒ.iiii. emblicorum mundatorum.ʒ.iii. amili.ʒ.ii. piperis albi.ʒ.i. Tere & cribella et utere ubi oportet.

¶ Idem. Cõfectio sief cõferentis oĩbus doloribus oculoruʒ. Accipe succi mororum rubi quãtum uis & fac siccari semper agitãdo. & accipe ex eo. auř.iii. & misce cũ eo ex albũinibus

ouorũ

ouorum ꝙ ſubtile eſt & lactis mulieris quātitatē ſufficientē: & fac ſiccari vſq; dum fiat ſief & vtere cum albumine oui: et lacte mulieris: eſt enim medicamen ſublime.

¶ Idē. Sief aliud cōferens doloribus oculorum a colera: & cōfert ſtatim. Re. climie auri: ſcorie ferri: ana. ʒ. xv. ſief memithe. ʒ. i. opii croci: ana. ʒ. ß. achatie: auř. ß. Tere & cōfice cum aqua & fac ſief: & utere cum aqua roſata & lacte mulieris.

¶ Idē. Sief cōferēs doloribus fortibus ex multitudine materie: & facit dormire egrum ex illa hora. Re. ſief memithe. ʒ. viii. croci ſarcocolle: ana. ʒ. iiii. opii. ʒ. ii. ſucci mādragore. ʒ. ii. Tempera cum aqua pluuiali & utere ubi oportet.

¶ Amaraan. Sief cōferēs oībus doloribus oculoruꝫ et utere eo ad oēs egritudines. Re. tutie bone: litii: ana. auř. iiii. mirabolanorū citrinorū auř. i. & ß. zinziberis piperis longi et albi: ana. auř. i. abſendeni ſarcocolle: añ. auř. i. ʒ. ii. Tere & cerne & ſolue litium in aqua pluuiali & confice cum eo cetera & fac ſief: & frica in tota cū aqua pluuiali & albumine oui: uel ſucco rubi: bonum ſi deus voluerit.

¶ De vulneribus & vlceribus oculorum.

VVlnera & vlcera oculorum. Cura eſt ſex res. Prima eſt euacuatio multitudinis. Secunda eſt prohibitio diſcurſus materierum ad oculos. Tertia eſt adminiſtratio intentiōis circa vulnus. Quarta eſt correctio accidentiū. Quinta eſt obſeruatio regiminis in uita eius. Sexta eſt ut ueſtigiū quod ex vul nere remaneat deleatur.

¶ Primā igitur rem cōplent flobothomia qm̄ eſt principiuꝫ cure & ꝓprie cephalice. Deinde ſolutiones lenes uentris eſt his que diximus in ca. de opthalmia facte cum iteratione.

¶ Secundā rem cōplent medicamenta que ſunt diſtincta ſupra in. ca. de opthalmia.

¶ Tertiā rem complēt adminiſtrationes medicaminū faciētium naſci carnē in vlceribus et cōſolidātiū vulnera: ſicut eſt ſief albuꝫ in principio cū lacte mulieris & albumine oui. Et adminiſtratur ꝑm plurimum medicina deſiccatiua nō multe mordicationis ut nō fiat ſaniei generatio. Eſt em̄ in hoc vulnere ſanies ſuſpecta & poſt tēpus principii ſi dolor nō ſedať

fenugreci

fenugreci cum rosis coctis in vino stiptico aut aqua rosa. sup oculū cathaplasmetur Et vtēdū est deinceps sief albo et sief de plumbo cū albumine oui. Si aūt dolor reprimitur sief de plumbo utēduꝫ est tm̄ similiter cū albumine oui. Cū aūt vulnus repletum fuerit utendum est sief elixir. Ligatura preterea sup oculos restringenda est: ut cōprimat sup puluillos & super pillam constitutam & ordinatam sup oculos. Iaceatq; eger supinus signum quoq; salutis est quādo incidit apparere in circuitu vulneris albedo: & post sanum vulnus remaneat impressio albedinis in loco vulneris.

¶ Quartam rem cōplent administrationes medicaminum sedantium dolores & puncturas et mordicationes oculoruꝫ propter vulnera ipsorum ex his que precesserunt.

¶ Quintaꝫ rem cōplent administratio subtilationis regiminis in sex generibus rerum sicut iam diximus.

¶ Sextam rem complent medicine remouentes vestigium albedinis quod remaneat post vulnus cum eis que dicentur in ca de albedine oculorum.

¶ Filius zacharie arasi. Confectio sief de plūbo replentis & solidātis vulnera oculorum. ℞. plumbi usti: antimonii: tucie ablute: calcecacumenō: gūmi arabici: dragaganti. ana. ʒ. viii. opii. ʒ. ß. Fiant sief cum aqua pluuiali.

¶ Idē. Aliud sief faciēs nasci carnē in ulceribus & ꝓhibens egressuꝫ uue & subtiliās vestigia ℞. climie tucie tiritarū et ablutarū multotiēs cū aq̄ pluuiali: ceruse antimonii: olibāi: aā. ʒ. ii myrrhe. ʒ. i. sarcocolle: sanguinis drachōis: aloes opii. aā ʒ. i. & ß. Fiant sief: & administrentur: bonū est & expertum.

¶ Idem. Sief de thure maturans ulcera. Re. thuris. ʒ. x. armoniaci sarcocolle: aā ʒ. v. croci. ʒ. ii. Fiant ex eis sief cū mucillagine fenugreci.

¶ Idē. Sief elixir cuius operatio est sublimis ad vlcera maligna oclorū prohibēs egressuꝫ vue. Re. antimonii: sedenegi: aā. ʒ. x. achatie. ʒ. iii. aloes ʒ. i. fac ex eis sief cum succo rubi.

¶ Filius zezar. Cohol conferens vlceribus oculorum. Recipe sarcocolle nutrite in aqua rosacea diebus pluribus: deinde nutrite in succo rubi: tertio nutrite in lacte mulieris similiter

liter diebus pluribus & exiccate quantitatem sufficientẽ: pul ueriza & fiat cum eo alcohol mane & sero bonum. Et sunt qui mittũt sarcocollã in lacte mulieris tantũ & vtuntur.

¶ Sabor filius Girges. Colliriũ bonũ ad vulnera & ulcera oculorũ. ℞. sarcocolle nutrite in lacte mulieris aut asine. ʒ. iiii. ãtimonii: sanguinis dracõis: dragagãti: sedenegi: añ. ʒ. ii. myrrhe aloes: añ. ʒ i. & ß. opii. ʒ. i. Terãtur ultima cõtritiõe sicut alcohol. Deinde cõfice cũ succo rubi sic cõterẽdo in vase lapideo cõtritione vehementi donec fiat sicut mel currẽs: & recõde in vase uitreo & vtere mane et sero: & expertũ est.

¶ De scabie oculorum.

Cura huius egritudinis est ꝑm considerationes duas. Nã que subtilis est & non multi temporis indiget corporis mundificatione primo cum flobothomia & ventris solutione & ventosatione in occipite & nuca. Secũdo indiget regimine oculi substantiam teneram faciente sicut est balneatio ꝓprie & fomentationes: & aliud regimẽ humectantiũ acquisitũ ex aere & quiete & ex eis que comedũt et bibũtur et aliis. Tertio indiget medicinis quarum ꝓprietas est curare scabiez oculorũ: sicut uerbi grã. colyriũ quod sibi cõparat. Sabor rex medorũ & sief rubeum & leue: et sief uiride & leue. Si aũt fuerit scabies grossa et cronica: tunc cura eius est post solutionẽ: & flobothomiã fricatio scabiei cuz foliis paritarie: aut cũ foliis fici aut cum aliquo instrumẽtoruz cõuenientiũ ad illud: aut cũ radice liquiritie: preparata vsq; duz sanguis plurimis fluat. & remoueatur asperitas & durities que est sicut filtrositas: & appareat tenerum eius. Et modus fricandi cum instrumento est: ut fiat fricatio sup oculũ et palpebras prius superpositio puluere: & spuma maris & zuccaro tabarzet aut aliquo ꝙ sit siẽ illis. Deinde lauetur oculus cum aceto: aut aqua roſ. aut vino forti albo & nouo. Deinde administretur residuũ regimen eius ex eis q̃ dicta sunt. et ꝓprie ex collyriis & sief leuibus et acutis. Et emplastref tempore frigido cuz amigdalis amaris: cimino & mica panis infusa in rob cũ pauco croco & tẽpore calido cũ uitello oui et oleo rosato & uiolato: & nõ pretermittãtur genera medica-

minis

minis oculi substantiam teneram facientis.
¶ Sabor filius Girges. Confectio collyrii boni ad scabiem oculorum et sebel et vngulam. ℞. cerusе viridis eris: ana pte℥ i. Tere contritione multa cũ uino albo & succo rute vsq; dũ fiat currens in terminũ mellis clari & liquidi & utere eo mane & Sero. Si aũt medicamẽ mitius facere uolueris pone ex cerusa partes .ii. Et qñq; cerusa & flos eris teruntur cõtritiõe vltima & ponuntur in uase eneo limpido cũ liquoribus p̃dictis & dimittantur p diem & noctẽ: deinde colatur & ponit colatura ĩ uase uitreo et distillat ex eo ĩ oculo mane & sero.
¶ Mahemet arasi. Cõfectio sief rubei valens sicut p̃dictũ est. ℞. sedenagi. ʒ. iii. colcothar adusti. ʒ. iii. eris usti. ʒ. ii. myrrhe croci: añ. ʒ. i. pipis. ʒ. ß. & est lene. Si aũt acutius facere volueris addde cũ p̃dictis floris eris et salis armoniaci añ ʒ me.
¶ Idẽ. Confectio sief uiridis ualens simil'r ad p̃dicta. ℞. floris eris. ʒ. iii. colcothar adusti. ʒ. vi. arsenici rubei baurach spume maris. añ. ʒ. i. armoniaci. ʒ. i. & . ß. salis armoniaci. ʒ. me. armoniacum dissoluatur in aqua rute et fiat ex eis sief.
¶ Hamech Confectio sief sanans scabiẽ oculoru℥ & consumens pannũ et ungulã. ℞. floris eris colcothar adusti spume maris: añ. ʒ. ii. calcechacumenũ. ʒ. iiii. baurach: salis armõiaci arsenici rubei sublimati: añ. ʒ. i. fiat sief cũ succo celidõie. Et administretur sicut fricãdo. Est em̃ bonũ si deus uoluerit.
¶ Idem. sief conferens scabiei pruritui & sebel & humiditati superflue in oculo. ℞. cerusе croci gummi arabici: añ. ʒ vi. armoniaci spice opii myrrhe succi agreste: añ. ʒ. i. & . ß. Confice cum aqua pluuiali.
¶ Idẽ. Sief cõferẽs ulceribus & scabiei oculorũ & caliditate ℞. climie croci scorie eris gũmi arabici eris usti: añ. ʒ. iii. myrrhe sedenegi spice: añ. ʒ i. opii rosarũ: añ. ʒ. i. piperis albi: grana. iiii. Confice cũ uino et utere cũ albumine oui.
¶ Humain. Cohol conferens scabiei oculoru℥ pruritui & sebel et tenebrositati uisus. Recipe tucie emblicorum: añ. ℥. i. antimonii nigri auř. ii. castorei climie: añ. auř. i. & . ß. memite ʒ. i. croci ʒ. i. camphore auř. ß. suchaha dauich. i. salis armoniaci. ʒ. ii. Tere contritione bona et pone in vase lapideo mũ
do &

do & proiice sup ea aquã pluuialem in aqua infusi fuerint p dies duos ex mirabolanis nigris circiter .xx .postq̃ contriti fuerint. Deĩde cola aquã & funde ex ea parũ sup medicinas & dimitte siccari uel quasi: deinde funde ex aqua predicta & fac sicut prius & sic paulisper infundẽdo et triturãdo usq; ad totius aque cõsumptionẽ. Deinde siccentur & puluerizentur contritione ultima & pone in vase uitreo. Dixit Humain qđ vendebatur pondere auri pter sue opationis excellentiaȝ.
¶ Cohol axerumi ex intentiõe nr̃a ualet cõbustioni oculoꝝ & lachrymis & scabiei & sebel. ℞. tucie carmeni buruch .ʒ. i. elelengi alfar zinziberis: añ. ʒ. v. piperis lõgi memithe: añ. ʒ. ii. &. me. & chirat. ii. meleeh indi. ʒ. i. Tere simul & tempera cũ aqua agresta & fac siccari. Deinde tere & utere.
¶ Musa factor. Alcohol sief cõferẽs scabiei & ulceribus oculorum & dolori & debilitati uisus. ℞. litii tucie inde. añ. aur̃. iiii. chebulorum aur̃. i. zinziberis. ʒ. i. Fiat sief cum aqua pluuiali et utere in coto.

¶ De sebel.

QVe subtilis est et non multi temporis curatur cum considerationibus predictis in cura scabiei oculorũ. s. cuȝ subtiliatione regiminis et dimissione uini & cibariorum uaporosorum et cum euacuatione corporis & flobothomia & rebus teneram reddentibus substantiam oculorũ deinde cũ sief et collyriis dictis ibi. Si aũt cronica fuerit & grossa ut appareat sicut tela aranee expansa super pupillam oculi cũ uenis manifestioribus: ita q̧ usum prohibeat: tunc est ſm unuȝ duorum modorum. Aut enim colligitur & eleuatur dum apprehenditur et suspenditur cum vncinis: & tunc cũ incisorio inciditur postq̃ colligis eam & separans ab oculo cum pilo equi aut filo de sirico: et curetur deinceps cum aqua infusionis cymini & post illud cum puluere citrino. Si aũt non colligitur nec eleuatur curetur cuȝ medicaminibus acutis dictis in capitulo quod est ante illud.

¶ De albugine oculorum.

CVra huius egritudinis commensuratur eisdem regiminibus quibus & sebel. Nam que subtilis est quantuȝ ex

modo

modo bñ operandi comprehendi põt & indiget assiduatiõe rerum oculi substantiam teneram facientiuȝ sicut est balneũ & assiduatio eius & inclinatio sup uaporẽ aque calide. Dein de utatur puluerizatione post puluerizatõe sup oculũ ex spu ma maris zuccharo & sarcocolla & interdũ utendũ est frica tione post fricationẽ cũ eodem puluere uel cũ aliquo qđ fit sicut ipm & sunt q addunt ad uigorãdũ pdicta pulueris bau rach aristologie: añ. sicut ex pdictis. Et sunt q experti sunt su p hui⁹ succũ florũ papaueris rufi cũ succo aut puluere hueg esse iuuamentum & similiter cuȝ stercore stelionis aut lacerti viridis magni. Et similiter expertum est ex stercore hyrundi nis. Et simil'r exptum ex vrina pueri coagulata in uase eneo cũ modico salis armoniaci. Si aũt fuerit dura et in corpe du ro eligantur ex medicaminibus que magis acuta sunt & plu ris uirtutis ex his que dicta sunt et dicemus post frequentiaȝ tñ balneationis sicut iam diximus.

¶ Dicit Alexander q sebel est cũ sup alba oculorũ: & sup ni gredinẽ vr similitudo positioni texti ex uenis rubeis grossis. Ex medicinis aũt cõuenientibus ad albuginẽ remouendã & sebel & ungulam & alias oculi additiones quã plures scripsi mus in caplo de scabie oculorum. Nunc aũt ponimus narra tiones medicaminum propriorum.

¶ Sabor filius Girges. Collirium exptum ad albuginem ocu lorum remouendã & est ei impressio bona. Accipe fellis tau ri succi hueg uel pulueris radicũ eius. radicum celidonie: añ. aur. iii. corticũ feniculi aur. iiii. Tere cõtritione grossa & po ne in uase eneo et funde super medicinas urine pueri circi/ ter lib. i et dimitte per dies iiii. Deinde decoque usq; ad lib. ß. & iterum reducas ad uas eneum usq; dum inspissetur. Dein/ de accipe masacumie stercoris magni lacerti spume maris: zucchari tabarzet salis gemme adusti eris adusti salis armo niaci: ana partes equales. Terantur ultima contritione. De/ inde ponantur in vase lapideo mũdo & terso & fundatur su per ea ex medicamine predicto & conficitur terẽdo semper ante parum ex medicamine fundendo usq; dum impingue/ tur & fiat sicut mel. Deĩde refunde in uase uitreo & utere. Est

enim

enim expertum et bonum.

¶ Medicamen rasis ualde utile ad albedinem oculorum remouendã et cito radicandã: cui dixit non inuenisse equale. ℞.tucie spume maris stercoris stelionis magni baurach zucchari de meca: añ. ptes equales. Deinde sumatur acori celidonie: añ.ʒ.x. Coquantur in li.i.aque donec ad.℥.iiii. redeat & coletur. Ex hac aqua imbibantur spẽs pdicte & conficiantur cũ ea & siccentur in vmbra. Deinde terantur iterum & conspergantur ut prius & siccentur. Quod postq̃ factum fuerit siccentur & terantur & in oculo mittantur. Huic enim medicamini nullum compar existit in albedine remotione etiam si esset grossa ut in brutis animalibus.

¶ Alexander. Medicamen lene ad albuginem remouendã. Accipe ossium sepie.ʒ.i.& me.salis armoniaci ceruse: añ.ʒ.i.armoniaci.ʒ.ii.utere et expertum est.

¶ Mahemet arasi. Medicamen remouẽs albuginẽ oculorũ inclinetur prius sup uapores aque calide deinde aspergatur hic puluis: Re.spume maris baurach sarcocolle zucchari tabarzet stercoris muris: ana partes equales.

¶ Idẽ. Cõfectio medicaminis sublimis ad albuginẽ cito remouẽdã. Accipe massacumie stercoris magni lacerti spume maris baurach zucchari tabarzet: añ ptes equales. Deĩde accipe radicũ celidonie feniculi hueg.añ.℥.i. Decoquãtur in li.i.aque donec redeat ad.℥.iiii. Deinde submergatur pdictarũ rerum puluis subtilissimus in hac aqua et exiccetur semper conterando. deinde teratur & fiat alcohol cum eo.

¶ De cura ungule oculorũ.

Dixit Alexander q̃ ungula est cum aliquid panniculo simile ex palpebra que ẽ ex parte naris oriri uidetur & album oculi cooperire & peruenit usq̃ ad oculi nigredinẽ.

¶ Cura huius est sicut diximus in sebel cũ collyriis & aliis si recẽs & si ẽ antiqua. Si autẽ non est possibilis eius eradicatio cũ medicinis suspendatur cũ uncino si est possibilis eius suspẽsio. Deinde ĩcidatur iuxta lachrymale ita q̃ nõ pfundetur incisio ne dãnetur pellicula in organo lachrymali & fiat cõtinua lachrymarũ effusio. Si aũt non est facilis suspensio

vngule submittatur pilus aut filum de serico cum acu curua postq̄ capis eam & suspendis. Deinde sicut ex coriandro trahatur & extirpetur. Quod si nec hoc sufficit excorietur excoriatione subtili cum ferro. Postq̄ autem abscinderis eam distillabis in oculum ciminum masticatū cum sale. Si aūt ibi dolor generatur aut mordicatio emplabis cū oleo rosato & violato & vitello oui. Si autem aliquod residuū ex ipsa vngula remanet cū collyriis consumetur & eradicetur. Iam superius medicamina ad ungulā & sebel & ad alias oculoruʒ additiones scripta sunt que sunt administranda post balneū & vaporem aque calide sicut iam diximus.

¶ De lachrymis oculorum & earum exuberantia.

CVra huius egritudinis in quibusdam nō est possibilis et proprie quādo profundata est incisio: in angulo lachrymali & quando lachrymarum effusio est nociua. veruʒ si est occasione alterius morbi sicut propter febreʒ tollitur sublata febre. Si autem causam habuerit per se sicut est debilitas retentiue uel quia nō fit crudorum digestio & maturatio uel quia fit eorum effusio propter multitudinē aut propter qualitatem facientē dissolutioneʒ et tūc cura eius est quattuor res. Prima est obuiatio & adequatio cause facientis. Secūda est mundificatio corporis & totius Capitis. Tertia est administratio medicaminū cōmensurate stipticitatis. Quarta est diuersio materiei ad aliam partem.

¶ Primam igitur rem cōplent administratio medicinaruʒ remouentium malitiam complexionis & confortantiū cerebrum & uigorantium digestioneʒ & retentionem ex his que dicta sunt in capitulo de catarro et coriza post mundificationem corporis quam dicemus.

¶ Secundam rem complent medicine euacuantes quod superabundare videtur ex multitudine intestinorū rerum que apparent ex his que dicta sunt.

¶ Tertiā rem cōplent administrationis medicinarū: quarū ꝓprietas fluxū lachrymarum restringit ex his que dicemus:

¶ Quartam rem cōplent flōmia aut incisio uene vel arterie per quas comprehēdimus materias fluere & deriuari. & hoc

quire

quidē iam dictum est in capitulo de opthalmia. Et tu reqre illud ibi. Si aūt res nō supfluit & fuerit in principio. Emplastra sup uenas & arterias ipsas restringētia & cōfortātia pone. Et iam qdem dictū est: ꝙ cauterium sup zuhendeg est ad fluxū lachrymarū cura sublimis & ꝓprie quādo supfluit & iaꝫ alia nō cōtulerint. Scripsimus in caplo de scabie oculorū plures ex medicinis ad lachrymas stringendas ex quibus est sief. quod scripsit Hamech & alcohol. quod scripsit Hamain & alcohol axerumi quod in caplo de opthalmia scripsimus ex emplastris plura stringentia lachrymas.

¶ Mahemet arasi. Epithyma ꝓhibēs fluxum ex oculo Recipe aloes tucie sief memithe litii boli: ana partem i. gummi arabici ptes. ii. liniatur super frontem cum albumine oui.

¶ Idem. Confectio alcohol stringens lachrymas & confortans oculos. ℞. tucie. ʒ. x. corallis confricatoruꝫ mirabolanorum citri & aloes: ana. ʒ. ii piperis. ʒ. me. macropiperis. ʒ. ii. fiat cohol cum eo.

¶ Democritus. Medicamen satis utile ad dolores oculorum & lachrymas. Accipe lanam non ablutam & cōbure & cinerem eius diligenter tere: & ex eo cuꝫ albumine oui super frōtem & tempora line statim enim materiei fluxum & lachrymarum amputat & dolorem tollit.

¶ Iudeus. Cohol cōferens cū auxillio dei fluxui lachrymaꝝ Accipe fumi thuris myrrhe tucie ablute: añ. partes equales sief memythe croci: ana. partes unius tertias duas bonum.

¶ Idē collyriū exptū ad lachrymas oculoruꝫ & tenebrositatem. Accipe succi granatorū acetosorū cocti usqꝫ ad medietatem & colati. lib. ß. deinde pone super ipsum sief memythe aloes boni puri litii & croci: ana. ʒ. ii. musci boni dauich. ii. Deinde pone in uase uitreo & obtura orificiuꝫ eius & dimitte in sole diebus. xl. & vtere eo mane & sero bonum.

¶ Filius zezar. Confectio alcohol desiccantis lachrymas & conferentis pruritui & ardori. Re. sedenegi calcecacumenon añ. ʒ. ii. sief memythe climie: añ. ʒ. i. aloes spice costi opii: añ. ʒ. me. Fac puluereꝫ. Deinde imbibe in succo feniculi & dimitte siccari & tere contritione vltima & vtere.

¶ Amaraan. Cohol conferens cũ auxilio dei ad lachrymas oculorum & pruritũ et ardorem & uisus obscuritatem. Accipe fumi thuris.ʒ.iii.myrrhe aloes: añ.ʒ.i.&.ß. gũmi assi ceruse: añ.ʒ ii.opii auř i.sedenegi.ʒ ii.&.ß.pulueriza & utere.

¶ Filius Girges ex medorum. Cõfectio medicaminis est cohol pomerii cõferentis lachrymis & ardor & asperitati oculorum: & egritudinibus a fumositatibus calidis & colere & ei q̃ patitur descensum aque: et ei qui uidet rem unã esse duas. ℞. sarcocolle nutrite in lacte mulieris diebus pluribus.ʒ.iiii. dragaganti albi: olibani: scorie ferri: margaritarum non perforatarum. añ: ʒ i. spice inde: climie auri & argenti: achatie: añ.ʒ.ß.amili: ceruse: añ.ʒ.ii tutie subrubee.ʒ iii. Tere omnia & imbibe cũ aqua rosata sic cõterendo. Deinde fac siccari: deinde imbibe succo granatorũ acetosorum: et fac prius. deinde cũ aqua infusionis hueg. vltimo uero cum aqua sola tri deinde depone cãphore dauich.i.zucchari tabarzet. auř. i. deinde tere vltima cõtritione & fiãt ex medietate eius sief cũ aqua ros & ex alia medietate fiant alcohol: & utere cum aqua rosa. uel albumine oui & lacte mulieris. Est enim ualde bonum.

¶ De tarphati.

Cura huius egritudinis est alterius modi in principio & in fine: & in tẽpore inter medio. In principio enim ĩdiget flobothomia ex cephalica: & lubrificatione: & solutione ventris: & administratione clysteriorum: qm̃ clysteria sunt melioris cure in hac parte cũ diminutiõe cibi et potus & dimissione uini. Deinde administrentur repcussiua in prĩcipio sicut est bolus armenus: & lutum sigillatum: & chimolea cũ albumine oui. Deinde cũ lacte mulieris: deinde ꝓcedendum est ad distillandũ in eo sanguinẽ pulli columbini statim cuꝫ decollatur aut turturis. In fine uero misceãtur cũ eo aliqua ex resolutiuis sicut arsenicũ citrinũ ꝓprie sublimatũ & ablutum et fricatum cũ aqua coriandri: & confert in huius hora ut distilletur in oculum collyriũ gabrielis. Et fortius illo est sief sabor ꝙ dicemus. Emplastretur aũt in principio eius cũ fenugreco et rosis coctis in aqua rosacea. deĩde coctis cũ vino: & proprie cũ processerit egritudo: & uaporetur cuꝫ de

coctione

coctione camomille: aut melliloti: aut cum decoctione foliorum caulis. Et similiter emplastretur cum foliis caulis contritis et coctis cum uino forti & antiquo.
¶ Mahemet arasi. Sief conferens tarphati & thuris myrrhe croci: armoniaci. añ. ʒ. i. arsenici rubei. ʒ. ß. fiat sief. et administrentur cum aqua coriandri humidi.
¶ Gabriel. Collyrium conferens tarphati bonũ. Accipe thuris partem i. tere ultima contritione: & funde super ipm̃ ex aqua pluuiali in qua dissoluta sit salis masse: & salis armoniaci: & salis gemme circiter: añ. partis unius tertia. Diu teratur: & distilletur ex eo in oculum mane & sero.
¶ Sabor. Sief expertum ad tarphati oculoruʒ. ℞. arsenici loti & sublimati. deinde fricati & loti cũ aqua coriandri ʒ iii. sarcocolle: piperis: armoniaci: lapidis lazuli: añ. ʒ. i. dissoluatur armoniacũ in aqua in qua dissolutuʒ sit ex sale armoniaco. ʒ. me. & fiant sief. & utere cum lacte mulieris.
¶ De algarab oculorũ. i. apate fistuloso ĩ lachrymali oculi.
CVra huius egritudinis incipienda est a corporis mundificatione & capitis cum iteratione: & iteratione donec confidimus de abscissione superabundantiam cum abstinentia & cõmensuratione reruʒ sex. Deinde ante sui eruptionem ponantur ex resoluentibus aliqua debilis resolutionis in principio. Deinde fortioris sicut armoniacum proprie dissolutum cum oleo nucum: & succo feniculi aut bdelliuʒ: aut armoniacum cum modico attramenti: aut nux raucida cõtrita & supposita qm̃ est ultima. Post eruptionẽ uero si morbus est recens triplici indiget regimine curationis. Et primum quidem est mundificatio cum eis que sunt proprie moderate abstersionis sicut aqua mellis aut mellicratum: & fortius illo ẽ mellicratum cũ modico aque rute: aut mel cum aqua rutę. Ista enim distillentur hora post horã. Deĩde exiccetur locus & exprimatur uirtus eius. Deinde administretur lanugo arũdinis inuẽta in interiori pte ipsius: & ꝓprie iuxta radicẽ cuʒ melle pauco uel sola p se sicca. Est. n. mundificatiuũ bonuʒ.
¶ Secundum uero genus curationis est appositio medicaminis desiccatiui & incarnatiui mediocris exiccationis: sicut ẽ

proprie administratio aloes et myrrhe: & sarcocolle. sangui nis draconis: & camedreos et aristologie: & thu is: & similiũ et proprie post expressionẽ vulneris & mundificationẽ et ab lutionem eius cum uino stiptico hora post horaꝫ. Et dixerũt quidam: ꝙ ruta est ex rebus mirabilibus ad hanc egritudinẽ & ꝓproprie facto emplastro ex ea cum expressione granato rum sanans & remouens uestigium eius.

¶ Tertiũ uero est cõsolidatio cum eo qđ est maioris desicca tionis q̃ prius: sicut sunt collyria ꝓprie quorũ narrationẽ se quemur post. Si aũt egritudo antiqua & ĩueterata fuerit: qn tuplici genere curationis indiget. ¶ Et primũ qdeꝫ est remo tio eorũ q̃ sunt in cõtra naturã. sicut ẽ caro corrupta & filtro sa cũ medicinis acutis q̃ sũ sicut colcothar: arsenicum: sal ar moniacus: attramentũ alharat: aluminis. añ. ꝑteꝫ. i. calcis vi ue. ꝑtes. ii. Terantur in uase eneo cũ vrina pueri. deinde post exiccationẽ vtere. Et qñqꝫ submergitur egritudo: & imprimi tur corrũpens os aut alterat sup̃ficiem eius. Tunc totũ quod corruptum est radatur & abiiciatur usqꝫ dũ appareat purũ.

¶ Scđm est abscissio materierũ fluere consuetaruꝫ cũ eo. ꝙ conuenit & iam locuti sumus in caplo de catarro: & in eo ꝙ precessit in capitulo de fluxu lachrymarum.

¶ Tertium est mundificatio & abstersio cum eis que iam di ximus cõfortatur tñ cum aliquo acutorum leuium: sicut ẽ un guentum egyptiacum cũ modico aloes & olibani.

¶ Quartũ est administratio incarnatiuorũ non expoliatoꝝ ab eo ꝙ est sicut ziniar: attramentum & similia.

¶ Quintũ est sigillatio: & consolidatio cum eis q̃ dicemus. Qñqꝫ uero apud possibilitatẽ morbi huius non cõfert. & tũc eius cura cauteriũ est. Et modo operationis eius circa hoc ẽ: ut abscindatur in longũ usquequo ꝑueniatur ad os. Tunc si os sanum fuerit hñs solum ꝙ est in superficie tabefactum rada tur et abiiciatur totum: ꝙ ex eo alteratuꝫ apparet. Et curetur deinceps cuꝫ medicamine incarnatiuo ex eis que dicta sunt. Si autẽ ex osse manifesta quantitas fuerit cauterizetur secun dum illud quod est possibile vsqꝫ ad sufficientiam eius. et ꝑ prie secundum cõsiderationem corrupti ipsius. Et sunt ex ho

minibus

minibus qui perforant os:& proprie quando iaz percipitur ex morbo adhesisse colatorio. Verum est ꝙ istud raro recipit curã nisi sicut a fortuna. Nos aũt curauimus aliquos:& pauci ex eis sanati sunt. Huius aũt non pretermittimus qm̃ opz: qñ cauteria fiunt: aut medicine acute imponuntur fistulis lachrymaliũ: ut oculis cõpellatur ad angulũ siluestrẽ cõpressione facta cum spongia infusa in aqua frigida aut succo solatri aut portulace. et sepius innouetur.

¶ Mahemet filius zacharie. Confectio medicaminis ultimi ad garab. ꝙ administratur postq̃ abluitur fistula cum uino stiptico. deĩde exprimitur donec egrediatur uirtus eius. Re. aloes sarcocolle. sanguinis dracõis. myrrhe thuris balaustie boliar. añ. ʒ. ß. zinian. ʒ i. & ß. clymie argenti. ʒ. x. Terãtur & puluerizentur et supponantur.

¶ Idem. Aliud ualens similiter. Recipe aloes. thuris. ana. ʒ. i. sarcocolle balaustie. sanguinis draconis. antimonii. aluminis. ana. ʒ. me. floris eris quartam. ʒ. unius. fiant collyria. & utere sicut prius.

¶ Dyascorides. Accipe ex foliis camedreos siccis:& tere contritione ultima:& fac ex eis sief cuz succo solatri:& utere bonum ad ulcera oculorum:& algarab.

¶ Gabriel. Confectio medicaminis experti ad algarab. & ulcera. Accipe sief memithe: camedreos: corticum thuris. myrrhe: aloes sarcocolle: attramenti: aristologie rotũde: añ. ꝑtes equales. Terantur sicut alcohol:& utere sicut prius.

¶ Idem. Aliud ℞. myrrhe: aloes corticũ thuris siccaruz ante utere indesinenter cum aqua altaraxacon.

¶ De almusaragi siue alithisar et est egressio vuee: siue pupille dilatatio.

Postq̃ confirmatur aut que a natura est non habet curam. Facta autẽ a siccitate difficulter curatur: tamẽ: succurritur ei cum bono regimine et humectatione ex his que scis. Et est que fit ex humectatione. Et cura eius ẽ quattuor res.

¶ Prima ẽ euacuatio & subtractio eius que excrescere videtur materie iterata cũ interpolatõe non frequenti flobotho/

mia si appareat significatio humorum abundantiū cum san guine & proprie cephalice: & post hanc si exigit dispositio ex venis lachrymalis & venis temporum: & fiat incisio arteriarum: aut cauterizatio ipsarum si res postulat. Et quādoq; fit cauterium: & confert proprie zuendeng. sicut diximus.

¶ Secunda est administratio medicinarum diuertentiū materiam ex loco sicut sacrificatio in auribus: et apertio cū uentosatione emorroydarum: & appositio ventosarum in nuca & super collum. & in spatulis.

¶ Tertia est abstinentia & tolerantia famis & regimen exiccatiuum.

¶ Quarta est admīstratio rerū resoluētium ex ipso oculo: et extrahētiū hūiditates dilatātes vueā: sicut ꝓprie alcohol ex felle pdicum cū succo feniculi: & pauco sale armoniaco: aut ex felle ericii: aut ex felle testudinis: aut ex capitibus yrūdinuʒ adustorū. Et fiat inde collyriū cū succo celidonie et melle qm̄ est expertum. ¶ Est etiaʒ que fit a casu et pcussione. Et cura eius est due res post regulationem et abstinentiā in eis que comedūtur: et aliis et abstinentiā a uino. ¶ Et prima est ut in principio fiat administratio repercussiuorum et infrigidantiū et ꝓhibentiū effusionē materie. et hoc post flōmiaʒ: sicut ꝓprie est emplastrū ex farina fabarū excorticatarū cuʒ aqua foliorū salicis solatri aut endiuie. ¶ Secūda fiat administratio resolutiuorum mediocriū: sicut ꝓprie fit ex uitello oui cum oleo rosato. & pauco uino emplastrato desup: et ꝓprie post instillationē in oculis ex sanguine turturis aut pulli collumbini. Ad vltimum instillētur collyria resolutiua fortiora que paulo ante dicta sunt.

¶ De noctilopa oculorū. i. qui post solis occasum nō uidēt.

CVra huius egritudinis est quattuor res. Prima est regulatio uite. Secunda est subtractio materiei. Tertia est abstersio eius quod fluxit. Quarta est correctio nocumenti accidentis in spiritu.

¶ Primam igitur rem complet cōmensuratio in. vi. generibus rerum & ꝓprie cū alleuiatione comestionis & dimissione cene. Et sint cibaria digestioni obedientia ex his que scis.

Et detur

Et detur in potu ante cibum & post descensum eius a stoma cho. vinum antiquũ bonum purum postq̃ ppinaueris ante illud suffuf resienigi: qđ dicemus post. Et ex cibis qui currũt cursu ꝓprietatis: est epar yrcinum comestum assuȝ aut elixũ cum sale gema modica: & modico pipere lõgi. Herba autem adhil & electuarium eius est sublimis iuuamenti ad illud.

¶ Secundam rem complẽt flobothomia ex cephalica: si mul titudinem cognoueris in sanguine: & ex uenis lachrymali/ bus & ex naribus si inuitat necessitas. Si autem ex humorũ grossitie fieri contingat euacuatio fiat cum yerapigra & ye ra colloquintidos: & pillulis cochiis. & cum gargarismati/ bus & caputpurgiis ex eis que scis.

¶ Tertiã reȝ cõplent colyria de fellibus: & instillationes in oculis & ꝓprie eius q currit ex epate yrcino: aut caprino qñ scindit in multis ptibus & aspergitur sup ipsuȝ sal indus aut sal gẽma & pip lõgũ post cõtritionẽ eorũ. Deinde assatur & qñq̃ huius epar assatur cũ eisdẽ specieb⁹ sup prũas: et fit in clinatio sup fumũ eius. Et iaȝ dictũ est cõestio eius est iuuati ua valde: & silr inclinatio sup uaporẽ aque elixationis eius.

¶ Quartam rem complent administrationes medicaminũ spiritum visibilem subtiliantium & illustratiuum: sicut est ꝓ prie usus herbe adhyl & cubebe et feniculi & chebuli condi ti & nux muscata cõdita eat lia que diximus in capitulo pri mo de egritudinibus oculorum.

¶ Alexander Confectio collyrii ad noctilopã experti. Acci pe succi feniculi cocti & depurati parteȝ unã mellis & fellis yrcini: ana partem mediam bonum & expertum.

¶ Idem. Predicto collyrio admisce ex stercore crocodilli: aut stelliõis. añ. ptis unius quartã. et sanat in paucis diebus.

¶ Idẽ fiat alcohol ex pipere lõgo zinzibere et spica et cõfert

¶ De aqua descendente in oculum.

QVando est in principio: & non est confirmata succur/ ritur ei cum medicinis & proprie cum abstinentia & diminutione ciborum: & uitatione grossorum & uaporo/ sorum sicut sunt pulmenta & pinguia & iura et pisces et vi/ num & similia ipsis. Et cuȝ mũdificatione sepius iterata: &

proprie cum cochiis yera pigra & yera dya colloquintide. Et cum administratione medicinarum resoluentiuz: sicut est aqua rute: & proprie cuz serapino aut aliquo ex fellibus animalium cū melle: & succo feniculi: aut serapinum cum felle yrcino: & melle et succo feniculi qm̄ est vtilissimum.

¶ Filius zacharie arasi. Cōfectio collyrii de fellibus ad principium aque & noctilopá & alintiscat. Accipe fellis yrci exicati in uase eneo. ℥. x. pulpe colloqntide ℥. i. & ß serapini ℥. ii. euforbii ℥. ii. fiāt sief cū aqua rute: aut aq̄ feniculi & uere.

¶ Sabor. Collyrium bonum & expertū. Accipe fellis yrcini exiccati in uase eneo: & granorum lauri exiccatorum: añ ℥. v. serapini ℥. i. gummi ℥. me. Fac ex eis collyrium cum succo celidonie & vrina pueri non polluti & melle.

¶ Quando aūt passio fuerit cōfirmata & fuerit ex eis in quibus est possibilitas curationis: cuius signum est: ꝙ dum aspicitur oculus: vel pupilla uidetur clara & cedit dilationi cum premitur digito aut instrumento: deinde redit ad ipsum: & non frangitur: tunc est ex illis que depōitur ex recta operatione artificis. Et modus deponēdi aquam cū instrumēto est huiusmodi. Subtiletur regimen eius ex cibo & potu et dimittat vinum omnino. Et sit cibus eius aqua ciceris et sauich: et sorbilia facilis digestionis & boni nutrimenti & pauca quantitatis. Et procedat cuz iteratione in mundificatione corporis & capitis & precedat cum flobothomia si necessaria fuerit. Deinde in domo tēperati aeris nō luminosa locetur: & iaceat supinus et precipiatur ei: vt cōuertat intuitū suū uersus nasum. Deinde incipe perforare ex parte siluestri lachrymalis cū instrumēto: ꝙ dicitur deponēs aquá: & ꝓcedat perforatio inter tunicā & tunicam cū omni facilitate vsq̄ dú perueniat ad vacuū: ꝙ est ante pupillá. Deīde incipe deponere aquā & occultare illā sub cornea: donec deoccultetur quod sepultuz erat sub aqua: et uideat. Et obseruetur cū industria: ne quod depōitur ex aqua redeat occultādo & sepeliēdo eam inquantuz possibile fuerit ne redeat: & hoc cū iteratiōe: & iteratione donec adueniat sanitas. Et post hoc pone sup oculū uitellu ȝoui & oleū rosa. cū puluillo ex coto. Et sit accubitus sup

ceruicem

ceruicē et collum & fiat hoc usq; ad tēpus quo remouebitur dolor & nō soluatur ligatura.nisi de triduo in triduū : & dū soluitur vaporetur oculus cū aqua rosata decoctiōis salicu; & similiū.Et sit domus ī qua si habitat tenebrosa.Et afferant ad locū hūc deinceps:que diximus in cura vulnerū oculo℞.

¶ De debilitate visus.

SI contingūt a re addita in supficie oculorum quam sensus comprehendit:sicut est vngula:pannus:scabies & sebel dicta est cura eius.Si autem contingat propter rem qua; sensus non ualet comprehendere sicut nebula uel uapor:tūc eius cura est tersio cu; eo quod est resolutionis mediocris sicut scripsimus in canone . Si autem fuerit propter vapores q eleuantur a stomacho posito sub dominio humiditatum uiscosarū:putridarū & vaporosarū aut sub dn̄io colerice materie uaporose.Cura eius est mūdificatio stomachi cū solutione & vomitu leni et facili ex his que diximus cū precessione administratiōis medicaminū incisiuorū sicut syrupi acetosi in calida materia: & oximelle sqllitici in frigida materia & subsecutiōe medicaminū:qbus approprietur duplex intētio. sc; cōfortationis stomachi & ꝓhibitionis eleuationis uaporum cū eis que sunt sicut trifera minor ꝓprie & chebuli cōditi & zuccharū rosatū cū mastice:et trocisci nominati dyarodon.Si aūt fuerit ꝓpter peccatum ꝙ est in ipso oculo:tunc fit illud aut propter excessum siccitatis in ipso . Et cura eius est regimen humectatiuu; ꝙ diximus in canone preterq̄; faciat cadere in oppilationem:aut propter excessum turbide humiditatis in ipso.Et cura eius est tres res.

¶ Prima est adequatio & digestio materie:sicut locuti fuimus in canone.

¶ Secūda est euacuatio eius cu; eis que sunt sicut pillule de yera & pillule cochie:& pillule lucis:& infusio de aloe : aut yere in aqua endiuie:& aqua fructuum & similia.

¶ Tertia est resolutio & tersio ex ipso oculo humiditas turbide obtenebrantis cu; eo qđ est sicut collyriū de feniculo et sīlia quoru; in ca.de cōseruatione sanitatis oculi rememorati sumus: quapropter afferatur ad locū hunc ꝙ dictū est ibi.

Si aūt

Si aūt cōtingat passio ꝓpter turbulentiam aduenientē spiri-
tui visibili cura eius est omne bonū regimē in sex generibus
rerū. cui subsequatur regimē mūdificatiuū corporis: post ꝙ
subsequatur regimen clarificans sanguinem : & clarificans
spūs ex his que precesserunt in canone. Et qñqꝫ contingit ꝓ-
pter subtilitatem & paucitatē ipsius spūs. et cura eius est cuꝫ
administratione medicaminū addentiū in spiritu: et uigorā
tium ipsum & ex summa horū sunt mirabolani: & que cōpo
nuntur ex eis. Afferātur ad hūc locuꝫ que diximus in capitu
lo de conseruatione sanitatis: quáobrem oportet vt capitu-
lum illud cum isto simul ligetur .

¶ Inqt Gal. Fella oīa abstergūt oculum: & clarificant visuꝫ
eligātur ex aīalibus qdeꝫ fel algazel & yrci siluestris et bouis
& leporis: & adib: et ursi: & testudinis: & vulpis: et edi: et ca
pre mōtane: et ex uolatilibus aqle & vulturis: et uiuentiū ex
raptu et yrūdinis: et passerū: et galli: & pdicū: alcubugi. et ex
piscibus fel sabor & porci marini. et sunt iuuamēti vltimi.

¶ Mahemet arasi. Alcohol sublime in confortatione visus.
acuit enim & clarificat ipsum. ℞. tucie alute nutrite tribus ui
cibus cuꝫ succo sansuci depurati ʒ. xx. Deinde accipe zinzi-
beris pipis nigri et longi celidonie buruch ana. ʒ. ii. salis ar
moniaci ʒ. i. Terantur omnia cum succo feniculi aut sansuci
tribus uicibus. Deinde fac siccari & tere subtilissime. Et fiat
alcohol cum eo.

¶ Ruffus. Collyriū satis bonū ꝙ acuit uisum & oculorū sa
nitatē custodit tpe multo. Accipe litiū & tere cōtritiōe multa
cū succo feniculi depurati usqꝫ dū fiat sicut mel et recōde in
uase uitreo et vtere . Quidā aūt ex posterioribus addiderūt
ad omnē. ℥. eius ex felle galli aut pdicis. ʒ. vnius tertias duas.

¶ Idem. Cohol ualēs ad idem. Accipe ex tucia q̄tum volue
ris & lauetur cum aqua pluuiali. Deinde exiccetur & nutria
tur post illud. Primo cum aqua feniculi. Secundo cum aqua
sansuci . Tertio cum aqua altaraxacon semper conterendo.
Deīde exiccetur & nutriatur post illud: & fiat cū eo alchol.

¶ Cōfectio alcohol ex inuētione nostra: cōferens super cale
factiōi oculorū & debilitati uisus causa subtilis et acute hu

miditatis

mīdicatis aut mordicantis: aut pruritui in oculis. Accipe tu/
cie carmeni lote in aqua pluuiali. Deinde in aqua rosa.vici/
bus pluribus.ʒ. x.fricationis mirabolanoruꝫ citrinorū cum
aqua rosata.ʒ.vi.litii ʒ.ii.&.me.zinziberis piperis lōgi : añ.
ʒ.i.aspergātur cum succo agreste & terantur cum eo.Deinde
exiccentur & puluerizentur.Et fiant cum eis alcohol.
¶ Hamech Confectio alcohol conferens obscuritati uisus.
abstergit enim oculos et clarificat.℞.tucie antimonii:ana.ʒ.
vi.salis gemme.ʒ.ii litii sief memithe:ana . ʒ.i.camphore.ʒ.
vnius tertiam. Terantur tucia & antimonium & misce cōte/
rendo cum aqua mirabolanorū citrinorū & hoc per triduū.
Deinde cum aliis fiat cohol & utere.
¶ Alexander Collyrium satis efficax in clarificādo uisuꝫ &
ad auferendam caliginē.℞.fellis perdicis. ʒ.i. & mellis.ʒ.ii.
succi feniculi depurati.ʒ iii pone in vase vitreo: & suspende
in sole per dies septē.Deinde vtere. Est enim efficax.
¶ Sabor.Cōfectio trifere mirabilis uigorantis uisum: cui ac
cidit impedimentuꝫ propter fumos ignitos colericos aut sa
litos & est ei impressio fortis:reducit enim oculos ad formā
vigoris adolescentis.℞. mirabolanorū chebulorum citrino/
ruꝫ & indorū:añ.ʒ.ii.&.℔.belliricorū et emblicorū: añ.ʒ.ii.
zucchari.ʒ.x.tere in vase lapideo:& funde super ipsuꝫ aquā
fontium claram sicut aspergendo parum post parum: & hoc
facias per dies tres:deinde dimitte siccari:& post hoc sparge
super ipsum distillando ex oleo rosato: aut amigdalino . Et
contere per alios tres dies:& iterum dimitte siccari. Deinde
accipe rosarum sandali machaziri cubebe cardamomi: añ.
ʒ.ii.spodii macis:ana.ʒ.i such.ʒ.i.&.℔.deinde accipe zuccha
ri tabarzet lib i.tamarindorum:eyron.ʒ.iiii pruna quinqua
ginta.Fac ex eis formas similes auellanis: & da mane quoli
bet:a.ʒ.ii.usq; ad auř.ii.cum aqua calida bonum.
¶ Idem.Confectio alia addēs in visum: auferens tenebrosi
tatem eius.℞ herbe albedustur:seminis rute:añ.ʒ.vii.& me.
siseleos calamenti domestici zinzibe. pulegii cubebe nucis
muscate:añ.ʒ v.scesebraꝫ.℥.i et.℔.gariofilorū:masticis mar
garitarū nō perforatarū:añ.ʒ.i. & tertiā alterius serpētis cō
busti:

busti:cristalli:añ.ʒ.ii.&.ß.balsami grana.vi.& ponderis croci.ʒ.i.tertiã.zucchari.lib.ii.Fiant ex eis forme similes auellanis:& da ex eis a ʒ.i.usq; ad.ii.in hyeme et conueniunt senibus bonum & expertum si deus uoluerit.

¶ De casu pilorum palpebrarum.

SI accidat propter defectuʒ materie.Cura est in primis cũ eis que reparant materiam ex bono & largo regimine sicut scis.Deinde cum eo quod trahit materiam ad locum necessitatis:sicut sunt medicine & colliria : quas dicemus post. Et quandoq; fit ex causa propria & corruptione materie : et egritudinis in ipsis palpebris : sicut est silach que est proprie corrosio cum rubedine & asperitate & pruritu in ipsis palpebris.et cura eius est ut mundificetur caput ab humore nitroso salsugineo et acuto:deinde administretur regimen humectatiuum:& frequentetur ingressus balnei & inclinato super vaporem aque calide:& emplastratiões ex medicinis humidis:sicut est portulaca cum lacte:& mucillago psilii cuʒ oleo roß.aut mucillago seminum citoniorum aut amigdale amare aut dulces cum lacte & similia.

¶ Postq; autem acquiritur palpebris temperies & teneritas: tunc administranda sunt medicamina pilorum generationẽ facientia ex his que dicemus.Et quandoq; est silach cronicuʒ grossum durum quare uapor qui est materia pili non inuenit transitum.Et cura eius est mundificatio capitis cum iteratione & flobothomia et uentosatio crurium & vsus balneationis et emplastratio cum lentibus excorticatis in eo quod mulgetur est granatis contritis cum rob.Deinde administratio medicaminum facientium pilorum generationeʒ que dicemus.Et ex eis est lapis lazuli proprie et lapis armenus alcohol facto ex aliquo eorum cum spica & producto cum radio super palpebras aut ex antimonio & spica & lapidi lazuli inest proprietas mirabilis . Musce autem si exiccantur abscissis capitibus & fiat linimentum ex eis cuʒ auellanis assis & adipe caprino aut vrsino inuenitur efficax. Citrangulorũ quoq; semina si adurantur & liniantur cuʒ adipe caprino pilorum faciunt facilem generationem.

Mahemet

¶ Mahemet arasi. Confectio alcohol reparātis pilos in pal/pebris & confortantis eos. Recipe ossiuz mirabolanoꝝ adustorum partem .i. fumi thuris partis unius quartam spice ro/mane lapidis lazuli: ana partis unius tertiam liniatur super palpebras cum radio.

¶ Emplastrum quo utendum est super palpebris curans si/lach et remouens pruritum & scabiem. Accipe granatū vnū integrum et decoque illud in aceto usquequo dissoluatur & emplastretur super palpebras.

¶ De cura inuersationis pilorum palpebrarum.

CVra huius egritudinis fiat ꝓm vnū quattuor modorum.
¶ Primus est inuiscatio eorū cū aliquo leuis uiscosita/tis sicut cū mastice aut cū sputo & cola aut cū gūma pini aut bdellio dissoluto in albumine oui aut cū aliquo talium.

¶ Scd's est ordinatio pilorū & restrictio eorum ad vnū ordinē. Et hoc qdem fit ꝓm hunc modū. Accipe acum subtilez & pfora in exteriori pte palpebre ut perueniat pforatio usq; ad interiorē ptem vbi est ordo naturalis pilorū: & deinde acci/pe pilum & pone in foramē acus & extrahatur ut pilus inueniat viam ad ordinem & sic fiat de aliis: si sunt plures usque dum ordinentur cū aliis. Deinde ponatur medicamē punctorum consolidationem faciens et constrictionē.

¶ Tertius modus est ut euellātur pili unus post aliū & igniatur stilus aut acus et cauterizetur locus: unde est pilus euul/sus cauterizatione sufficienti. Et sic fiat de aliis.

¶ Quartus est ut post euulsionem pilorum fricetur super loco medicamen pilorum gñationem prohibens sicut proprie oua formicarum aut rubigo ferri cum saliua.

¶ Cura ordeoli in palpebra.

CVra huius egritudinis est ꝓm unū trium modorum.
¶ Primus est ut ꝓhibeatur collectio eius in principio sui cū eo ꝙ est sicut aloes acatia & litium linimento facto ex eis & supposito: aut bdellium resolutū cū aqua mente humide & hoc post corporis et capitis mundificationem.

¶ Scd's modus est ut si illa nō cōtulerint administrētur reso/lutiua mediocris resolutiōis. primo post euacuationes ex eis

q̄ scis

q̄ scis & ꝓprie resoluat bdelliũ in aqua & liniat sup locũ & forti⁹illo ē oppopõacũ:et adhuc forti⁹armoniacũ cũ aceto.
¶ Et scripsit Oribasius. Linimētũ bonũ exptũ & ē ut accipi/as olibani myrrhe: añ. ptē unã laudani quartã ptē unius cere alumis baurach armēi: añ. ptē.ß. liniatur cũ fece olei de lilio aut accipe galbani.ʒ.iii. baurach.ʒ.i. liniatur cuȝ succo apii.
¶ Tertius modus est ut si resolutioni nõ obediat ut suspenda tur palpebra & inuersetur & scindatur ꝯm iterius palpebre & aperiatur tunica iterior eius & exprimatur donec egredia tur totum quod est sicut mucillago. Deīde sanetur vulnus cũ linimentis que sunt sicut sanguinis draconis cum albumine oui aut cerusa & similia.

¶ Summa sexta de curis egritudinũ aurium.

S Ermo noster erit deinceps de egritudinibus auri um si deus uoluerit. Et primo de dolore earum q̄ quandoq; accidat a malitia complõnis sine ma/teria. aut cum materia. & si quidem sine materia solum alteratiõe indiget. Si uero fuerit calida iu uatur ex infusione albuminis oui recētis aut mucillagine psi lii & similium ex eis que dicemus. Si aũt a malitia complõ/nis frigida fuerit conferunt infusiones & iniectiones calide. Si aũt malitia complexionis sicca iuuatur cuȝ humidis. Si au tem humida cum siccis que fiunt per traiectorium & empla strationes ex his que dicemus. Si aũt malitia complexionis fuerit cuȝ materia et fuerit calida euacuetur per flobothomi am. Si sanguinea fuerit ex repletione in sanguine de uena ce phalica. Deinde procedēdum est ad alterantia que dicemus. Quod si colerica fuerit & est ille dolor qui fit ꝯm plurimum euacuetur cum eis que scis & frequēter lenificatio nature cũ aqua fructuum. Deinde sedat dolorem cuȝ alterantibus que dicentur. Si aũt dolor vehementior fuerit cõcedimus aliqua ex narcoticis sicut sief memithe proprie cũ aliquanto opii & distemperetur cũ lacte mulieris & instilletur in aurem. Si au tem materia fuerit frigida euacuetur cũ eo q̄ conuenit. Dein de alterantia sedantia administrētur ex eis que dicemus. Si aũt dolor a grossa fuerit uentositate scribemus medicamen/

ta eis

ta eis post De doloribus auris factis ab apate aut ulcere aut oppilatiōe aut ingressu aque aut aīalis singularia scribemus capitula. Post hec aūt non ptermittimus ꝙ medicamēta que distillentur in oculis semp actualiter frigida mittenda sunt. q̄ aūt in auribus tepida aut calida sunt apponenda siue sint ad egritudines calidas siue frigidas.

¶ Medicaminū narratio ad dolorem auris calidū. Albumē oui cum lacte mulieris tepido. Oleum rosatum tepidum p se aut bullitum cū aceto pondere sui usq̧ ad consumptionē aceti aut conquassatū cū succo cucurbite. Oleum de salice ꝑm eā dem doctrinā. Oleum nenufarinum. Oleum de semine cucurbite. Oleum de papauere si dolor est uehemens p se aut cum aliquanto camphore. est enim sedatiuū bonū. Lac muliebre calidum sicut mulgetur cum succo solatri aut aqua coriādri humidi Mucillago psilii est oleo cōquassata aut mucillago seminum citoniorū. Oleum de yabroch qñ dolor est acutus cū lacte mulieris statim cū mulgetur. Lēticulas coctas cū panis mica cataplasmabis succus iusquiami fortes sedat dolores. Lactuca agrestis ꝑm oēm modum administrationis est medicamen bonum. Et similiter succus solatri & papaueris & mādragore & salicis et teneritatum uitis.

¶ Hamech. Ad dolorem auris a caliditate. Accipe olei rosati partes. ii. olei amigdalarum dulcium partē. i. aceti ptes. iii. Fac decoqui lento igne usq̧ ad consumptionem aceti & cola & administra tepidum.

¶ Idem. ℞. foliorum cucurbite aut ipsius cucurbite succuꝫ & misce cū oleo rosato diu conquassando & utere bonum est.

¶ Narratio medicaminum: ad dolorem aurium frigidum & uentosum.

ADministratur medicamina q̄ sunt sicut oleum nardinū costinum sansucinū: oleum de ruta: oleum de amigdalis amaris: oleum de camomilla: oleū anetinum: oleum laurinū: oleum de lilio: oleū de cheiri: oleū de narcisco: oleū de persicis. oleum de crisomillis: oleum de been ꝓprie: oleū de cherua: oleum de cinamomo. Quodcunq̧ horum fuerit proprietatē hꝫ ad dolorem auris a frigida cā factū aut uentosa.

Fundamentū

Fundamentum autē & materia preparationis singulorū eorum artificialiter est cepe cauatū in quo oportet parari & decoqui cū facilitate in cinere prunarum.et ex rebus admixtis eis sigillantibus ipsis uirtutes mirabiles cū bonitate decoctionis in cepe cū eis est ruta proprie et succus radicis que comeditur & spica & sansucus & scea et camomilla & galbanum dissolutū in succo porri et succus porri per se: & aleum & castoreum & piper et succus cepe et succus pharasion & origanum & succus affodili & euforbiū & elleborus niger & albus pprie & non est incōueniens in huiusmodi permixtionibus admisceri mellis modicū: deinde tepidum distilletur. Si autē dolor est fortis ex miscibilibus bonis est opium cum pauco castorei & croci aut filoniū cum lacte aut trocisci stelle aut trocisci de croco.Deinde remoue nocumēta narcotici cum eis que scis. Ex vaporatoriis aūt siccis est milium aut panicū & sal calefactus & suppositus aut bacce lauri cū melle pauco calefacte & supposite aut pulegium cū melle et olibano aut grana lauri & olibanum cū succo rure uel aneti. & dixit galienus. Sacelletur ex furfure cum uino cocto & oleo nardino aut rutaceo cepe marinum tunsum & oleo aut butyro coctum expertum est. Euaporatoriū humidum fit cū aquis decoctionum rerū que maturant & carminant & mollificant sicut melliloti proprie & aneti et camomille & fenugreci & volubilis & foliorum caulis & seminū eius & herbe venti & sansuci et absinthii: & similium singulariter aut coniunctim: ita vt recipiatur uapor eorū per canulā cuius una extremitas sit fabricata super uas in quo res coquantur & alia extremitas applicetur auri & quādoq; est necesse ut misceatur cum his rebus aliquid ex stupefacientibus ut sedetur vehementia doloris & tunc fiat illud cum cautela. Remouent autem nocumenta narcotici uapores superius dicti cū modico castorei & croci & piperis sicut scis.

Galienus. Linimentū quod administratur & sedat dolorem aureis. Accipe medullam ceruinam aut medullā cruris iuuenci cere: añ.ʒ.v.oleū de nucellis aut de amigdalis amaris & succum geragen.i. polipodie quantum sufficit: fiat ex

eis

eis vnguentum & unge in circuitu auris: est em̄ mirabile.
¶ Idem. Aliud ualens similiter raffani radices cum oleo: decoque & distilla ex eo in auribus & cū lana calida suppone.
¶ Idem. Vermes qui sunt sicut faba media & inueniuntur. sub lapidibus aut vermes plurium pedum coquantur cum oleo ex oliuis ĩmaturis & distilletur ex eo in aurē: est em̄ expertum. Fit etiaȝ similiter ex scarabeo & ex lumbricis terre. Oleum similiter de scorpionibus est ad illud sublime.
¶ Idem fel tauri cuȝ adipe anatis est iuuamēti mirabilis ad dolorem auris a causa vehementer frigida.
¶ Mahemeth arasi. Confectio medicaminis de quo distillatur in aureum & linitur ex eo in circuitu eius & sedat dolorem frigidū & uētosum. Accipe castorei euforbii opii storacis liqde piperis foliorū rute calamenti sinapis: ana. fiant ex eis trocisci & dissoluantur in oleo nardino aut costino & coquanẗ in cancha cepe & distilleẗ in aurē: sedat dolorē auris.
¶ Hamech in urina in tauri aut caprarū si dissoluatur myrrha & distilletur in aurem sedat dolorem auris.
¶ Isaac ad dolorem auris. Accipe baurach mel bonum & oleum rosatum & acetum misce & pone in aurē expertū est.
¶ Idem. Accipe mellis crudi & olei laurini partes equales: contunde & pone in aurem: expertum est.
¶ Idem. Vnctio conferens ad dolorem auris. Re. mellilotí ℥.ii. camomille sansuci. ana. ℥.i.ß. aque lib.i. &.ß. bulliāt usq; ad lib.ß. Deinde pone olei de cheiri & olei violati & olei sisamini. ana. ℥.ii. Decoque ad cōsumptionē aque & vtere.
¶ Gabriel. Linimentum conferēs dolori auris exptum. Accipe aristologie longe: seminis capparis: fenugreci: ana. auř.ii. piperis longi. auř.i. aneti: aloes: folioruȝ sansuci ana. ʒ.ß. ellebori. ʒ.i. & quartá alterius aque lib.ß. olei. ℥.i. Bulliant usq; ad cōsumptionē aque: & utere multotiens bonum.
¶ Dyascorides. Accipe radicē que comeditur: et calefac sup cinerem & calidam mitte in aurem: & fac multotiens.
¶ Ideȝ succus mente & mel: ut sint de singulis partes equales: & distilla ex eo in aurem: bonum est.

¶ De bothor & apostemate aurium.

SI sit calidum cura eius est flobothomia & lenificatio nature: & proprie flobothomia cephalice cuȝ multa sanguinis extractione si est possibile: & si non est cum iteratione. & distilletur in aure in principio ꝙ est sicut oleum rosatum in quo iam cõsumptum fuit acetum usqȝ ad dies duos aut tres & obseruetur regimen in vehemẽtia doloris: ne deficiat uirtus et faciat cadere in sincopim et sudorem frigiduȝ & pmixtioneȝ rõnis & mortem: quare distilletur in ea distillatione post distillationẽ ex oleo iabroth cũ lacte nouiter mulso: & si excusari aliter non potes cũ modico cãphore aut opii exhibe: & postqȝ preteriit tertiũ diem distilletur in eam mucillago: seminis citoniorũ aut fenugreci aut altee & seminis lini. aũt apostema non fuerit uehementis caliditatis: distillanda sunt aliqua ex mucillaginibꝰ cũ adipe galline aut anatis: aut medulla cruris uituli: & expertum est. Dyaquilon dissolutuȝ in oleo anetino aut camomillino. Et exptum est dyaquilon minus cum oleo de alcanna. Et ex eis que sunt ultimi iuuamenti: est ysopi cerotum quod dicemus. Et confert administratio euaporatorii humidi quod diximus.

¶ Joannes Serapionis. Emplastrum conferens ad apostemata auris. Accipe farinam ordei et decoque cũ rob & oleo de camomilla.

¶ Aliud. Accipe farinam fabarum: camomille: violaruȝ sucum farinam ordei alteam mellilotum. Decoque cũ aqua & oleo camomillino & rob & utere.

¶ Idem. Medicamẽ ꝙ resoluit & maturat apata que sunt in naribus. Accipe farinam fabarum & fac emplastrũ cum expressione caulium: & oleo de lilio & superpone.

¶ Aboali. Isopi cerotũ cuius iuuamentũ est sublime ad apata aurium maturans & sedans dolorem bonuȝ si deus voluerit. Accipe adipis galline butiri ouini: seu uaccini loti cere ci trine adipis caprini mellis olei de lilio ysopi humide d· singulis partes equales. Fiat ex eis cerotum & tepidum in aure mittatur: & liniatur in circuitu expertum est.

¶ Idem. Confectio emplastri satis boni ad dolorem & apostemata aurium. Accipe cepe album & elixetur & cõteratur

cum

cum butyro & utere.

¶ Mahemet arasi. Confectio emplastri sedantis dolorē auri um apostemosum. Accipe bdellii adipis caprini: añ. ʒ. iiii. farine fenugreci: & seminis lini: radicum altee: radicū lilii: añ. ℥. v. melliloti camomille: añ. ℥ i. croci. ʒ. i. vitellum vnū oui elixi. Cōficitur aūt sic camomilla: mellilotū radices altee & radices lilii coquātur in aqua vsq; dū cocta sint. Bdelliū dissoluatur in succo cepe: aut in aqua decoctiōis herbarū. Et ex oībus his & ceteris fiat emplastrū postq; additur rob & olei sisamini aut de lilio: añ. ℥. ii. butyri quātum sufficit. Cogātur oīa usq; dum pinguescāt & emplastretur cū eo. Et qñq; apud necessitatem additur eī opii. ʒ. ii. & est mirabile. Et qñq; pro opio papaueris albi. ʒ. vii.

¶ De sonnitu & tinnitu aurium.

Fit qñq; propter debilitatem sicut accidit conualescentibus. Et cura eius est resumptiuis et addentibus ad uirtutem corporis & regimen conualescentium sicut scis. Et quandoq; fit propter aduentum crisis: & est siluendum & qescendum in eo. Et quandoq; fit propter abundantiā & repletionem superfluam in capite. Et cura eius est solutio & euacuatio cum yera dyacolloquintide & cochiis & similibus cum iteratione & iteratione. Deinde fiant instillationes & emplastrationes post embrocationes & euaporationes p traiectorium ex his que diximus. Et fit qñq; a uentositate grossa: & cōferunt ei caputpurgia: & sternutationes post mundificationē radicum & distillationes note: & pprie cū oleo de canna & modico de euforbio: aut oleo rutaceo & castoreo: aut oleo de been cū modico succi porri & qñq; fit ex coartatione humorum grossorum & uiscosorum. Et confert in hoc nitrū cū melle & aceto: aut elleborus albus cum castoreo & melle & aceto: & oleo de been.

¶ Hamech filius zezar. Oleum raffani cū oleo rosato: & succo porri & felle ouiū cōfert tinnitui: & sibilo aurium. Succus porri cū oleo rosato & lacte mulieris & castoreo ualet silr.

¶ Vnguentū ex inuentione nostra ualens cū auxilio dei sonitui auris & grauedini auditus ppter uentositatē grossam

& materiam frigidam.℞.ellebori albi castorei.costi: ana.ʒ.ß rute:nitri:piperis lõgi:ana.ʒ.unius partes.ii.euforbii.ʒ.unius tertiam: deinde accipe succi radicis que comeditur succi porri:olei nardini:camomillini: olei de amigdalis amaris: olei anetini:ana ℥.i.coquantur ad succorum consumptionẽ cola et utere expertum est.

¶ Ioannes Serapionis. Si tinnitus a uentositate contingat et inflatione. Accipe euforbii.ʒ.i.& resolue in oleo de alcanna et utere:aut castoreum cum oleo rutaceo:aut oleum de been cum succo porri.

¶ Idẽ. Si ex materia grossa coartata in auribus cõtingat uaporetur auris p traiectoriũ. Deinde instilletur medicamẽ.qđ Re.ellebori albi:castorei: nitri añ.ptem.i.croci:partis unius qntam. Misce cũ oleo sisamino et aceto:et distilla in aurem.

¶ Alexander. Ad diuturnos aurium sonitus & tinnitus mirabilis.℞.euforbii:& dissolue in oleo caprino et utere.

¶ Filius zacharie arasi. Accipe camomillam: sansucum calamentum: scehã:ysopum siccaȝ:absinthiũ:bulliant in uase super ꝙ ponatur traiectorium:& recipiatur fumus eius.cõfert enim post corporis mundificationẽ.

¶ Idem. Si fiat sonitus aurium propter debilitatem succedẽtem febribus distilletur in aurem acetum decoctionis absinthii cum oleo rosato.

¶ Haboali. Medicamen exptum ad sonitũ & tinnitũ auriũ. Accipe gariofilorum seminis porri:añ.ʒ.i.musci grana.ii.Distillentur cum aqua sansuci:aut foliorum pini aut rute.

¶ De debilitate auditus & surditate.

Que natiua est non inuenit curã. Que aũt antiqua ẽ uix recipit curam. Que aũt fit ppter apostemata:aut bothor diximus eius curam. Si autem fiat propter sanieȝ in aure aut propter aliquid quod intrauerit in aurem: sicut est lapis aut faba:dicemus curam eorum. Et qñqȝ fit propter constipationẽ colere in corpore:et fit eius redundatio ad aures: sicut Hyp.dixit. Et confert in hmõi ut euacuetur colera euacuatione post euacuationem. Et fit ẽt ex eidem causis ex quibus fit sonitus et tuba in aure sicut est repletio: & coartatio

humoris

humrois grossi & viscosi: & uentositas grossa . Et nõ differũt nisi ꝭm fortem impressionem & debilem. Facta eniȝ debilis ab eis impressio facit tubam & sonitum. Et forti eniȝ impssio ne tharas. Quamobrem curam adhibeas: sicut diximus illic. Fit etiam ex ueruca. & carne addita & raro propter loci no/bilitatem habet curam. Interdum tñ curatur & ꝓprie cũ ad ministratione medicaminis acuti una uice post aliaȝ usqȝ dũ consumatur caro addita: aut ueruca. Deinde curetur medica mine incarnatiuo. Et qñqȝ fit propter sordes: que sunt in au/ribus. Et eius est cura: ut extrahantur & afferantur ad locuȝ hunc que diximus in capitulis: que sunt ante istud.

¶ Mahemet filius Zacharie arasi. Cõfectio medicaminis ad graue auditum: et tinnitum aurium: bonum si deus voluerit. Accipe pulpe colloquintide.ʒ.ii.baurach.ʒ. unius tertias.ii. castorei.ʒ.i. succi absinthii.ʒ.i. aristologie rotunde.ʒ.i. eufor/bii.ʒ.unius tertiam costi.ʒ.me. fiat sief cum felle uaccino: & distilletur cuȝ oleo amigdalino amaro. Et hoc post euapora tionem in traiectorio.

¶ Alexandee. Ad idem expertum: & proprie si fiat surditas ex humore frigido oppilante: & est expertum. Accipe ellebo rum album castoreum nitrum: piretrum: coquantur in uino forti: deinde cola et distilla ex eo in auribus: prius tamẽ ster nutamenta prouocentur.

¶ Idẽ. Confectio trociscorũ auferentiũ surditatẽ & grauedi nem auditus & sunt experti. Re. ellebori albi: castorei añ.ʒ. i. nitri.ʒ.ß. fiant trocisci cũ aceto & administrentur cũ aceto.

¶ Idẽ fiat puluis ellebori albi cũ aceto positus cũ licinio.

¶ Filius Serapionis. Confectio trociscorum quorum opera tio est ultima ad oppilationẽ et tharas: quorum permixtio. ℞. ellebori albi auř.ii. nitri auř.viii. croci: auř.iii. cõfice post/qȝ bñ conterantur cum aceto: & fac trociscos & administrẽ/tur cũ aceto: & sunt enim admirabiles.

¶ Alexander. qñ surditas contingit ex humore colerico in auribus coartato: & hoc restricto fluxu colerico abũdare cõ sueto tunc prouocato eo & educto peruentrẽ soluitur surdi tas sicut ex Hyppo. doctrina colligimus. Si autẽ ex crudis &

viscosis contingat humoribus: fortiora sunt adhibenda medi-
camina. Difficilius enim morbus soluitur. Dandum est igitur oxi
mel quod Iuliano presidi factum fuisse testatur ab Oribasio aut
yera Galieni cum iteratione . & iteratione: aut dandum est
hoc medicamen: quod. ℞. salis armoniaci: piperis: ana. ℨ. ii. eu-
forbii. ℨ. i. Dabis ex eo. ℨ. iiii. aut. vii. cum ouo sorbili: aut hy-
dromelle est enim mirabile etiam ad uertiginem & epilepsiam: &
mulieribus menstrua potenter educit. Postquam autem purgatus
fuerit: gargarismata: & sternutationes necessarie sunt. Verum
gargarismata fiant ex staphisagria & sinapi cum mastice. Ster
nutationes autem ex elleboro albo & pipere. Vltimo uero di
stilla in aurem que morbum soluant ex his que diximus. Si au
tem adhuc passio permaneat: prouocetur vomitus cum facllita
te & iteratione cum eis: que sunt sicut elleborus albus cum pro
prietate in hoc & iterata expurgatione: et gargarismate: &
aliis que supius diximus. Equitate autem per loca arenosa: &
decliuia: & euectiones cum curru: & balneationes in aquis
thermarum & salsarum ad hoc multum conferunt remouendum. Et
credo quod surditati facte a materia frigida: aut ventosa confe
runt olea calida: sicut costinum & anetinum & oleum balsami pro-
prie & similia: quorum rememorati sumus in doloribus aurium.
Et pulpe colloquintide aut succo cucumeris asinini: aut ra-
dicis eius inest proprietas mirabilis cum aliquo predictorum oleo
rum. Et ex eis est oleum nardinum cum castoreo: & similiter fiet fa-
ctum ex aloe: castoreo: & pulpa colloquintide partibus equa
libus. confice cum felle vaccino: & instilla cum oleo raffanni
aut aliquo oleorum calidorum. Et oleum raffani: & oleum sta
phisagrie iam experta sunt: & expertus est puluis ellebori albi
cum aceto instillatus in aurem: aut missus in aurem cum licinio.

¶ De vlceribus aurium.

Quedam ex eis sunt manifesta. & habent genera curatio
nis nota sicut diximus in capitulo de algarab. Que-
dam uero ex eis sunt occulta posita in profundo & sunt ex eis
quedam in quibus non multum preteriit tempus. Et alia que
sunt cronic a antiqua in quarum curatione preuenimus admi
nistrando regimen subtiliatiuum in his que comeduntur & bi

buntur

buntur & ceteris:& mũdificãdo corpus: & etiã capitis solu tionibus factis cum iteratiõe: & iteratione. At si vlcus recẽs fuerit duplici eget genere curationis.

¶ Primum est mundificatio & abstersio cuꝫ eis que sunt ab stersionis mediocris: sicut est aqua mellis proprie aut uinum cum melle aut acetuꝫ cum melle aut oximel squilliticum & similia factis ex eis iniectionibus post iniectiones per sirin' gam: aut per aliquid aliud ꝙ est sicut canellus penne subtilis Deinde cum bombice aut lana subtili abstergatur.

¶ Secũdum genus curatiõis est exicca tio & cõsolidatio eoꝝ cũ eo quod est mediocris exiccatiõis sine mordacitate multa sicut est ꝓprie olibanuꝫ solutũ cũ vino: aut sarcocolla et olĩ banum soluta in vino & melle pauco et exptum bonũ: et eis est myrrha & aloes dissoluta in vino: et sandaraca in hoc est mirabilis: et ꝓprie trita cũ vino et melle: et ĩmissa cũ licinio. Sanat eĩm & dolorẽ tollit. Et silr alumẽ cũ aceto tritum cõtrĩ tione ultima exptum est: & silr liciniũ cuꝫ sief memithe. Alu men iamenũ: & mirrha. et aloes: & sandaraca: et sarcocolla cuꝫ melle & uino sunt ex summa eoꝝ. & silr sanguinis draco nis. Sief memithe: sarcocolle: myrrhe: aloes: spume maris: olibani. añ. pars. i. aluminis adusti ps. i. & .ß. Terantur contrĩ tione ultima cũ melle et uino vsqꝫ duꝫ fiat in terminũ mellis tenuis. Deinde utere cũ licinio. ¶ Si autẽ antiquũ cronicum fuerit triplici eger gñe curationis. Et primũ quidẽ est mundĩ ficare: & abstergere ulcus auriuꝫ a putrefactiõe & corruptio ne fetida: cum eis que sunt vigorose abstersionis: non nimis fortibus in principio: ut ꝑueniatur paulatiꝫ ad ea q̃ sunt for tiora: ex rebus generũ mediocriũ est urina pueri cũ melle et absinthium cum uino & melle: & modico salis gẽme: & oxĩ mel squilliticũ cum modico floris eris & fortius est alchetrã cũ melle: & ex eis est vinũ decoctõis radicũ luf cũ melle aut succus affodillorum cum melle: & modico salis gemme: & confert foliorum nucis cum melle & uino. & adhuc fortius eis est fel thauri cum vrina pueri: & hoc apud uehementiaꝫ putrefactionis: & fetoris & ex compositis ultimis: ad hoc est unguentum egyptiacum: quod diximus in antidotario:

& proprie solutum in vino aceto: & distilletur in aurẽ: & est mirabile: & similiter vnguentuz de flore eris: aut medicamẽ/ hmõi compositum. ℞. floris eris & tubel eris : ana . ʒ.ii. succi porrorum mellis puri: ana. ʒ. i. vrine pueri q̃tum sufficit. Te ratur usq3 dum fiat sic mel & utere.

℄ Secundũ genus curatiõis est incarnatio & reparatio eius qd' iam per putrefactionem deperditũ est. & hoc quidez per ficitur cum rebus mediocris exiccationis absq3 mordicatio/ ne vehementi & sunt ea proprie quorum in consolidatione vulnerum non antiquorum rememorati sumus.

℄ Tertiuz genus curationis est exiccatio et cõsolidatio vlce/ ris cuz rebus exiccatiuis & cõsolidatiuis in qbus sit pmixtio aliquorum acuitatem habentiũ sicut myrrha aloes thus & similia quorũ precessit rememoratio: qbus admisceãtur ali/ qua que sunt sicut colcothar: flos eris & similia & nos trade mus cõpositiones solẽnes quantũ pertinet ad hanc partem.

℄ Filius zacharie arasi. Confectio medicaminis ad vlcera que fiunt in aure: & est expertnm. Reci. sarcocolle sanguinis drachonis olibani spume maris: myrrhe baurach: boliarme ni: scorie ferri floris eris aloes colcothar: añ. partes equales. Terantur contritione subtili & ex media parte eius fiat sief & distilla ex eis in aurem cũ aqua mellis aut mellicrato aut oximelle: & ex alia medietate inuoluto licinio in melle: et in medicamine mitte in aure lota prius ex aceto & aqua et exic cata cum bombice aut lana.

℄ Ioannes Serapionis. Vnguentũ egyptiacũ conferens ad vlcera sordida & putrida & fetida: siue in aure siue vbicũq3 sint p corpus: & ad fistulas: et ad vlcera maligna q̃ sunt in lo cis absconsis & intricatis & indigẽt abstersione. ℞. mellis di spumati. ℥. iiii. aceti bõi. ℥. iii. ziniar. ℥. i. cõfice igne leui usq3 dum mellis habeat spissitudinẽ: est eñ abstersiuum sublime.

℄ Idem. Modus cõfectionis scorie ferri cuius iuuamentum est sublime ad vlcera que fiunt in aure. Accipe ex scoria fer/ ri & laua eam cũ aceto forti postq̃ triueris eam uehementer Deinde exiccetur sup latere calido: deinde fiat similiter vsq3 septies: deinde teratur vsq3 dũ fiat sicut puluis subtilis: & de/

coquatur

coquatur in aceto decoctione vehementi usque dum habeat spissitudinem mellis: & distilletur ex eo in aure: aut intromittatur cum licinio.

ℂ De vermibus in aure.

VErmes in aure indigent medicamine necante eos in primis. Deinde ingenio educendi eos ne propter remanentiam eorum accidant putrefactiones: & vlcera. Et primum quidem perficitur cũ medicinis quibus est proprietas super hoc: sicut amaris proprie & acutis et acetosis: & quãdoq; ingeniatur & dantur medicine que sunt venenũ eis cum pmixtione dulcedinis & auidius recipiant. Res autez quibus est proprietas necandi eos: sunt sicut absinthium proprie & tarasacon & cẽturea quodcõq; eorum coctum cũ uino & distillatum. Et calcamentum est fortius his. necat enim uermes et dolorẽ sedat & ꝓprie succus eius: & siľr succus capparis. ellebori albi distillatio facta cum uino experta est. Et siľr scamonee dissolute in aceto. & aloes cũ uino et succo capparis: aut calamenti. Valet etiam cucumeris agrestis succus cũ radice eius & succus foliorũ persici cũ aceto: & succus radicũ mori ex bonis miscibilibus cũ eis sunt fella aut euforbiũ: et oleãdro inest ꝓprietas mirabilis. & dixit Gaľ. Si cetera non conferãt sulphur viuũ & calx uiua terant: & ex eis cũ melle fiãt trocisci: & distilletur ex eis in aurem cum aceto: & alchitran distillatus in aure est ex eis que ultimo necant eos: & similiter succus cucumeris asinini. aut calamenti cum scamonea aut sinapis semen cum succo iusquiami.

ℂ Secũda res perficitur cũ ingeniatiõe educẽdi eos: et ꝓprie ut distilletur in aurẽ hora post horam oleũ tepidum. Deĩde sternutet cum condisi & retineat os & nares ut spũs ferãtur ad aures cum impetu: & qñq; rationabiliter applicatur uentosa in aure. Si autem vermes putruerint in aure: impleatur una uice post aliam vino & oleo tepidis & radio immisso in ea cum bombice: aut lana abstergarur & lauetur usq; dum totum excludatur corruptum.

ℂ Hamech. Medicamen conferens uermibus in aure & doloribus eoruz. Accipe olei de persicis olei de crisomilis: olei:

ddamigdalis

de amigdalis amaris: aut ſucci folioruꝫ radicis: & ſucci: apii añ. partes. ii. Bulliant lento igne uſq; ad conſumptionem ſuccorum. Et diſtilla ex eo in aurem mane & ſero.

¶ De ingreſſione aque in aurem.

CVra huius egritudinis fit ſm vnum trium modoruꝫ aut cum ingeniatione: quam ſequitur euacuatio aut attractio aut reſolutio.

¶ Prima quideꝫ perficitur cũ tuſſi & ſternutatione cõprehẽdẽdo os & nares aut effundatur in aure aqua uſq; dũ repleatur. Deinde inuerſetur cũ velocitate: & excludatur aqua tota: & ĩmittatur radius ſubtilis aure exiſtẽte inuerſa: & cõmoueat caput ſuũ frequẽter: et deſcendat p gradus uelociter: aut tuſſiat & ſternutet. Hec eniꝫ faciunt egreſſionẽ aque facilem.

¶ Secunda res pficitur cuꝫ ſucceſſionibus et medicinis que attrahunt aquã efficaciter: ſicut ſpongia marina immiſſa in aurẽ ligata cũ filo ut facilius fiat eius aut lana q̃ ĩuenit in cõchiis marinis aut fruſtũ medulle ſambuci: & ex inſtrumẽtis eſt cãnelus q intromittatur in aurẽ & fiat ſuctio p ipſuꝫ & qñ q; pmittitur in aurẽ extremitas cãnelaris: & pprie inſtrumẽti qđ attrahitur qñ ſubito relinqtur ei vacuum: & eſt modus attrahendi vehemens quare attrahitur aqua fortiter.

¶ Tertia perficitur cũ ingeniatiõe qua fit aque reſolutio cũ facilitate & eſt ut accipiatur cãnelus aneti & inuoluatur ſup una extremitatũ eius cotum ſicut uſq; ad tertiã ipſius. Et alia extremitas mittatur in aurẽ: et circũdetur ei aliquid ex coto ut ſigilletur in foramine auris. Deinde accendatur ſup extremitatem que eſt extra ignis & dixerũt aliqui ꝙ prius fuerit ſubmerſa in oleo. reſoluitur enim aqua cũ operatione hac vice poſt vicem. extracta autẽ aqua diſtilletur in aurem oleũ roſatum tepidum inſtillatione poſt inſtillationem.

¶ Summa ſeptima de egritudinibus narium: & primo de fetore narium.

FEtor narium ſi fuerit propter vulnera in naribus aut propter emorroydas natas in ipſis dicemus curam. Si autẽ fuerit propter humorum putrefactionem in circuitu narium aut ſuſpenſorũ: aut

adherentium

adherentiũ in partibus colatorii: aut in parte mamillari aut ventriculis cerebri: tunc cura eius est tres res.
¶ Prima est mũdificatio capitis pluries iterata cum medicinis: quarũ forma est apud te & iaʒ scis eas: & hoc fiat post regimen bonũ in sex generibus rerum: sicut etiam scis.
¶ Secũda est intẽtio circa partẽ ut abstergatur et mũdificet qd' est corruptione inheret in partibus alchaisin. & hoc qdẽ perficitur cũ medicinis qbus inest ꝓprietas hoc facere et ex eis est uinum bonũ odoriferũ de quo fiat collutio post collutionẽ primo simplici: deinde cũ uino decoctionis eorũ que sunt myrrha cyperus rose: calamus aromaticus: xiloaloes et similia. Deinde insuffletur in nares calamus aromaticus spica cyperus rosa & similia singulariter: aut coniunctim cum modico salis gemme. Et similiter cõfert puluis calamẽti mõtani insufflatus aut xilobalsami & fortius eis est elleborus albus.
¶ Inquit Gal' Vrina asinorũ est ex melioribus lauacris et infusionibus ad fetorem nariũ & conferunt immissiones tentarum & ꝓprie ex eisdem ex quibus fiunt insufflationes: quarum nominatio precessit & ꝓprie cõfecte cum melle aut cuʒ uino odorifero. Et ex rebus mirabilibus ad hoc est tenta facta ex puluere yerepigre.ʒ.iiii. calami aromatici: myrrhe gariofiolorum añ.ʒ.ii. spice folii: florum squinanti darsesahã. añ.ʒ.ii. & ß. et fac tentas cum uino bono.
¶ Inquit Dyascorides. Darsesahã ſm oẽm modum administrationis eius est ad hoc medicamen expertum.
¶ Tertia res perficitur cũ eo qd facit diuersionẽ materie ab emũctoriis & partibus nariũ sicut proprie cauteriũ factũ in zuhendeg cuius formaʒ narrauimus in capitulo de catarro & in curis oculorum. Fit etiam fetor narium ex uapore eleuato a stomacho & alia parte & cura eius est sicut processit post correctionem stomachi aut alterius partis.
¶ Sapor. Confectio medicaminis auferens fetoreʒ narium & faciens ex eis inspirare bonũ odorem. ℞. xiloaloes crudi gariofilorũ rosarum. ana.ʒ.ii. spice fuch: añ.ʒ.i. cõfice cũ uino bono antiquo: & aromatiza cũ musci dauich.ii. fac pillu

las in modum ciceris & dissoluatur una ex eis oleo nardino aut aqua rosacea et distilletur in nares postq̃ laueris eas cuȝ vino decoctionis spice rosarum.

¶ Mahemet arasi. Modus confectionis ad fetorem narium expertus. Accipe aluminis myrrhe calamenti gallie: an̄. Tere et exuffla ex eo nares postq̃ laueris eas cum uino antiquo odorifero multis uicibus. Deinde licinium in eodem medicamine intinctum ponatur.

¶ Idē. Aliud. accipe calami aromatici. ʒ. i. myrrhe gallie: an̄. ʒ. ß. musci dauich. ß. Fac sicut prius.

¶ Idem. Confectio decoctionis qua lauande sunt nares multis uicibus. abscindit fetorem narium. ℞. gallie gariofil. ana partes equales. Coquantur in uino aromatico & sugātur naribus & lauentur nares & licinium infusum in eo mittatur.

¶ De fluxu sanguinis narium.

QVando est creticus est expectandū super eo nisi exuberet exuberatione sup qua formidatur de casu uirtutis. Et tunc succurrendum est sicut dicemus post. Et fit qn̄q; fluxus sanguinis ex naribus succedens sode: sedans sodam proprie pulsatiuam & quiescēdū est in eo nisi superfluat. Et tūc succurrēdū est ei sicut dicetur post. Et fit qn̄q; propter fracturam arteriarum cerebri: & raro recipit curā. Veruȝ ei succurremus sicut dicetur post. Et qn̄q; accidit ꝓpter ebullitionem factā in sanguine cum cōitate totius corporis : aut cum cōitate epatis tantum qn̄ ꝓpter supcalefactionem eius cadit ebullitio in sanguinem & intentio in curationeȝ eius est duplex vl̄is. s. & particularis. Vniuersalis qdem tribus modis.

¶ Primus modus est cum eo quod alterat malam complexionem: & aufert acuitatem sanguinis sicut ꝓprie cibi & potus frigidi & cōgelantes et infusiones & balnea in aquis frigidis & sessiones in eis & emplastrationes sup epar ex rebus vere infrigidationis et acetum in hoc est mirabile: et proprie emplastrationes pannorū infusorum in aceto infrigidato in niue: & posite super epar & sumē et extrema: et super testiculos utendo permutatione: post permutationeȝ cautela super hoc adhibita ne ultima sequatur infrigidatio.

Secundus

¶ Secũdus modus est: ut fiat diuersio sanguinis ad diuersũ vel oppositũ: & hoc qdē pficitur cũ flobothomia subtili ex latere opposito in principio: deinde ex eodē fiat. Et qñq; opꝫ ducere ad ultimã fere euacuationē & uentosationē sup epar si est ex nare dextra: aut sup splenē si est ex nare sinistra: aut sup utramq; & sup sumē si ex utraq;. Et cõferunt ēt uẽtosationes super crura & sup calcanea ex pte domestica q̄ si non cõferunt administrentur uentose sup ceruicem & sup spatulas cũ scarificatõe tenui. Ad hoc conferunt ligature & cõpressiones dolorose facte in extremitatibus et in testiculis virorum & mãmillis mulierum. Adiudicamus. preterea ſm sapientiã vt acuitas & inflammatio uincãt in sanguine supra multitudinem modus primus p̄ponatur secundo. Si aũt multitudo vincat aut multitudo simul et acuitas uincãt in sanguine modi secundi sapientia preponenda est.

¶ Tertius modus est ut acqratur coartatio in viis & ductibus. Et hoc qdem pficitur cũ linimentis sup frontē & tpa ex rebus infrigidatiuis & conglutinatiuis et stipticis & si oportet stupefacientibus ex his que dicemus.

¶ Particularis aũt ĩtẽtio pficitur cũ solicitudine administrationis rerum per instillationē & insufflationē & immissiões tentarum fluxum sanguinis constringentiũ. Medicine qdem facientes hoc alie sunt conglutinatiue sicut puluis molendini pprie & farina ex puluis molendini & tela aranea & proprie q̄ est in molendino aut q̄ est uicina furno & albumē oui & spongia marina cũ alchitran combusta & fumus picis & thus & fumus thuris et stercus asininuꝫ & charta cõbusta & pili leporis & coagulum eius & succus alfatar & gypsum & gummi assum & dragagantum cõbustum. ¶ Alia sunt vehementis stipticitatis sunt rosa & semen eius & galle & balaustie & hersistides & cacie & succus albe sandal & succus albelach & succus palme & abon cortices & flores granatorum & bolus & terra sigillata & alumen: et camphora proprie ematites & gummi assuꝫ & myrrhe & carabe & sanguinis draconum & antimonium et succus foliorũ salicis & succus foliorum uitis & similia. ¶ Alia sunt vehementis infri-

gidationis

gidationis cõgelantia sanguinẽ sicut camphora ꝓprie & cortex mandragore & succus eius iusquiamus papauer lactuca & succi earũ & opiuꝫ & siſia. ¶ Et alia sunt q̃ sunt cauterizatiua sicut calx colcothar calcanthum es ustuꝫ arsenicum flos eris & siſia. Et alia sunt q̃ opantur illud a ꝓprietate sicut frequẽtatio comestionis cerebrorũ gallinarũ & stercus asini insufflatuꝫ & succus albedarogi instillatus & succus porri: & succus portulace et siſia. ¶ Verũ conglutinatiue et sigillatiue et stiptice sunt meliores eis & fit p eas curatio uera. Congelatiue uero stupefacientes & cauterizatiue suspecte sunt. Hec enim aliqñ moribunde sunt cõgelãdo spiritus & extinguenda colorem uite. Alia uero licet restringentes magnificãt tñ vulnera. Et post casus crustelle uehementior fluxus redditur q̃ꝫ fuerat prius. Verificatores vero q operantur ꝯm sapientiã aggregant ex diuersis diuersarũ intentionũ & ꝓficiunt ex eis vnum uirtutem hñs sigillatiuam & carens suspitione ex his que timẽtur sicut trademus post. Et opꝫ medicamina q̃ mitti oportet in nasum ut terantur ultima contritõe sicut alcohol. Deinde post iniectionẽ earum in nasum stringatur super eas vehementer usqꝫ dum imprimãt & sigillent super apertionẽ vene in impressione bona.

¶ Emplastrum quo utendũ est sup frontẽ & tpa et linitur super ea & sedat sanguinis fluxũ. Accipe boni armeni gypsi puri succi barbe yrcine: añ. partes equales. Terantur cõtritione ultima: deinde cõtere cũ aceto forti in uase lapideo ita ꝙ elaboretur multũ in eius contritione usqꝫ dum fiat sicut mel habens mediocritatem inter tenue et spissum: & liniatur in fronte. et tpibus et stringatur super eis cũ pila facta ex stupis & ligatura stringente: est enim expertũ. Et qñqꝫ apud necessitatem additur opii circiter pars ß.

¶ Infusio aque ueri frigoris super caput et constrictio facta in tpibus ex pila ĩfusa in aqua hmõi stringit sanguinis fluxũ & similiter in aceto infrigidato in niue aut succo folioruꝫ salicum et mente et foliorum uitis similiter infrigidatis in niue & quandoqꝫ cõmiscetur cum his aliqua ex stupefacientibus sicut necessitas cogit.

Hamech

¶ Hamech. Empl'm bonũ nobile ad fluxum ſanguinis ex naribus et exptum & forte. quare oportet ſup eo cautelã adhiberi. ℞ camphore opii ſucci alchaſel: añ. partem. i. farine ordei partes. ii. confice cum ſucco albelach: uel cum ſucco vue lupine uel cũ aqua roſata et line ſup frontez ex eo et tempora et pone cum licinio ex eo in naſum.

¶ Idem. Medicamen abſcindens fluxum ſanguinis ex naribus. Accipe papyri cõbuſte corticũ ouorum cõbuſtoruz accatie corticum granatorum: añ. Miſce cuz eis parum infuſionis aque ſalicis et cum licinio naribus immitte.

¶ Idem. Aliud ualens ad fluxum ſanguinis ex ruptura arteriarum ℞ olibani aloes: añ. Tere et confice cũ albumine oui & fiat ſicut mel & utere cũ licinio.

¶ Medicamen ex inuẽtione nr̃a cito ſanãs. Accipe cãphore ſanguinis draco. añ. ʒ. i. chachie ſandali rubei fricati colcothar aluminis iameni thuris papyri cõbuſte: añ. ʒ. ii. Confice cũ aqua ſalis & fac trociſcos & qñ opz diſſolue cum encauſtro ſcriptorũ. Deĩde fac ſiccari & cõbure ipm̃ et cinerez eius naribus inſuffla: eſt enim expertum.

¶ Aliud ſimiliter ex inuentione noſtra. Accipe pannuz lineum antiquũ & ſubmerge ipſum in licinio diſſoluto in encauſtro ſcriptorum & utere cuz licinio.

¶ Aliud ſimiliter ex inuentione noſtra. ℞ pãnum lineum antiquũ & ſubmerge ipm̃ in licinio diſſoluto & encauſtro ſcriptorum. Deinde fac exiccari & cõbure ipum & cinerem eius naribus inſuffla exptum bonum ſi deus uoluerit: uel ſolum licinium in panno illine & combure & utere.

¶ Gabriel. Aliud valens ſil'r. Accipe ſcorie eris & papyri cõbuſte et corticum ouorum cõbuſtorum chachie corticuz granatorum: ana confice cum albumine oui & utere.

¶ Dyaſcorides. Stercus aſininũ ſiccuz & recens inſufflatum in nares & ẽt odoratũ ſtringit fluxum ſanguinis cuz uirtute. Et dixerunt qdam ex poſterioribus ꝙ ſi miſceatur cũ eo opii & cãphore circiter: añ. ptis eius ſexta. eſt medicamẽ ultimũ.

¶ Iſaac. Accipe ſanguinis draconis ramich papyri combuſte: ana partem unam ſemẽ portulace cõbuſtũ balauſtie. añ.

partem

partem .ß. & tere et utere cũ canello & accipe ex eo: & confi
ce cũ succo coriandri humidi & vtere cum licinio.
¶ Filius zacharie arasi. Confectio medicaminis quod poni
tur super frontem & tempora et abscindit fluxum sanguinis
ex naribus. Reci. chachie succi barbe hyrcine olibani aloes
gallie: balaustie: gummi: assi: myrrhe: boliarmeni opii: ana.
Fiant trocisci & liniantur ex eis super frontem cum aceto &
liniantur super pectinen & renes et conferunt mictui sangui
nis & fluxui menstruorum & pessarizantur etiam in vuluaꝫ
& clysterizantur in ventrem & conferunt egritudini sangui/
nis & dissinterie et conferũt fluxui sanguinis ex vulneribus
vndecunqꝫ exierit.
¶ Ioannes Serapionis. Medicamen abscindens fluxum san
guinis ex naribus & abscissione forti. Re. colcothar tele ara
nee aluminis. ana. partes equales confice cum albumine oui
& vtere cum licinio lineo & liniatur super frontem & tem/
pora ex bolo armeno succo barbe hyrcine farina lẽtis & ba
laustie & modico camphore & opii cuꝫ aceto.
¶ Idem. Accipe aluminis terre sigillate gallarum non perfo
ratarum adustarum & extinctaruꝫ in aceto succi heufistidos
ana. partem. i. camphore opii: ana partis. i. tertiam. Insuffle
ex eis in nasum & intingatur licinium in encaustro ĩ quo du
plicatum fuerit colcothar. Deinde aspergatur super ipsuꝫ ex
medicamine & mittatur in nares.
¶ Alexander. Spongiam marinam nouam in alchitran in/
tinge & combure et vtere cum licinio.
¶ Ioannitius. Confectio medicaminis abscindentis fluxũ
sanguinis ex naribus. Accipe balaustie sanguinis dracõis fu
mi thuris uel farine eius aloes colcothar calcis uiue gallarũ
adustarum extinctarum in aceto: aluminis iameni gypsi pul
ueris molendini: ana partes equales opii: camphore: añ par
tem. ß. Insuffletur ex eo in narem & ucere cum licino.
¶ Aboali. Accipe succi barbe hyrcine cachie: ana. ʒ. me. cã/
phore grana. ii. confice cum succo florum palme & distille/
tur ex eo in nasum.
¶ Idem. Accipe papyri cõbuste corticũ thuris pulueris mo/
lendini

lendini aloes colcothar ex medietate eorum fiat tenta cum aq̃ albedarogi uel abumie oui & ex alia fiat puluis et utere.

De nocumentis odoratus.

NOcumenta odoratus sunt diminutio eius aut priuatio aut permutatio aut mendositas. Odorabile enim aut sentit debiliter aut nullo modo sentit aut sentit in cõtrariũ eius q̄ cõprehendit ratio aut sentitur ex odoribus odor qui non inuenitur in aliquo presentiũ. Et contingunt quidẽ nocumẽta huius quandoq; ꝓpter casum aut percussionem in uiis aut collatorio. Et accidit ex hoc ut cadant nocumenta in ossa & tortuositas & dissolutio forme & fortassis non recipit curã. Et quandoq; contingit ab apostemate aut vulnere putrefacto aut cancroso aut a carne addita & putrefacta. Et dicemus curam eius post et accidit interdum propter malitiam complexionis in caiasin & narcs interius et partibns eius sine materia aut cum materia aut uentositate oppilante caiasin aut collatorium aut duo emunctoria que sunt sicut capita mammillarum & quodcunq; horum fuerit natiuum aut cronicũ uix curã habet. Si autẽ a malitia cõplesionis sine materia fuerit cura eius est per contrariũ administrãdo embrocas in prora capitis & suctiones per nares & odoramenta & caputpurgia ex his que dicemus. Et si quidẽ fuerit cal'a cõferunt lauacra ex rosis & coriandro & suctiões per nares ex oleo rosato et aqua rosata cum modico aceto & similia. Et qñq; miscetur cum eis quod est sicut cãhpora & aqua decoctionis myrthe humide aut sicce cum cyperis & est iuuamẽti sublimis & similiter euaporatio aceti: est enim ultima.

Si autem fuerit a malitia cõplexionis frigide quod est ꝑm plurimum conferunt lauacra & embroce ex eis que sunt sicut spica calamus aromaticus calamentum sansucis & similia & ĩunctiones et suctiones que ftunt naribus ex oleo costino & rutaceo et oleo de neriden cum eo quod est sicut castoreum euforbium muscus & similia.

Si autẽ malitia cõpl'onis fueri cum materia aut uentositate grossa oppilante intentio: tunc in curatione est duplex V l'is. s. & particularis. Et prima quidem ꝑficitur cum euacua-

tione materie & iteratione eius si opz. Scda pficitur cum em brocationibus & lauacris & inclinatione capitis sup uapore camomille sansuci sisimbri calamenti spice & similiuz. Deinde cum gargarismatibus ex eis q mundificāt caput & iam diximus ea. Post hec cū caputpurgiis & suctiōibus p nares cuz castoreo et fellibus aīaliū & condisi & nigella: & rebus odorabilibus sicut serapinū pprie & castoreuz: & pipera & muscus: & similia. & pprie mixta cū oleo nardino camomillino & silibus: & assiduatio odoris rute ē expta in hoc caplo. & silr caputpurgiū ex ea: & caputpurgiū et nigella trita con tritione ultima q̄ fuit infusa in aceto: & mixta cū oleo antiquo et sugat naribus vehementer. Est enī mirabile: & caput purgiū ex vrina cameli & elleboro aut pulpa colloqntide: aut euforbio est sublime: & silr ipsa urina p se. Cū aūt caput purgia & effusiones generant ardorē & cōbustionem in naribus: tunc succurratur cum oleo rosato & lauacris ex aqua calida & aqua furfuris & oleo de cucurbitis: & similibus.

¶ Mahemet arasi. Puluis bonus ad oppilationes narium & defectum olfactus. Re. arthanite cōdisi: salis armoniaci: añ. Terantur sicut alcohol et sufflet ur ex eo in nares postq̄ euaporaueris eas aceto calido.

¶ Idem. Aliud ualens similr: & est bonum. Re. nigelle fellis gruis: colloqntide: ellebori albi: añ. Terantur cōtritione vltima. Deinde funde sup ea cōterendo urinā cameli arabici. Deinde facias exiccari & teri & fiat ex eis sief cū oleo sambucino aut sansucino: distilletur in nares. Est enim expertum bonum. Si aūt dolorem patiantur: succuratur eis cū aqua calida: & oleo de semine cucurbite: aut aqua furfuris.

¶ Idem. Aliud sublime. Accipe nigellam postq̄ infusa fuerit in aceto & exiccata: contere sicut alcohol: deinde misce cum oleo ueteri. & modus utendi eo est ut impleat patiens os suum aqua et reclinet caput retro. Deinde instillentur ex medicamine alique gutte in nares: et sugat vehemēter donec egrediatur humiditas plurima tenendo os apertum super uaporem aque calide: deinde lauet cum aqua calida et aliis & faciat hoc tribus diebus & tribus vicibus.

¶ De

¶ De apostemate narium.

INtentio in curatione eorum est triplex. In principio nã/ q3 indigent medicamine repellente materiam: sicut ꝓprie oleum rosatum et oleum myrtinum cum aqua rosata quod/ cunq3 eorum fuerit. Post hoc utendum est ꝙ est sicut oleum conquassatum cũ aliqua ex mucillaginibus aut cũ lacte mul so recenti. Vltimo uero indigent medicamine maturatio: si/ cut proprie dyaquilon dissolutum in oleo aut mucillagines maturatiue dissolute in oleo aut mucillago radicum lilii cõ/ quassata cu3 oleo aut radix lilii cocta in lacte & trita cũ adi pe galline aut porcino et adeps galline cum oleo de amigda lis amaris conferunt in hac hora.

¶ Hamech. Medicamen conferens apati et bothor sanguine is. R e. farine ordei rosarum: añ. partem. i. cãphore partis. i. quartã. Tere & confice cũ aqua rosata uel succo granatoru3 acetosorũ: unge intus et extra probatum est.

¶ Idem. Aliud ad apostema ex sanguine. Accipe succi sola/ tri & succi acetosoru3 granatorũ & aque rosate partes equa les olei rosati: partes. ii. conquassetur cum modico campho/ re & unge intus & extra.

¶ Idẽ. Aliud ad apata ex colera rubea. Re. mucillagines psi lii aut semina citoniorũ aut albumen oui & cõquassata cum oleo rosato aut uiolato et ĩfrigida ea et utere bonũ & exptũ.

De vulneribus et ulceribus narium.

QVedam ex eis sunt manifesta exterius: quedã occulta interius. Que aũt manifesta sunt: alia sunt sicca: sicut cruste: alia humida lenia. Et prima qdem curãtur cum medi cinis mediocris exiccationis sicut unguento de cerusa ꝓprie & unguento trifarmacon: aut oleo rosato dissoluto cu3 ma stice & puluere rosato mixto & similibus.

¶ Si aũt fuerint uulnera humida curãtur cum medicinis mi noris exiccationis sicut oleo rosato adipe galline & cera & simul dissolutis et similibus. ¶ Cõsuetudinaria aũt uulnera q̃ sunt sicut cruste bothor & asperitas rubei coloris rosaru3 accidẽtis naso: ꝭm exterius eius curanꝉ cũ duobus cauteriis positis inter labia & gingiuas iuxta dẽtes caninos ut ascen/

dat hincinde ad colatoria nasi. Occulta aũt interius latentia in partibus alchaiasin praua sunt & peiora q̃ fiunt in ptibus colatorii: & adhuc magis q̃ fiunt in uentriculis cerebri & in eis q̃ sunt sicut capita mãmillarum. Et ex eis quedã sunt recẽtia: in qbus non multũ p̃teriit tẽpus: alia sunt antiqua cronica. Recentium aũt duo sunt genera curationis.

¶ Primum qdem est mundificatio: & pficitur cũ medicinis lauatiuis debilis abstersionis: sicut aqua mellis proprie: & q̃ hoc cursu procedunt. ¶ Scd̃m uero est consolidatio: et sigillatio eorum: & pficitur cum medicinis debilis exiccationis sicut unguentũ trifarmacon: & unguento de cerusa cõfortato cũ modico myrrhe & olibani: & sanguinis draconis. Cronica aũt & putrida vulnera triplici egent genere curationis.

¶ Et primum qdem genus est mundificatio eorum cũ eo ꝙ est mediocris abstersionis: sicut uinũ: et proprie mel & similia. Et qñq; expedit necessitas apud multitudinẽ putrefactionis: ut misceatur cũ eis ꝙ est sicut colcothar: aut unguentum egyptiacum. Et vrina qdem infantium est mundificatiuũ bonuȝ. Et nos diximus multa ex eis in capitulo de vlceribus aurium ad hec conferentia.

¶ Scd̃m uero genus est incarnatio vulneris cuȝ eis que sunt sicut unguentum de cerusa: aut unguentum trifarmacum aut confortata cum eo quod est colcothar modicũ & similia.

¶ Tertiũ uero est cõsolidatio vulnerũ & sigillatio eorũ & pficitur cũ medicinis exiccatiuis non multe exiccationis: sicut proprie marã factũ ex rebus q̃ sunt sicut olibanum myrrha sarcocolla & sil'ia. Et qñq; apud necessitatẽ miscetur cũ eis ꝙ est sicut aristologia rotunda: & colcothar & similia. Et ꝓprie qñ timemus de futura putrefactione dicta sunt in capitulo de vulneribus aurium q̃ afferantur ad locum hunc. Excepto ꝙ vulnera aurium ficciori & acutiori indigẽt medicamine q̃ȝ vulnera narium. Et tua est discernere: & mẽsurare ista. Et cõfert cauterium in zuhendeg.

¶ Hamech filius zacharie: medicamẽ bonũ cõferens vulneribus narium recentibus & antiqs: & fecit hispanus. Re. cerusse: olei sisamini: medulle cruris uacce & olei amigdalini dul.

cere albe: & gūmi albothin: añ. dragagāti gūmi arabici .ana ptem .ß. Fiat ex eis glutē cū modico aque rosa. Et fiat vnguē tum cū ceteris: & utere sup morbo cū licinio de panno.

¶ Si aūt alcaiasin vulnera occupāt & descēdūt p foramina vsq; ad pallatum: & ad guttur: sugat naribus filum vsq; du; descendat ad palatū et trahatur p os: & ducatur filū sicut serra usq; dū locus sanguinetur. Deinde vnge filū cū medicamine: & hoc fiat oī die vsq; dum sanus fuerit est eīn exptum.

¶ Idē. Medicamē cōferens fistulis in naso: & ulceribus siccis exptum. Re. cere albe ptes .ii. medulle cruris uacce parte; .i. olei camomillini: sisamini: olei nardini: olei de amigdalis dul. añ. ptem vnā. Fiat unguētū & misce cū eis mucillaginis dragagāti albi: & mucillaginis heuisci: & mucillaginis seminis citoniorum: & psilii: & seminis lini: añ. ptis unius sexta;. Fiat ex eis unguentum cū pauco croco. Et utere sicut primū: valet ēt ad scissuras labiorum.

¶ Item. Aliud ualens silr. Accipe cere rubee ptem unam olei rosati partes .vi. Dissolue ea & misce cum eis litargiri caruse fecis argenti: añ. partis unius tertiam. fac unguentum & vtere: & eo sepe tangat nasum.

¶ Sabor. Aliud bonum valens ad idē. Accipe litargiri: olei rosati & olei myrtini: añ. partem .i. aceti: et succi myrte. ana partem .ß. Confice & unge bonum est si deus uoluerit. Et qñq; fit sine aceto: & pro aceto pone succum myrte: & qñq; p aceto uinum. Et est bonum.

¶ Galienus. unguentū de flore eris bonum mundificās vulnera saniosa: & cōsolidans ipsa. Re. cere. ʒ .iiii. & olei antiq vel facti ex oliuis īmaturis. ʒ .xvi. floris eris pulueri zati sicut alcohol. ʒ .ii. fiat ex eis ungtm̄. Et utere cū licinio. Et qñq; additur vel minuitur ex flore eris ꝯm ꝙ exigit necessitas.

¶ Vngtm̄ ex inuentione nostra. Sanans vulnera narium: & vbicunq; sint in corpore. Accipe lubene: & triofilon acetosi: añ. ℥ .ii. ꝓiice super ea postq̄ fuerint concussa: olei rosati olei myrtini: añ. ℥ .v & dimitte in vase lapideo p dies .vii. Deīde ebulliant ebullitione vna & cola Et cum cere citrine. ℥ .ii. et ß. fiant vnguētum ex eo in licinio. Et utere: & quādoq; admi

scetur ad omnem.℥.istius unguenti ex flore eris.ʒ.i.

¶ Filius Serapionis. Medicamen conferens vlceribus nasi. ℞.ceruse merdasengi: & plumbi adusti.ana.partes equales abluantur vicibus pluribus: postq̃ fuerint trita. Deinde fac ex eis unguentum cum vino: & oleo myrtino diu terendo in mortario: nunc oleum nunc vinum: ana. parum infundendo vsq; dum impinguetur. Expertum bonum.

¶ De polipo qui fit in naribus.

Polipus qui fit in naribus durus: & niger et non tractabilis: & mollis: et putridus: et fetidus fortassis nõ sanatur. Et qui elongatur: & pendet: & aliquando egreditur extra habens radicem gracilem tenuẽ: non nimis profundatam curatur incidendo iuxta radicez eius cum forficibus postq̃ apprehendis: & trahis cum tenaculis: deinde post incisionem cauterizetur super eo quod remanet de radice cum ferro ignito aut cum medicamine acuto: & hec quidẽ fiant post corporis mundificationẽ pluries iteratam: & post flobothomiam. Et quandoq; necessitas expedit & fiat cauteriũ in zuhendeg: et proprie apud fluxum reumatis ad partes narium. sicut dictũ est in eis que sunt de curis catarri et corize. Si autez polipus descẽdit per foramina palati ad palatum et guttur trahatur similiter cũ tenaculis: & incidatur secus radicẽ eius cũ forficibus ignitis: & curetur deinde cũ medicamine acuto: sicut iaz diximus. Si aũt eius incisio nõ fuerit facilis ƥm modũ quẽ diximus. tunc accipe duos aut tres pilos caude equi & torq̃ singulum eorũ per se: deinde ex eis retorquẽdo fac sicut filũ vnum & fiant in eo nodi tres vel quattuor: & mittatur per nares cum acu plumbea: & declinetut cum ea ad foramina palati: & trahatur per ipsum palatum cum facilitate donec filuz exeat ꝑ foramina palati: & tũc accipe utrãq; extremitatem fili: & ducas: et reducas ad modũ serre usq; dũ tota incidatur caro: et si aliq̃d remaneat tunc fiat sicut superius dictũ ẽ. Abiecta aũt tota carne polipi curetur: deinde cum vnguẽto uiridi & medicamine incarnatiuo.

¶ Plerumq; aũt polipus non est multe additionis: & curatur post incisionem cum medicinis acutis & aliis sicut dicemus

mus

mus post. Si autem fuerit cancrosus cura eius est difficilis. Curatur tñ quãdo cũ medicinis acutis & aliis que diximus in capitulo de ulceribus narium: loco autem narium a polipo perfecte mundificatio curetur cum unguento viridi et unguento de cerusa dictis in cura vlcerum.

¶ Diascorides. Medicamen auferens polipũ nariũ: et oẽm additionẽ carnis in eis: & emorroydas nariũ cancrosas. Accipe semen luf: & tere cuz succo malorũ granatorũ coctorũ cum cortice sua: & liniatur sup polipo in circuitu eius. est. n. medicameu bonũ. Vna etiã luf & proprie succus eius idem operatur: & similiter succus radicũ eius & ꝓprie lana ex aliquo eorum imbibita & immissa naribus. Et est expertum.

¶ Gal. Medicamen sanans & cõsumens oẽs additiones carnium in naribus cuz leuitate sine dolore: & sanans uel cera in eis & efficit operationem suam tempore longo. Quapropter sine cessatione uteudum est eo. Accipe ex tribus generibus granatorũ partes equales: et tere eas ꝯm totalitatẽ eorũ & extrahe succũ ipsoruz & decoque in essentia rob tenuis. Deinde tere substantiã granatorũ cõtritione multa usqꝫ dũ fiat sicut pasta: & fac cũ succo eorũ formas similes nastalibus et intromitte ex eis in nasuz unã post unaz preliniendo tamen cũ succo predicto: & hoc fiat tẽpore extenso: efficit enim operationẽ sine dolore: & est expertuz. ¶ Quidã uero ex expientibus admiscuerũt cũ eis ex trociscis alcacalõ quãtitatẽ sufficientem ad uigorandum operationẽ ex ipsis.

¶ Filius Serapionis. Confectio medicaminis consumentis polipum et omnem carnem additam. Re. scorie eris auř. iiii. calcanti: aureos. iii. ellebori nigri aurem. i. arsenici rubei ʒ. i. Tere & fac puluerem et insuffla in nasum: aut confice cum vino et utere cum licinio.

¶ Idem. Confestio trociscorum alcadicon: quorũ iuuamentum est uirtuosum. Consumunt em̃ polipũ et cancruz et oẽs additiones carnium in oĩbus locis. Reci. calcis non extincte arsenici citri. añ. ꝑ tes. ii. colcothar: floris eris aluminis. ana. partem. i. gallarum cachie: balaustie. ana. partem. ß. Confice ea in mortario eneo cum aceto forti contritione ultima usqꝫ

ad quinq; dies: deinde fiant ex eis trocisci: & conseruẽtur in vase vitreo in loco frigido & sicco. distempera unum ex eis cum vino & utere cum licinio: expertum forte.

¶ De sternutatione.

Sternutatio autẽ est in quibusdã vtilis: in qbusdã nociua. Vtilis post maturationẽ corize: & post digõnez et frenesis: & litargie et subeth & intercisiõis memorie: & epilepsie et appoplexie & egritudinuz neruorũ et scotomie: & facilitate partũ & expulsionẽ secũdine. Ex eis que submouẽt sternutationẽ & incitãt. Alia sunt q̃ sumũtur p os: sicut cepe acutũ & alleũ et sinapis et uinũ forte et acutũ & siſia. Alia sũt ab extrĩsecis incitãtia: sicut radius solis vẽtus acutus fumus & siſia. Et ex eis est approximatio ad iuuenculã et hesitatio et desideriũ coitus. Et alia sunt odorabilia: & intrãtia narẽ: sicut rosa pprie odorata. generat eñi sternutationẽ calefactis & folia myrti cũ aceto et succus foliorũ uitis instillatus: & silr agresta & similiter cãphora cũ onfacino & opio insufflata in nares. Et nenufar odoratũ & solatrũ silr et sief memithe cũ cãphora & uapor aceti: et similia. Infrigidatis uero sternutationez stimulãtia sunt mezereon euforbiũ elleborus cõdisi: piper oleander sella animalium castoreuz arthanita cucumer asininus zinziber piretrũ sansucus auricula muris yreos nigella infusa in aceto: pulpa colloqntide baurach oppopona cuz serapinum aloes furfuris gallia sinapis ruta siluestris & similia. Cõposita uero incitantia sternutationem: plura dicta sunt in capitulis que precesserunt. Nociua vero sunt sternutatoria in principio catarri difficilis: & in egritudinibus catarralibus pectoris & pulmonis & faucium & costarũ et ante digestionem sode ex plenitudine & etiam omniũ egritudinum quaruz noĩatio precessit: & ante mũdificationez corporis cõmunem. Sternutatio autez facta per se qñq; fit propter fortitudinẽ cerebri vigorosi ad expellendũ superflua & est significatio laudabilis in egritudinibus cerebri: desperat eniz de eo qui sternutare non potest in ipsis etiaz medicaminibus adhibitis. Et quandoq; f t propter passibilitatem cerebri recipientis de facili impressiones frigoris & caloris impressiões

redundantes

redundātes ex austro & borea. Quare fit coartatio & expressio propter impressionē ex frigore & borea et expellitur materia coartata aut dissoluta & expulsio propter impressionē ex calore & austro expellitur materia dissoluta.

¶ Sternutationem autem prohibenda sunt ꝓprie passiones animales sicut gaudium ꝓprie & ira et solicitudines & cogitationes & fricationes auriū & extremitatum & cōtorsio nasi & fricationes gingiuarum palati & lingue & oculorū. Et si cōtingat ꝓpter incitationem factā a calore aut austro sedant vehementiā eius oleū rosatum: & oleum de salice & similia odorata & effusa in ambabus auriculis super caput & sorbitio aque frigide & suggere eam naribus: & lauare faciem cū ipsa. Si uero cōtingat ꝓpter incitationem a frigore & borea cōferunt infusiones oleorū calidoꝝ sine mordicatione in ambabus auriculis & super caput & etiaꝫ nares et sorbitiōes calide & balneationes & odorare camomillā & poma redolētia & galliam & spicam et myrrhaꝫ & ambraꝫ & xiloaloes. Et cōferunt etiā odores herbarum que nascūtur in mari & spōgie & cōcharū maris & lanaꝝ & lipporū que sunt in eis.

¶ Summa octaua de egritudinibus oris: et primo de scissuris labiorum.

Cissura labiorū qn̄qꝫ fit in labio superiori & cuꝫ cōitate nariū & fit post corizam & catarrū solitum fluere ad partes illas quare turget nasus: & labium cum vestigiis rubedinis interdum: & interdum bothor & interduꝫ cū crustis et scissuris: & aspitate. ¶ Cura eius est tres res. Prima est mundificatio ab hūore qui supabundare uidetur. Secūda est diuertere materiā flobothōia si peccatū est in sanguine aut cū vētosis cuꝫ sacrificatiōe in occipitio & in collo aut cū cauterio in zuhēdeg. si necessitas expetit: & qn̄qꝫ fiunt cauteria duo que diximus in capitulo de vulneribus nariuꝫ & sunt mirabilis iuuamēti. Tertia res est adequatio loci & correctio nocumentoꝝ que cadūt in locis ipsis. et hoc qdem dictū est in capitulo de ulceribus nariū. Et qn̄qꝫ fit in labio supiori aut īferiori absqꝫ cōmunitate aliarū ptium & ꝓprie ꝓpter cōtractioneꝫ acci-

dentē musculo trāsuersali ipsius labii quare accidit ei ut scin dat labium scissione ꝓfundante & multiplicatur huiusmodi apud multiplicationē boree: & cura eius est cū vnguento de cerusa: aut oleū rosatū cū cerusa: aut litiū cuȝ oleo rosato et cerusa & alia quorū rememorabimur post. Et sunt ex homini bus q incidūt musculū ipsuȝ ꝭm trāsuersuȝ eius ꝓfundantes cū sagitella usq̄ duȝ incidatur ꝭm totalitatē eius. Deinde im ponūt puluerē cynamomi: & gallaꝝ usq̄ dū sanētur. Et sunt qui cauterizant ꝭm trāsuersum eius nūmo aureo subtili. De/inde curant cū vnguento de cerusa & aliis similibus.

¶ Democritus. Medicamen expertum ad scissuras labiorū. Accipe furfuris & pilorum caudarū equi partes equales: cō bure super laminā ferreā: & misce cinerem eorum cū melle: & vnge locum mane & sero vsq̄ dum sanetur.

¶ Cerotum sanans scissuras labiorum & est expertū. Acci/pe glutinis albotin: mellis masticis ysopi humide: ana par/tes equales. Fac sicut cerotum.

¶ Aliud ex inuentione nostra. Accipe gallarum ceruse: ana. partem. i. dragaganti amili: ana. partem. ꝭ. Confice cum adi/pe galline quantum sufficit utere sicut primo.

¶ Aliud ualens ad ardoreȝ cōbustioneȝ et ulcera labiorū et est iuuamen expertum. ℞. litargiri ceruse fricationum plum/bi & olei iusquiami albi et cere: ana. partes equales olei ro/sati quantum sufficit. expertum est.

¶ Dyascorides. Ad scissuras labiorum. Accipe gallas & pul ueriza sicut alcohol: misce cum melle & vtere: aut misce cuȝ terebentina & adipe galline aut anatis: aut accipe gallas & tere sicut alcohol: & misce cum terebentina & mastice et yso po & croco & melle. expertum bonum.

¶ Filius zacharie. Medicamē bonuȝ cōferēs scissuris labio/ruȝ & faciei et manuū. Accipe cere citrine ysopi humide adi pis anatis: añ. partē vnaȝ olei rosati partes duas amili dra/gaganti mucillaginis: seminis citoniorū. ana. partē. ꝭ. Fiat ex eis maran ex quo loco prius fricatio ingrediatur balneuȝ et exiēs inungat locum ex maran. Et ex dragaganto trito: sicut alcohol superaspergat. & hoc faciat usq̄ dum sanetur.

¶ De

¶ De dolore dentium.

INtẽtio in curatione duplex est. Vniuersalis & particularis: & quidez uniuersalis intẽtio est tres res. Prima est euacuatio materie. Secunda diuersio eius. Tertia prohibitio fluxus ipsius.

¶ Et prima quidẽ res perficitur cuz euacuatione p flobothomiaz & ventris solutionẽ. Et illud significabit tibi accidere cum cõmunitate cerebri & partiũ capitis. Verũ si dolor fuerit ꝑpter apostema ꝙ est in gingiua cuius materia est sanguis acutus. Confert flobothomia cephalice & sacrificatio & incisio uenarũ que sunt in labiis & sub lingua. & hoc fiat gradatim & cõferunt etiã sanguisuge apposite in radice dentiũ & ventosationes sub mẽto cũ incisione. Et si absq̧ apostemate fuerit: tamen ab eadẽ materia administrãda est flobothomia. Et alia que diximus et si cum hoc fuerit sanguis acutus colericus flobothomia & uentris solutio necessaria est. Si autem ex humoribus fiat frigidis euacua cum eo quod est sicut pillule cochie & yera dyacolloquintidos & similia.

¶ Secundã rem cõplent flobothomia & uẽtosatio quas diximus & fricationes extremitatum & ligature & cõpressiones dolorose & cauterium in zuendeg: & similia. Et dixit Gal'. Si teratur allium & ponatur in radice manus iuxta palmaz ex parte domestica & proprie ex manu que sequitur dolorem: sanat dolorem dentis. Et expertum est.

¶ Tertiã rez cõplent administrationes medicaminũ prohibentiũ fluxũ declinare ad dẽtes: sicut sunt pillule alchaiber: quas fecit Alexãder & nos scripsimus in capitulo de catarro et coriza & nos plura intẽtionis huius scripsimus tibi. ¶ Particularis aũt diuiditur in curã ueraz: & curã mendosaz. Et uera qdem cura habet tres semitas. Prima qdez est ut in principio doloris admĩstretur medicine que cõfortent dẽtes: & repellãt reumatizatões materie. et si sit materia calida cũ eo ꝙ est sicut retẽtio aque frigide in ore cũ aceto aut aqua rosata aut uicissitudo eorũ: aut aliqua infrigidãtia que sunt ex succis & decoctionibus rerũ: que sunt sicut rosa myrtus cuz modico cãphore. & huius etiam intentionis est oleum rosatuz:

& oleum

& oleum de salice: & oleuз de oliuis immaturis & oleũ myrtinum per se aut confortatum cum aceto & camphore parũ. Cum autem incipit pertransire tempus principii administrã/dum est oleum rosatum cum decoctione masticis. Et adhuc post hoc oleum rosatum cum decoctiõe uini & masticis: aut oleum rosatum decoctionis uini: & passularum aut fenugreci. vltimo uero gradatim perueniendum ad resolutiua & maturatiua ex his que dicemus. in materia uero frigida administrentur in principio que sunt sicut oleum rosatum cum ma/stice aut oleũ rosatum cũ such aut ramich & sil'ia: & post hic oleũ rosatum cuз eo ꝙ est sicut ysopus & alhasce aut succus porri post ebulitionẽ eorũ: & sil'ia. Postremo uero ea q̄ sunt sicut radix colloqntide cũ aceto aut staphisagria: aut piretrũ aut alleũ & similia. Cura aũt mẽdosa est cura q̄ blandiẽdo sedat doloris uehementiã. & hoc qdem stupefaciẽdo. Et huius qdem intẽtionis est iusqamus & ꝓprie suffumigatio facta ex eo. & exptuз est de opio & oleo rosato linitis sup dentẽ. Et similiter piretrũ & cãphora si applicẽtur sup dentẽ sedãt vehementiã doloris eius. Et ex exptis annexis super dentẽ remo/uentibus dolorẽ eius est medicamen istud. ℞. iusquiami albi opii storacis galbani: añ. ℥. i. piperis: ase fetide: añ. ℥. ß. misce cũ rob vue: & cũ endiuia liniatur super dente doloroso.

¶ Aliud accipe olei castorei añ. partes equales et distilletur ex eis granum vnum uel duo cum oleo rosato in aure sequẽ/te dolorem & ex eis est sazenea proprie et trociscus stelle & philonium. Sunt enim mirabilis iuuamẽti & proprie mixto cum eis aliquanto opii.

¶ Narratio medicaminũ ad dolorem dentiũ calidum. Conferunt collutiones oris facte ex aceto decoctiõis iusquiami aut radicis eius cum oleo rosato & aceto. Acetum autem de/coctionis spolii serpentis est ad illud mirabile proprietate q̄ est in ipso. Sandaraca cum aceto est iuuamenti sublimis. prohibet enim reumatizationẽ a dẽtibus et gingiuis & sedat dolorem uehementer et constringit gingiuas. Aqua rosata confortata cũ modico cãphore valet ad dolorem dentium colluto ex eo ore. Valet etiam oleum rosatum sine mastice & cuз

mastice

mastice. Gallarum decoctio cum aceto ualet similiter. Solatrum cum aceto est medicamen expertum.

¶ Mahemech arasi. Confectio trociscorum sedantium dolorem dentiũ calidũ: & dolorem apatis in gingiuis. ℞. coriãdri seminis portulace: sumach: lentiũ excorticatarũ: sandali citrini: rosarum piretri: cãphore: añ. ptes equales: fac trociscos cũ succo solatri: & line dentem dolorosum cuʒ uino eorum dissoluto in aqua rosata: & aceto p̄cedentibus flobothomia & euacuatione & uentosatione sicut prediximus.

¶ Filius zacharie. Medicamen conferens doloribus dentiuʒ & corrosioni eorum. ℞. carmezit. ʒ. v. spolii serpentis. ʒ. i. alchanne de mecha. ʒ. ii. & ß. corticum radicum capparorum. ʒ. ii. bulliant cum aceto & teneatur tepidum in ore in pte doloris expertum est.

¶ Idẽ aliud cõferens dolori & motioni dentiũ. ℞. gallarum corticũ glandiũ corticũ granatorũ: añ. ptes equales bulliant cũ aceto medietas eorũ & utere colluendo. Et ex alia medietate fiat puluis & post collutionem utere super dentes.

¶ Narratio medicaminũ ad dolorem dentium frigidũ. Cõferunt collutiones diu retente in ore facte ex rebus que sunt sicut cortices radicũ capparis & acetum postq̃ ex decoctiõe eorum fit collutio in pte lesa et ex eis est teda pinguis & cortes eius & lignum pini et cortex eius & radix colloquintide & pulpa eius & proprie acetum decoctionis eorum et acetũ q̄ iam bulliuit in testa colloquintide spatio multo & est magni iuuamenti & condisi bullitum cum uino est ultimũ decoctio calamenti cum aceto aut uino est iuuamenti ualde: & similiter radix raffani & folia almezereon & piretrum & zinziber & radix cucumeris asinini aut succus eius & simil'r har mel cũ aceto. Piretrũ ẽt cũ aceto & aristologia rotunda sunt experta & simil'r stipites alii cũ piretro & aceto & qñq; exigit dispositio et indigetur administratione apud vehementiã doloris rerũ maturatiuarũ in collutionibus ad sedandũ dolorem sicut proprie oleum calefactũ in quo decocta sit radix altee & camomilla et mellilotũ et fenugrecũ singl'r aut coniunctim qm̃ sunt sedatiuum bonum. Rerum aũt que appli-

cantur sup dentes & sedant dolorez summa hec est. Piper & alchitran administrata sup dentē resoluunt dolorē congelatiuum aut piper & euforbium cū melle aut piper & asa fetida aut sinapis & asa fetida aut serapinū. Et exptis est medulla nucleorum psici pars.i.piperis pars.ß.Cōfice cū alchitram aut piretri piperis zinziberis staphisagrie:añ.ʒ.i.baurach armeni.ʒ.i.&.ß.Fricētur cum eis gingiue.sunt em̄ iuuamēti sublimis & silr nigella cum oleo antiquo & oppoponacus cum piretro serpentis spolium cōbustum & mixtum cuz oleo ad spissitudinē mellis linitum sup dentes est mirabile in sedatione doloris. Et ex origano & nitro puluis factus sparsus sup dentes & gingiuas mox dolorē tollit.Res aūt quibus dentes suffumigātur & tollitur eorū dolor sicut semen porri cuz alchitran postq̄ recipitur ex eis fumus p traiectorium sup dentem dolorosuz: sedat enim dolorem & occidit vermes & silr ex semine cepe cū alchitran & similiter ex semine iusquiami et semine porri & alchitran partibus equalibus factis ex eis formis sicut auellana & suffumigationes facte ex vna ex eis per traiectorium.Res uero quibus fit uaporatio exterius ad dolorem dentium sunt sicut malua anetum altea et herba nitri camomilla mellilotum fenugrecum semen lini semen caulium & folia eius: semen porri yreos radix lilii ysopus & similia & qn̄q3 fit emplastrum ex eis & quādoq3 fit emplastruz ex cepe asso & oleo camomillino aut anetino: & qn̄q3 fiunt linimenta exterius cuz oleo camomillino aut anetino aut rutaceo aut amigdalarum amararum: aut de lilio aut oleo de been aut oleo persicoruz aut ysopi ceroto & similibus & qn̄q3 fit ex aliis vnguentis.Et qn̄q3 fiunt euaporatiōes ex rebus siccis sicut cum sale & milio & panico & similibus.Res aūt qbus fiunt iniectiones p aures & sedant dolores dentiū sunt hec.Succus affodili tepidus iniectus p aurem q̄ ex parte doloris sedat dolorem.Et similiter oleum de amigdalis dulcibus & amaris & oleum de psicis & oleum sambucinū quodcunq3 eorum fuerit coctum in cepe per se: aut postq̄ disrumpitur in eis aliquid castorei aut euforbii & quandoq3 aliquid opii apud necessitatem.Et ex eis sunt succus cucumeris asini

ni aut succus radicum capparis postq̄ decoquerimus cu3 ali quo ex oleis predictis aut distillantur per se. Succus aute3 al canahan est mirabilis.
¶ Ioannes Serapionis. Confectio medicaminis ad dolorem dentium bona & uocatur furisicon. Re. piperis. ℥ .x. staphisagrie piretri: ana. ℥. iiii. baurach armeni. ℥. vi. Tere & fac trociscum cum succo radicū capparis aut aqua decoctiōis eius. Line unum ex eis super dentes & gingiuas.
¶ Alexander. Modus decoctionis de alleis cito sedans dolorem dentium. Re. alleis spicas. v. olibani ℥. i. & ß. myrrhe. ℥. i. decoque cum aceto emina. i. usq3 ad consumptiōem medietati semper agitando cum spatula: tede pinguis & ex eo tepido fiat oris collatorio & diu calidum teneatur in ore: & hoc fiat pluries.
¶ Idē. Confectio trociscorum dolorem dentiu3 cito sedans qn̄ ex vno eorum fit fricatio sup dentem & gingiuā. Exptum bonum. Re. aluminis. ℥. iiii. piperis ℥ iii iusquiami. ℥. iiii. piretri. ℥. ii. fiant trocisci cum aceto & utere.
¶ Mahemet arasi. Confectio tyriace mirabilis ad dolorē dētium. Re. piperis castorei myrrhe asse fetide opii: ana partes equales confice cum melle quantum sufficit.
¶ Idem. Confectio alterius medicaminis ualentis silr: & est medicamen bonū & exptum. Re. castorei ase fetide storacis myrrhe aristologie rotunde: opii piperis zinziberis iusquiami: an̄. partes equales. Cōfice cū melle aut alchitran & line super dentem dolorosum & applica sup ipsum.
¶ Ide3 fiant forme ex storace & semine iusquiami partibus equalibus & fiat suffumigatio ex vna earum in traiectorio.
¶ Aboali. Cōfectio medicaminis experti ad dolores difficiles dentiū & corrosiones eorum. ℞. castorei opii myrrhe piperis galbani: an̄. partes equales confice cum rob & fac trociscos ex eis & liniatur ex eis super dentes.
¶ Itē operatio decoctionis olei cōferentis ad dolorē dentiū pulsatiuum. Accipe pulpe colloquītide aloes partes equales olei & aceti: an̄. ptes. vi. bulliant ad aceti cōsumptionē & distilletur ex eo in aurem distillatione post distillationem.
¶ De

¶ De extractione dentium.

QVando propter vltimum nocumentum cadens in dentes medicamenta non conferunt: nec doloris vehementiam diminuunt. Quare ne aliis etiam dentibus nocumenta pariant cõsulimus ad eradicationem eorum accelerare cum regimine bono prohibitiuo apostematis & ꝓprie cũ ꝓcessione euacuationis & ꝓprie iterata ne fiat extractio eius apud uehementiã doloris eius ne sit causa sincopis et mortis & fiat causa exiccationis et cõmotionis reumatis vehemẽtis & suspecti aut fiat causa gñationis apatis timorosi: sed expectandum vsq; dum sedetur dolor & maturetur: deinde extrahatur cũ ferro postq̃ scarificaueris eum a carne gingiuaruʒ sacrificatione profunda & postq̃ extraxeris ipsum teneat in ore suo acetum infrigidatum & proprie decoctionis gallarũ aut balaustie. Et si remaneat dolor teneat in ore suo oleũ rosatum cum decoctione masticis & similia illis.

¶ Regimen autem extractionis dentiũ cum medicamine est ꝭm hunc modum. Fiat scarificatio sicut hoc ante diximus deinde ponatur medicamen in radice dentis & hoc fiat cũ cautella ne aliis dentibus noceat. Quare distinguatur inter dentem & dentem cuʒ cera uel aliquo alio quod sit sicut ipsa & obseruetur hoc vsq; dum dentis fiat facilis exitus. Et sunt ex hoĩbus qui cauterizant dentem solo ferro ignito immisso p canellum u q; ad dentẽ & acquiritur ex eo ꝙ mitigatur dolor & d n post tẽpus & tꝑs cadit frustatim & quandoq; cauterizant cum nucleo nucis accenso et quandoq; cum grano olibani accenso & ignito & similibus.

¶ Filius zacharie arasi. Confectio medicaminis facilis eradicantis dentes. Reci. piretri radicum colloquintide & corticum eius: corticum radicũ capparis corticum radicũ mori: seminis almezereõ: et foliorũ eius huruth: arsenici citrini lactis alscebran aut fustis eius. Terãtur cũ aceto tribus diebus cõtritione vehementi: deinde proiiciãtur sup ea bdellii & asse: ana partes. i. ita ꝙ prius dissoluũtur in aceto forti & fiant ex eis trocisci & liniatur ex eis in radice dentis hora post horam per aliquot dies. facit enim facilem eradicationẽ ipius.

Idem.

¶ Idem. Medicamen aliud quo impletur corrosus dens & frangit ipsum. ℞. semen almezereon & lac alscebran & conficiantur cum alchitran & impleatur corrosum den is.

¶ Aliud. Accipe baurach corticum mori: ana. ptem. i. arsenici citrini partes. ii. Confice cũ melle & applica super dentẽ in circuitu eius & facit eius eradicationem festinam.

¶ Aliud adeps rane uiridis que habitat in arboribus: frangit dentes si liniantur ex ea & similiter si liniatur ex lacte alscebran aut titimali & similiter lac celsi cuꝫ arsenico citrino.

¶ De agitatione & commotione dentium.

SI causam habuerit corrosionem factam in radice dentiũ aut in gingiuis. Dicemus curam eius. Si fuerit propter humiditatem lubricam effusam aut imbibitam in neruo ligante dentem & fuerit cũ comitate cerebri cura eius est tres res. Prima est ut euacuetur materia & si oportet cum iteratione. Secunda ut fiat exiccatio humiditatis mollificantis colligationem dentis cum eo quod est sicut myrrha & acetuꝫ decoctionis piretri & acetum squilliticum & acetum decoctionis staphisagrie aut ellebori aut colloquintide & similium facientium humiditatem multã fluere & consumentiũ & abstergentium ipsam. Tertia est administratio medicaminũ stringentium & colligantium ligamenta dentiũ & gingiuas et abstergentiũ humiditates sicut proprie cõmasticatio masticis et collutio ex decoctione ipsius cum rosis & balaustiis & similibus & quandoqꝫ accidit cõmotio dentium propter percussionẽ super eos et curantur cum constringentibus stipticis ex his que diximus et dicemus.

¶ Sabor. Confectio medicaminis constringentis & confirmantis dentes et stringentis gingiuas laxas. Reci. stipitũ capillorum veneris adustorum. ʒ. iiii. aluminis iameni rosaruꝫ piretri spice: ana ʒ. ii. nucium cypressi adustarum. ʒ. ii. et me. cornu cerui adusti centauree: ana. ʒ. vi. carmezit. ʒ. iii. cyperi ʒ. ii. salis gemme assi. ʒ. ii. et. ß. Et fac ex eis puluerem et mittatur in radice dentium expertum bonum.

¶ Igem acetum squilliticum confirmat dentes et cõstringit gingiuas. Expertum.

¶ Ioannes Serapionis. Confectio medicaminis stringētis dētes & remouentis putrefactionē gingiuarum. ℞. aluminis iameni balaustie rosaruʒ cyperi sumach spice salis gemme cornu cerui adusti carmezit: ana partes equales masticis partes ii. pulueriza & utere.
¶ Alexander. Decoctio valens simil'r. Accipe gallarū partes ii. myrrhe ptem .i. corticum granatorum yreos: añ partem .ß. Decoque cū aceto & colluatur ex eo os & fricetur gingiua.
¶ Filius zacharie. Medicamen constringens dentes commotos accipe gallarum balaustie rosarū cyperi sumach: añ. partem .i. aluminis partem .ß. Liniatur super radicem dentis & gingiuam & applicetur ibi.
¶ Idem aliud. Re. carmezit rosarum spodii balaustie aluminis: añ. Fac sicut primum.
¶ Idem casum motorū prohibēt dentiū such alumē balaustie galle cachie eufistidos. Terātur & fiat ex eis dentifriciū.
¶ Idem. Aliud. Re. mirabolanorū citrinorum emblicorum aluminis: añ. Fac puluerem & utere cum aceto.
¶ Hamech. Medicamen conferens cōmotioni dētium & corrosioni gingiuarum. Accipe gallarum copularum glandium aluminis iameni corticum granatorum: ana. Tere & applica ex eo in radice dentium & gingiuarum intus & extra fac mane & sero expertum bonum.
¶ Idem aliud. Accipe gallarum aceti fortis: ana. Fac bullire vsq; ad consumptionem aceti & exicca totum acetuʒ in ipsis deinde fac siccari in umbra: deinde tere sicut alcohol & frica gingiuas & radices dentium. Et sunt qui miscent aluminis & myrrhe: añ. partem .ß.
¶ Item Medicamen cōferens cōmotioni dentium. Re. gallarum corticum granatorum corticum glandium: ana. Tere & vtere in radicem dentium.
¶ Idem. Aliud conferens dolori dentium: & confirmat eos & confortat gingiuas. Re. piperis albi rosarum balaustiaruʒ copularum glandium: ana. Confice cuʒ alchitran & utere & cum fortis sit dolor & est foramen in dente pone ex hoc medicamine & confestī confert & si sunt ibi uermes occidit eos & expellit

& expellit. Expertum est.

¶ Aboali. Medicamen conferens cõmotioni dentium & corrosioni gingiuarum. Accipe colcothar aluminis: añ. aggrega cum alchitran conterendo donec redeat in substantiam mellis & line ex eo super dentes & teneat os apertum donec currat humorositas. Deinde ablue cũ aceto decoctiõis gallaruз. Deinde accipe aluminis fructus tamarisci gallarum rosaruз siccarum copularum glandium boliarmeni ossium mirabolanorum citrinorũ assorum sumach corticuз granatorũ: añ. partes equales. Terantur & liniantur sup dentes.

¶ De corrosione & pforatione dentium.

CVra huius egritudinis est tres res. Prima ẽ euacuatio humiditatum putridarum cum eis que scis. Secunda est resolutio earum ex ipsis dentibus cum eo ꝙ sit sicut acetum decoctionis nigelle aut nigella trita cum alchitran & linita sup dentem aut collutio facta cum aceto decoctionis radicũ capparis aut zinzib. & similium. Tertia res est prohibitio corrosionis cum eo quod est sicut galla & cyperus quando impletur ex eis debes corrosus aut linitur ex eis: & galla quideз sola est prohibitiua putrefactionis & ex eis est mastix & cyperus: & collutio oris cum aceto est sublimis. Camphora uero est ad hoc medicamen bonum & iusquiamus cum storace simul mixtus habent operatiõem mirabilem quando fit suffumigatio per traiectorium super dẽtem corrosum. Et ex cõpositis est trociscus stelle cum galbano positus in corrosione dentium. Et ex eis est medicamen Alexãdri. Re. opii myrrhe storacis: añ. ℥. ii. piperis albi: croci galbani: añ ℥. i. Cõfice conterendo cum rob & mitte ex eo in perforatum dentem & annecte super ipsum.

¶ De congelatione dentium.

COngelatio dentium confert ei masticatio portulace & seminis eius: & fricatio dentiũ cũ nucleis nucũ: & amigdalis & auellanis & stringere dentibus paneз calidum & caseum assum & uitellum oui calidi & fricare super dentes ex sqlla: aut sale: aut cordumeni aut baccis lauri: aut asa fetida.

¶ De uermibus dentium.

Vermes dentium occidit semen iusquiami albi & semen porri: & cepe & proprie factis ex eis formis cum alchitran & auellanis & similibus. Et facta suffumigatiõe ex una earum per traiectorium. Et qñq3 fiunt huiusmodi forme cu3 adipe renum capre & semine iusquiami: porri et cepe: & qñq3 fiunt collutiones cum aceto decoctionis earum: & deinde succedit suffumigatio.

¶ De corruptione coloris dentium.

Corruptio coloris dentium. Conferunt medicine abstersiue & mundificatiue. In quibus est uirtus radẽdi & abscindendi eruginem post fricationẽ sicut ꝓprie spuma maris & sal gemma & alchali & massacumie: & similia. Verumtñ oportet ut abstineat a melle & a pinguibus et a sacietate nauseatiua & somno super repletionem. Et sine dubio usus mellis alterat colores dentium & aliorũ dulcium. & aliorũ pinguium. Et nocent ẽt pulmenta ex frumento cocto & fungi & sisamus & similia. Ex rebus aũt maxime dentes corrũpentibus & colores eorũ alterantibus est vomitus: quare post ip̃m fiat collutio cum aqua ros. & aceto.

¶ Gabriel. Dentifricium abstergens & mundificans dentes ex cypero albo fiant trocisci cũ uino albo antiquo: & melle siccentur in furno debilis caliditatis. Deinde accipe ex eis. ℥. v. salis gẽme. ℥. i. & ß. spume maris. ℥. i. & ß. carmezit. ℥. ii. & ß. ligni aloes. ℥. i. Fiat ex eis dentifricium. Est enim bonum.

¶ Idẽ. Aliud ualens silr. Accipe sal masse: & fac trociscos cũ melle & inuolue in foliis fici: aut in charta & cõbure in latere calido: & accipe ex eis partes duas: carmezit partem unã & utere bonum & expertum.

¶ Humain. Dentifriciũ bonũ mũdificans dẽtes. ℞. triture uasorũ de seni: sal' gẽme adusti: cipi albi assi: añ. ℥. ii. spume maris: carbonũ radicũ cãne: añ. ℥. i. Fac dentifriciũ cũ eis bonũ.

¶ Idẽ. Aliud ualens sicut & alia. Re. salis adusti. ℥. iii. cyperi assi. ℥. ii. cornu cerui usti. ℥. iiii. folii ptem. i. & ß. spice florum squinanti: rosarũ: añ. ℥. i. fac dentifricium cum eis bonum.

¶ Aboali. Dẽtifriciũ aliud valẽs sicut alia. ℞. massacumie triture uasoꝝ de seni spume maris sauich ordei adusti nasturcii

assi salis vsti aristologie rotunde asse: añ.pulueriza & utere.
¶ Filius zacharie. Dentifricium mundificans & abstergens eruginem dentium. ℞.salis gemme: seminis iusquiami fractu re uasorum uiridium spume maris cali.añ. Fiat dentifriciuz cum eis et uitet nauseatiuam facietatem.
¶ Filius zezar: Medicamẽ mũdificãs: albificans & abstergẽs dentes & cõfortans eos. Accipe ordei cõbusti capriolorũ ui tis cõbustorum: sceha salis gemme spume maris. añ. ℥.i.pire tri: cubebe adhebe: añ.ʒ.v.aluminis iameni assi gariofiloruz añ.ʒ.ii.sumach.ʒ iiii.tere & utere una uice post aliam.
¶ Isaac heben marã. Dentifriciũ albificans dentes & cõfor tans. Accipe sulfuris boni cõbusti: spume maris; añ.ʒ.v.salis gemme.ʒ.x. Tere & utere bonum est.
¶ De generatione dentium.
Generatio dentium. Qñq; tardatur eorum egressio & ta men sina ortus dentium multiplicãtur. Et accidit ex hoc vt langueant pueri tempore extenso a multiplicatione acci dentium que multiplicantur a plantatione ipsorum: & tunc succurrendum est administrando ea que ortum eorum cituz & facilem faciant. Et ex rebus hoc facientibus sunt fricatio nes gingiuarum : & ut sepe ac sepe stringat eas super carne pingui callosa: & super cutem carnium & pedes arietuz & su per bucillaria ossium hedorum: & agnorum: ut stupefiat sen sus eorum & ut subtilietur caro & cõfert ẽt fricare gingiuas digito: & ut stringat sup ipsum & proprie inunctum sup euz pinguedine & adipe galline: aut anatis: aut anseris et morde re sup carnes earum pingues: & sepe fricare cuz adipibus ea rum & melle: aut pineis enucleatis & melle pauco; aut sint melle: & cum amigdalis mixtis cum modico hueg: & cere brum leporis est in hoc mirabile: & proprie diu fricatum su per gingiuas. Conferunt ẽt embrocationes sup caput collum & mandibulas ex aqua decoctionis maluarum melliloti ca momille aneti & amilium facta infusiõe supe r ea cum lana ysopi. Deinde liniantur cum butyro vaccino & medulla cru ris eius: aut cum medicamine bono: & expertuz est ysopi ce rotum. Gal. quod scripsimus in antidotario.

¶ Aliud mirabile. Reci. cere citrine. ℥. i. olei camomillini. ℥. iiii. ysopi humide. ℥. iii. adipis galline & anatis: & medulle cruris uace: ana. auř. iiii. Cum autem dentes apparere inci piunt utere embrocationibus superius dictis precedente ta/ men hec omnia regimine temperato.

¶ De apostematibus gingiuarum.

Dictum est de eis supra in capitulo doloris dentium & tu requiras ibi aut in alio loco.

¶ De vulneribus & ulceribus gingiuarum.

Ex eis sunt quedam saniosa in quibus non est multa pro fundatio: & ex eis sunt vulnera putrida multe putrefa/ ctionis: cancrosa & corrosiua. ¶ Et prima quidē curātur du plici genere curatiōis. Et primū qdem est mundificatio cum eo quod est sicut vinū ꝓprie: & acetū decoctiōis foliorū sali cis: & rosarū & oliuarū siluestriū et lentiū et sumach et cor ticū radicis granati siluestris et aristologie rotūde & carme/ zit: & sil'uz. Et diamorō qdez est mūdificatiuū bonū et pro prie cū aceto. Et si uideris abūdare in eis sanguinē post flō/ miā cephalice fiat scapellatio gingiuarū cū extractiōe multi sanguinis. Deīde abluātur cū eis que diximus. ¶ Scđm uero pficitur cū medicinis stringētibus gingiuas & cōsolidātibus vulnera que sunt ꝓprie sicut alumen cōfricatū sup gingiuas: & collutio facta ex aceto decoctionis eius: qm̄ sunt propria: & sicut carmezit: et balaustia & rosa et cortex granatorū & alumen. Coquantur cum aceto & colluātur ex eis gingiue. deinde liniatur super eas quod est sicut rosa copule glandiū cortices thuris: cyperi: farina orobi: sanguis drachonis. Fiat ex eis puluis subtilis & vtere. Et nos plura diximus ex his in capitulo de cōmotione dentium.

¶ Scđa uero sunt ꝯm unum duorum modorum: alia em̄ sunt fistularia: & alia cancrosa herpetica. Et in his intentio in cu ratiōe est duplex. alia est uniuersalis alia particularis. Et pri ma quidez pficitur cum euacuatiōe que fit per flobothomiā & solutionē ventris: sicut necessitas expetit. Secunda uero p ficitur triplici genere curationis. Et primum quidez est mun dificatio & abstersio uirtus & putredinis necnon & partiuz

corruptaruz

corruptarũ in ipsis. Et qiuidem si sit ulcus fistulatuȝ: & sit in carnibus gingiuarũ: tñ oportet vt uideatur si corrosuȝ pene trat vacuũ eius: deĩde immittaꝛ medicamen acutũ. sicut pro/ prie alcohol usq̄ȝ ad fundum eius consumens carnes filtro/ sas putridas: post hec utendũ est mundificatio multe abster sionis sicut est acetuȝ squilliticum ꝓprie: & similia usq̄ȝ dum caro appareat pura: & si conuenit medicamen acutuȝ immĩ tatur in fistulam oleum de oliuis cum modico trociscorũ al calcalon iniectione post iniectionem usq̄ȝ ad consumptionẽ impuri. & nos quideȝ diximus trociscos alcalcalon in capĩ. de polio narium. Et quádoq̄ȝ ex trociscis predictis facimus tentas & ponimus eas usq̄ȝ ad fundum fistule usq̄ȝ dum con sumatur caro putrida ipsius.

¶ Verum si per medicinas acutas dolor superfluit & combu stio teneat in ore oleum rosatum p se: aut conquassatum cũ albumine oui: aut cum lacte donec doloris remissio fiat si/ militer puncture. Si autem fistula usq̄ȝ ad radices dentiuȝ pe netrauerit. ita ꝙ ad radice dentiũ processerit: curetur simili/ ter cum medicamine acuto & aliis abstergentibus: sicut dicĩ mus. Si autem non contulerit cauterizamus usq̄ȝ ad radiceȝ dentium cum stillo facto ex cupro utendo prius illius mun/ dificatiuis & abstersiuis: sicut diximus. Quod si nec malitia sic tollatur dens abiiciatur. Quod si aliquid corruptionis re/ maneat leui medicamento tollatur. At uero si corruptio ca/ dat in os mandibularum: aut maxillarum oportet elargare vulcus usq̄ȝ ad os corruptum. Deinde cum instrumentis eadẽ di totum id quod ex osse corruptũ est: abiiciatur usꝙ duȝ ap pareat os purũ. ¶ Vulnera autem cancrosa herpetica curarĩ oportet cum appositione: medicaminis acuti vice una post aliam usq̄ȝ ad consumptionem carnis cancrose & cessationẽ corrosionis cũ successione medicaminis eius: qd est sicut ace tum squilliticum: & etiaȝ similia vna uice post aliam: & cum successione olei rosati & similiũ. Et si dolor et punctura pro pter medicamen acutũ excreuerit uice alia. Verũ si caro can crosa mulla et dura fuerit et difficilis medicationis et cõsum ptionis ex medicamine acuto. tũc cauterizetur super ipso, cũ

cauterio de auro cauterizatione post cauterizationem vsq; dum perueniatur ad viuum. Deinde tenendum in ore butyrum cum oleo rosato: aut oleum rosatum solum. Et si post illud aliquid ex cancroso remanserit ipso calcalon curetur.

¶ Scdm genus curatiōis pficitur cū medicamīe incarnatiuo sicut pprie corticibus thuris coctis cum uino aut aceto aut oximelle squillitico: & facta collutiōe cum eis. Deīde aūt cū medicamine de corticibus nucū aut cum dyamoron. Deinde aūt cum vnguēto egyptiaco & aceto squillitico liniat sup gingiuas qd est sicut cortex thuris sanguis draconis myrrha sarcocolla aloes & similia attribuendo eis vicissitudinem.

¶ Tertium genus curatiōis est consolidatio: & pficitur cum medicamīe induratiuo & coadūatiuo carniū gīgiuaꝝ. ¶ Et nos plura ex his pauloante scripsimus in caplo de cōmotione dentiū: similiter etiam scribemus adhuc si deus uoluerit.

¶ Diascorides. Acetum decoctionis colloqntide aut frusti titimali: & collutio facta ex eo cōfert putrefactiōi & ulceribus gingiuarū: & similiter acetū decoctiōis saturegie et oliuaruꝫ siluestriū & similiter acetū elixatiōis pisciū salitorū ossa aūt pisciū salitoruꝫ: & pprie taracha aduranī & cuꝫ duplo cineris eorū & rosis siccis aut capitibus suis pulucrizentur et liniantur sup gingiuis prius tñ lotis & cōfricatis cū aceto squillitico. Consumunt enim putredines gingiuarum.

¶ Israelita. Confectio medicaminis efficacis ad corrosiones & putredines gingiuarum. mūdificat enim eas & abstergit & consolidat bonum si deus voluerit. Re. aluminis iameni assi extincti in aceto. ʒ. i. & tartari et auripigmenti ligatorum in panno lineo & infusorū in aceto die ac nocte: deinde ustorum vt fiant sicut carbo & extinctorū in aceto: añ. partes. ii. & . ß. ossiuꝫ cancrorū assoruꝫ rosarū siccarū cū pedibus suis pipis nigri assi: cū. ptes. ii. Fiant eorū puluis subtilis & utere post ablutionem cum aliquo ex liquoribus quos diximus.

¶ Ioānitius. Medicamen incarnans gingiuas cōsolidans & cōfirmans dentes & faciēs odorē oris bonum. ℞. spodii albi rosarū cheysim cōbusti: añ. ʒ. i. & . ß. margaritarū nō perforatarum: sanguinis drachonis boliarmeni: ana. ʒ. ii. cornu cerui ꝯdusti

ui adusti sandalorũ rubeorũ granorũ armel:memithe:añ ʒ. ß.myrrhe granorũ lentiũ: añ.ʒ.ß.cãphore.ʒ.i.tertiam. Et fac puluerem:& applica sup gingiuas & radicem dentium.

¶ Mahemet arasi. Medicamẽ conferens tumori gingiuarũ et putrefactioni sanguinee et flegmatice bonũ. ℞. rosarũ granorũ myrthi assorũ & extinctorũ in aceto & iterũ tostarũ gallarũ infusarũ in aceto: deinde tostarũ: añ. partẽ.i.granorum harmel et colcothar: aluminis adusti ossiũ mirabolanorũ citrinorũ cõbustorũ chachie masticis.añ.partẽ.ß.tere & utere.

¶ Isaac heben amaram. Medicamẽ cõferẽs gingiue sanguinee & mollificate & cõfortat carnẽ earũ.℞ balaustiarũ rosarum cũ pedibus suis: spodii: añ.ʒ.v.hely.ʒ.v.&.ß.alchãne.ʒ.ii.sanguinis drachonis.ʒ.iii.tere & utere.

¶ Medicamen ex inuẽtione nostra. Cõferens mollificatiõi gingiuarũ & putrefactioni & corrosiõi carnis earũ et alchola: & commotioni dentiũ & calefactioni oris & est medicina propria si deus uoluerit. ℞. olibani fructus elembuch: balaustie sumach duplicis aluminis corticũ granatoruꝫ: gallarum luzur mirabolanorum citri. cineris uitis: spume maris salis indi piperis longi: buruch costi memithe liquiritie. gummi arabici dragaganti spodii: añ.auř.i. Tere & cõfice cuꝫ melle & vnge gingiuas & dentes & fiat gargarismus ex eo cum syrupo acetoso bonum & expertum.

¶ Medicamen aliud ex inuẽtione nostra. Consolidãs gingiuas & excrescere faciens carnes earũ. Accipe corticũ thuris sanguinis drachonis: ana.ʒ.ii.aristologie rotunde asse yreos aluminis assi rosarum cũ pedibus suis balaustie copularum glãdium: ana.ʒ.i.trociscorũ orobi.ʒ.vi. Fiat puluis & ex medietate eius fiat sicut linimentum cum oximelle squillitico. & liniatur super gingiuas cõfricando: & ex alia parte annectatur super eas: deinde lauetur cum aceto decoctionis furuc & foliorum oliuarum siluestrium.

¶ Confectio trociscorũ orobi. Accipe farine orobi quãtum uolueris. Et misce cum ea tantũ mellis ut cõfici possit ex eis sicut pasta dura & fac trociscos & pone super laterẽ: et mitte in furnũ vsq; dũ semina durantur bonã faciunt nasci carnẽ.

¶ Democritus. Alumē fricatum super gingiuas curat putre/factionē earū: & silr collutio facta ex aceto decoctiōis eius. ¶ Alexāder. Linimentū occidēs cancrum gingiuarū: & cōsumens putrefactiones earum. ℞. colcothar adusti aceti squillitici partes cōuenientes. Tere fortiter ea & line ex eis in gingiuis. Idem facit vnguentum egyptiacum factum cum aceto squillitico. Sanat si deus voluerit.

¶ De apostematibus lingue.

Apostemata lingue curātur in principio quidē anteq̄ cō/firmentur ex regimine corpori cōmuni cū flobothomia & solutione uētris si expedit: & in a͞pate quidē calido fiat flobothomia ex cephalica: deinde ex eis que sunt sub lingua. Et si oportet fiat post id vētosatio sub mēto cuȝ sacrificatione. Et extimauit ruffus q̄ scapellatio facta in spacio qd̄ est inter fontē saliue & dentes cōfert. Et asserunt hoc ideȝ plures post euȝ. Venter aūt soluatur cū aqua fructuū. Administrētur deinde gargarismata & collutiones oris cū aqua rosata aut succo solatri & aceto: aut cum succo solatri & oleo rosato aut cum aceto decoctionis coriandri: & sumach & lentium cum modico camphore: aut cum aceto decoctionis rosaruȝ siccaruȝ & similiū: que in alcola scribemus. ¶ Postq̄ auteȝ transiuit tempus principii administrandum est dyamoron cuȝ aceto decoctionis foliorum oliuarum aut alchāne & rob myrti est impressio bona & proprie cum syrupo rosato & si res ulterius processerit administrādum est cum rob mororum dulcium: & oleo uiolato vsq̄ dum perueniatur ad mel rosatum cum sale armo niaco: aut syrupum acetosum cū modico sinapis: aut lac dulce cum chesmes. Si aūt apostemata frigidum fuerit soluatur vēter cuȝ eo qd̄ est sicut rob: et yera et similia. Deinde administrentur gargarismata & collutiones rob mororum in principio & rob cū melle rosato: & syrupo acetoso mellino. Deinde re p̄cedente cum secaniabin & melle rosato & aliquātulo almuri aut sinapis. In fine uero cū decoctione ficuum siccarum: & salis armoniaci aut baurach. ¶ Si uero apostema suppurationem fecerit aperiatur & curetur cura vulnerum: sicut in proprio loco suo dicemus.

¶ De

¶ De vulneribus & ulceribus lingue.

Vlneribus & ulceribus lingue & scissure conferunt medicine quas dicemus in capitulo de alcolac: si deus uoluerit. Ad scissuras autem que fiunt in lingua & ad inflāmationes confert retentio in ore mucillaginis psilii cum zucchаro & commasticato portulace cum aceto: & retentio in ore albuminis oui recentis conquassati cuȝ oleo rosato vice una & uice alia tamarindorum infusorum in aqua rosata & confert retentio maran in ore. Cuius permixtio hec est. ℞. mucillaginis psilii & mucillaginis dragaganti: & gummi arabici: ana. partes equales: syrupi uiolati partes duas tamarindorū partes tres seminis portulace assi parteȝ mediam: spodii partis vnius tertiam. camphore partis unius octauam. Terantur contritiōe ultima. usqȝ dum fiat maran. Et liniatur ex eo super fissuras omni hora precedente collutione facta ex aqua rosata & aceto per horam unam: aut ex acetositate citri & aqua rosata.

¶ Hamec. Medicamen conferrens ulceribus lingue & pustulis: & similiter oris & palati. Re. seminis portulace seminis rosarum amili zucchari tarbarzet: spodii croci: balaustie rosarum dragaganti. Tere & confice cuȝ syrupo rosato aut uiolato & unge ex eo. Confert enim corporibus teneris.

¶ De mollificatione lingue.

Mollificatio lingue & grauedo eius quādo natiua est nō curatur & fortassis in pluribus rectificatur in processu dierum. Et quandoqȝ accidit post litargiam: & cronicatur post illud & fortassis non recipit curam. Et si non est cronica curatur: quemadmodum dicemus post. Verum quandoqȝ accidit illud ab humiditate sanguinea aut aquosa sepulti: aut ibbiitus in lacertis & musculis lingue cum communitate cerebri: aut sine communitate eius. Et cura ipsius est quattuor res. Et prima quidem est euacuatio materie. Secūda uero est diuersio eius Tertia est resolutio & exiccatio residui eius ex parte opposita. Quarta est exiccatio residui ipsius per eandem partem.

¶ Et prima quidē perficitur cum flobothomia si materia est

sanguinea

sanguinea & proprie ea cephalica. Deinde uenarũ que sunt sub lingua: & si adhuc necessitas expedit uentosetur sub mẽ/to & proprie quando est multa materia. Si autem multa non fuerit sufficit flobothomia venarum que sunt sub lingua: & ventosatio sub mento: si autem materia flegmatica & aquo/sa fuerit euacuetur euacuatione post euacuationem cum yeris minoribus in principio: deinde cum maioribus. Et hoc cũ iteratione & multiplicatione: ut perueniatur gradatiꝫ ad id quod est sufficiens.

¶ Scd'am rem complent fricationes in extremitatibus & uẽtosationes in spatulis et administratio clysteriorũ acutoruꝫ vna uice post aliam. Primo leuium non multum eleuatoruꝫ in gradu acuitatis deinde fortium.

¶ Tertiam rem complent administrationes medicaminum propriorum puppi cerebri & nuche et soluentium ab eis su/perfluitates humiditatum aggregatarum in ipsis & neruis & lacertis seruientibus lingue sicut proprie euaporatoria & in/unctiones & embrocationes facte ex rebus quaruꝫ narratio nem fecimus in capitulis de egritudinibus neruorum. quare oportet ut pars illa afferatur ad hunc locum administrando ex euaporatoriis propriis: deinde embrocis cõsequenter ex linimentis & emplastrationibus que vtiliora cognoueris: & sanat si deus voluerit. Et interdum administramus rubifican tia: & interdum cauteria Et proprie quando iam alia non cõ ferunt. ¶ Formam autem cauterizationis est ꝺm hunc modũ fiant tria cauteria ꝺm hunc longum in fontanella puppis ca pitis que dicitur lenialif: & duo fiant ex transuerso in radice cranei distantia ad mensurã policis & tria hinc & tria inde linealiter distincta separantia colli spondilia.

¶ Quartam rem cõplent gargarismata et collutiones oris et administrationes fricationũ factarum ex rebus q̃ materie re siduum exiccant ex eis q̃ dicemus. Et oportet ut perueniatur gradatim ad administratiões eorũ incipiẽdo a debilioribus paulatiue ꝓcedendo ad fortiora. hoc eñ est ꝙ est ꝺm sapien/tiam. Per interualla vero est danda tyriaca mitridatum & si milia: & hoc est ꝺm totam cure latitudinem.

¶ Filius

¶ Filius Serapionts. Gargarisma conferens iuuamētum manifestum. ℞ yerepigre sinapis staphisagrie zinziberis origani piretri corticum radicis capparis myrrhe. añ. fiat gargarismus cum eis & oximelle.
¶ Gargarisma ex inuentione nostra expti iuuamenti ad dissoluēdū flegma qꝫ est aggregatū in capite neruis & lingua & cōfert paralysi & torture: cuius permixtio hec est. ℞. olibani piretri zinziberis piperis nigri & albi & lōgi: salis armoniaci sinapis cynamomi ysopi nigelle sansuci costi: ana. confice cum oximelle squillitico & rob & gargarizetur diebus cōtinuis cū eo. ¶ Gargarisma factum cum oximelle squillitico ē adhuc iuuamenti sublimis & siīr myrto & aceto squillitico. Et qñqꝫ cōfortatur cū eis que sunt sicut hasce origanū staphisagria sinapis condisi cortices radicū capparis piretrum zinziber & triapipera singulariter: aut coniunctim. Et qñqꝫ facimus precedere fricationē lingue cum eo qꝫ est sicut sal armoniacus & zinziber cū cepe vsqꝫ dum curat plurimuꝫ flegma & faciemus: deinde sequi gargarizationes & collutiones ex oximelle squillitico & est operatio digna.
¶ Filius zacharie. Medicamen exptum ad grauedinē lingue & mollificationeꝫ eius. Accipe sal armoniacum piretruꝫ staphisagriam: piper sinapim hueg: ana. fricetur cum eis lingua ꝭm omnem partem ipsius sepius in die.
¶ Diascorides hueg ꝭm oēm modum administrationis eius est medicina propria mollificationi lingue & paralysi eius & similiter castoreum & proprie retentio eius sub lingua & cōfricatio in ea & qñqꝫ ex eo cum gummi albotim fiunt pillule: & tenentur sub lingua & qñqꝫ est glutino albotin & asa fetida & sunt efficaces.
¶ Confectio anacardina maior quā scripsit filius zacharie: & scripta est in capi. egritudinum neruoruꝫ: & est medicina vltima paralysi lingue: & ꝓprie linita ex ea lingua & facto emplastro ex ea in pte capitis posteriori & origine neruoruꝫ & est medicina sublimis.
¶ Sal solutiuus scriptus in capl'is ꝑdictis linitus sup linguaꝫ cōfert mollificationi eius. Et plura scripta sunt in capl'is predictis

dictis q̃ afferātur ad locum hunc sicut dyamirtus proprie & cōfectio hueg & cōfectio de piretro: & alia que reqrātur ibi qbus utendum est inter purgationem & purgationem.

¶ Ioannitius. Qñ contingit paralysim accidere propter lesionem cadentem in neruos posteriores caputpurgia conterũt ꝑpterea ꝙ ad diuersum trahunt: quare eligantur ad hoc vtilia in capituiis predictis.

¶ De spasmo lingue.

SPasmus lingue qñq; accidit cā febriũ adurentiuȝ. Et cura eius est retentio oleorum refrigeratiuorũ in ore & rerum plurime humectationes & refrigerationis sicut olei uiolacei ꝓprie & nenufarini & de cucurbitis salice: & rosati singul'r aut cōiunctim cōquassatorũ cũ mucillagine psilii aut cũ succo portulace aut cũ aqua infusionis seminum prius contritarum aut cũ mucillagine maluarum aut cũ lacte dulci & similium. Et cōferunt embrocationes & lauacra in collo & nuca cũ aqua dulci calida & inunctiones ex p̄dictis oleis sup posterius capitis & super p̄dicta loca & ex ceroto. Gal'. cōquassatis cũ lacte dulci aut sine eo. Et cōferunt ēt caputpurgia cum eis & oē regimen tale'. Et qñq; accidit ex humiditate grossa viscosa replente lacertos eius et extendente ꝫm latitudinem & abbreuiationē a longitudine sua naturali sicut accidit follibus factis ex corio cũ replentur. Et cura eius est hec eadem quā diximus in cap'o de spasmo & in'ca. de mollificatōe lingue p̄terq; opȝ ut medicinas incisiuas & subtiliatiuas p̄cedāt medicine digestiue maturatiue sicut ꝓprie uaporetur in primis radix colli & collũ cũ eo ꝙ est sicut camomilla mellilotum anetũ sansucus squilla & sil'ia & gargarismata fiant cuȝ aqs & oleis eoꝝ. Deinde pueniat ad fortiora sicut tu scis.

¶ De alcola & prauis pustulis oris.

CVra est quattuor res. Prima est adequatio cause faciētis & ꝓhibentis aduentũ eius. Scđa est euacuatio materie. Tertia est diuersio ipsius. Quarta est intentio particularis.

¶ Et primam qdem reȝ cōplent si accidat uel timeatur quia accidat pueris rectificetur lac lactantis eos cibando eam ꝫm ea q̃ distinguemus iam ut ꝓhibeatur casus corruptōis in lac.

Immo

Immo alteretur in eius cōtrarium ꝙ timetur ex illo. Et si ac-
cidat ut timeatur aduentus eius ꝓpter discrasiā pestilentialē
aut ꝓpter dñium uaporose & corrupte materie aut acute ul
ceratiue alteretur ꝑm exigentia ipsius & q̄dem calida cuꝫ eo
ꝙ est sicut syrupus acetosus & syrupus de granatis acetosis
& rob eius & syrupus de ribes & syrupus acetositatis citri et
rob eorū & silibus. In frigida uero cū eo ꝙ est sicut syrupus
acetosus mellinus iuiubinus & oximel squilliticū & silia &
sint cibi eorū & ꝓprie in calida cōditi cuꝫ rob acetositatis &
stipticitatis sicut ꝓprie assecumie & siglem & zereschie & su
machie q̄ condiuntur cū granatis acetosis & lentes cū aceto
& cucurbita cuꝫ granatis & q̄ hoc cursu ꝓcedunt. In frigida
vero comedant que sunt sicut capparis condite cum aceto et
oliue condite cum muri & origano et similibus.
¶ Secundā rem cōplent in calida quidem & frigida euacua
tiones p flobothomiā & uentris solutionē ꝑm formam assi-
gnatam in capitulo de apate lingue.
¶ Tertiam rem cōplent uentosationes sub mento cum scari
ficatione & administratione clysteriorū. In calida q̄dem le-
nium si non sunt maligna corrosiua & si sunt maligna cū eis
que educunt materiam acutam vehementius dūmodo non
transcēdāt gradum lenitatis. In frigida uero cum rebus acu
tis non multe acuitatis tñ cum processu gradationis vsq̄ ad
id quod est sufficiens.
¶ Quartā rē cōplent administratiōes pticulariū medicinaꝝ
curantiū alcola. Et calidū q̄dem cū administratiōe rerū ace
tosarum hñtium ēt stipticitatem sicut ꝓprie & rob de ribes
& rob acetose & rob de moris siluestribus & aqua decoctio
nis sumach & myrthi & lentiū excorticatarū cū aceto & ex
tremitates uitis & extremitates rubi & zarur & aqua grana
torū acetosoꝝ & spodiū & galla et rose & accatia & corian
drū & aqua coriādri humidi & silia. Et memithe q̄deꝫ & al-
channa cōes sunt in utraq̄ materia & similiter galle.
¶ Alcola quidem calidum speciem hꝫ quandam herpeticā
malignaꝫ cuius curatio est difficilis. Et opꝫ ut succurratur ei.
per. iii. genera curationis.

Et primū

¶ Et primum genus curationis est mundificatio & abstersio virulenti & corrosiui. Et hoc quidē pficitur cū administratione medicaminis acuti & proprie alcalcalō dicti in capitulo de polipo vna uice post aliam usq3 dum appareat totuz herpeticum consumptum esse uel quasi. Deinde succedat ei administratio medicaminis refrigeratiui sicut olei rosati. proprie conquassati cum albumine oui uice una post aliam usq3 dum ardor: & combustio tollatur. Et si hoc non conferant administretur cauterium sicut in capitulo de ulceribus gingiuarum dictum est.
¶ Scđm uero genus ē pficere cū medicamine ptiz incarnatiuo ex his q̄ diximus & dicemus: & partim mundificatio.
¶ Tertiū uero genus curatiōis pficitur cū medicamīe cōsolidatiuo & nos scribemus multa hui⁹generis si de⁹ uoluerit.
¶ Alcola aūt frm. Aliud flaticum albū. Aliud nigrum malignū. Et flegmaticū qdez indiget duplici genere curationis.
¶ Et primum quidez genus perficitur cum medicinis absteřsiuis & exiccatiuis sicut secaniabin cum modico aluminis et colcothar aut mem ren aut almuri cū aceto squillitico aqua oliuarum salmuri aut uinum & mel et similium.
¶ Scđm uero genus pficitur cū medicinis exiccatiuis & consolidatiuis ex his que dicemus. Nigrū aūt malignū est deterius oībus: & indiget triplici genere curationis. Et primum quidem genus perficitur sicut in alcola herpetica dictum est. Scđm uero genus pficitur cū medicinis abstersiuis multe abstersionis cum continuitate multi temporis in illo sicut proprie cum unguento egyptiaco & aceto squillitico aut cū aceto & colcothar & galla aut cuz aceto decoctionis gallarū et memirem aut cū aceto decoctionis almezereon & similiuz. Tertiū uero genus est cōsideratio ex his que dicemus post.
¶ Sabor rex medorum. Medicamen conferens alcole call'o in ore & lingua & dolori gule a calamitate. ℞. lentiū excorticatarum. ʒ. v. rosarum coriandri sicci alchāne de mecha: boli armeni adhebe: aā. ʒ. ii. & . ß. seminis portulace. ʒ. iii. et. ß. camphore. ʒ. i. partes. ii. Teneat ex eo in ore & suffla in guttur et ex eo quando oportet fiant ex eis sicut maran cuz rob myrthe

thi aut citoniorum bonum si deus voluerit.
¶ Idem aliud cōferens alcole cal'o & corrosiōi gingiuaruȝ & putrefactioni sanguinee & colerice. ℞. sumach mundi ro/sarum: añ. auř. i. spodii albi balaustie: añ. auř. ß. ramich. ʒ. ß. tere & accipe ex eo parū et frica sup locū: uel accipe ex eo & misce cum rob citoniorum & fiat ex eo oris collutio & hoc fiat sepissime: sanat eñ si deus uoluerit.
¶ Isaac heben amaran. Medicamen conferens alcole cali/do. ℞. seminis portulace. ʒ. x. alcanne adhebe elebul sumach mundi. ana. ʒ iii. cardamomi habde croci. ana. ʒ. i. Tere & misce cum eis succum coriandri humidi uel aquam rosataȝ & colluat ex eo os bonum deo uolente.
¶ Hamech. Medicamen alcole & oībus inflammationibus oris & partium eius & gule in corporibus teneris & infanti bus & est expertum. ℞. amili. ʒ. vi. spodii memiren: ana. ʒ. ii. seminis rosarum. ʒ. iii. croci. ʒ. i. zuccari tabarzet. ʒ. iiii. carda momi. ʒ. i. camphore chirat. i. & ß tere quodlibet per se et cer ne per pannum de syrico & utere sicut diximus.
¶ Filius serapionis. Medicamen conferens ad alcola calidū Re. seminis rosarum sumach. amili. san. dra. seminis portu/lace lentium excorticataruȝ spodii sandali albi alchanne ba laustie: ana. partes equales camphore ptis unius quartaȝ ad ministrentur post collutionem factam ex eis que diximus in canone & cum successione collutionis.
¶ Hamech arasi. Medicamen cōferens alcole. ℞. spodii rosa rum & seminū earuȝ coriandri sicci sumach mundi lentium excorticataruȝ seminis portulace alchāne amili buruch. añ. camphore partem. ß. zuccari q̄tum est medietas omnium. & qñq; fit sine zuccaro. Terantur & teneantur in ore & fiat col lutio post illud cum aceto & aqua rosata.

¶ Narratio medicaminum alcole flegmatico.

HAboali. Confectio medicaminis alcole flegmatico. Re. trociscorum orobi gallarum rasure pergameni: añ. par tem. i. memithe corticum radicum capparis colcothar. ana. partem. me. aluminis balaustie partis. i. tertias duas alchan/ne parte. me. confice cum aceto & melle & utere aut applica

super morbo ex puluere eorum. Deinde collue cum aceto & melle bonum si deus uoluerit. Trocisci orobi scripti sunt in capitulo de vlceribus gingiuarum.

¶ Idem. Medicamen conferens alcole permixtionis colere et flegmatis. Recipe memirē sief memithe spodii seminis plā taginis capitum rosarum & seminum earum mirabolanorū citri balaustie alsithyr foliorum oliuarum siluestrium sicco/ rum carmezit aluminis iameni: ana. Terantur & administrē tur sicut diximus.

¶ Idem. Medicamen sicut aliud ℞. memithe mirabolanorū citrinorū balaustie cardamomi spodii: aā. vtere sicut aliud.

¶ Filius Serapionis Medicamen cōferens ad alcola nigrum & herpeticum. Re. foliorū oliuarū foliorum citri. & foliorū rhanni siccorū accatie: aā. ʒ. viii. aluminis iameni colcothar aā. ʒ. ii. croci. ʒ. i. Terantur & administrentur.

¶ Idē. Aliud cōferens alcole nigro & maligno. Re. arsenici rubei piretri partes equales. Teranť & cribellentur & cōfice cū alchitrā & cōburatur. Deinde cōteranť & administrētur.

¶ Confectio medicaminis ex inuentione nostra conferēs al cole putrido & maligno & est exptum bonum. Re. corticum radicum capparorum gallarum memirē zinziberis piperis adusti trociscorum alcalcalon: aā. ʒ. ii. cartharum cōbustarū ʒ. iii. arsenici. ʒ. ii. & ß. Fiat ex eis puluis subtilis et ex vna par te eius fiat fricatio & ex alia linimētum. & ponatur super ea frustum carthe madefacte ut circundet super ea. Plura etiam scripta sunt in capitulo de ulceribus gingiuarum que afferan tur ad hunc locum.

¶ De fetore oris.

Fetor oris si cām habeat putrefactionis in partibus oris iam diximus curam eius. Et qñq; accidit ab vlcere & pu trefactione partium pectoris & pulmonis & dicemus curam ipsius & qñq; accidit ex humore aggregato & putrefacto in stomacho & partibus eius & eius cura est tres res.

¶ Prima quidem res est euacuatio illius materiei cum itera tione & iteratione sepius cum eo quod conuenit. Et si quidez fuerit colerica fetida putrefacta cuz eo quod est sicut infusio

aloes

aloes in aqua endiuie & similia de quibus loquemur in capitulis de stomacho si deus uoluerit. ¶ Si aũt fuerit materia flegmatica fetida putrefacta fiat purgatio eius cũ eo ꝙ est sicut yera: & stomachum nostrũ & pillule artetice cuius explicationem scribemus si deus voluerit.
¶ Et dixit Filius zacharie. Qualiscunq; sit materia siue calida siue frigida confert uomitus post esum acruminũ & acetosorũ aut post melones cum successiõe syrupi acetosi aut secaniabin: aut ydromellis: & uitet pĩguia post illud & grossa & uiscosa & nauseatiuam sacietatem & lac nõ comedat pulmentaria sed frixa habẽtia semina & almacamar: & utatur almuri & alsa canne in prima comestiõe & alzegen. & in secunda mensa comedat citonia pira & cõdita ex eis aut zinziber cõditum: aut dyaciminuȝ: aut dyatrion et & similia. & sit uinum eorum conditum cuȝ speciebus: quarũ narrationẽ faciemus post. & ex potibus est miua & conditum & rob de pomis cum speciebus: & sine speciebus.
¶ Scd'am rem cõplent administrationes medicaminũ acqrẽtium tẽperiem receptorii ut fiat deĩde minera in eo aggregationis materierũ cõuenientiũ. Et ex hoc qdem facientibus in re colerica est administratio rerũ q̃ sunt ꝓprie: sicut chrisomila humida aut pſica cũ ꝓprietate: & infusiones eorũ dũ sunt sicca: & hoc in ieiuno. Et ex eis sunt zarur & citonia & rob acetositatis citri. & miua & syrupus de pomis et cõfectio de pomis: & ex ipsorũ dyacitonitẽ & confectio acetose & siĩa. In materia uero flãtica administrentur ea ꝓprie q̃ sunt sicut zinziber cõditũ & trifera maior & sathane & muri & acetũ squilliticũ: & trocisci dyarodon & zuccarũ rosatũ cũ mastice: & xiloaloe & trocisci de gariofilis & letificans: & siĩa.
¶ Tertiã rem cõplent administratiões medicinarum ꝓprie quarũ ꝓprietas est gñare in ore: & in uniuerso corpe odoreȝ bonũ sicut folia ꝓprie & cortex citri. & balderebuch. & grana eius & teneritas myrthi. & thus & rose. & machaziri: & cãphora et alfelengem sch: & poma odorifera: & cytonia: et such: & ramich & emblici ꝓprie: & xiloaloes: & cubebe: & gariofili & mastix et nux musc. et doronici: et spica & similia.

Et res qbus conficiunt ſicut rob myrti & rob de citro.& rob de acetoſa & mel emblicorum & mel chebulorum et cheſmes & vue paſſe dulces & uinum & ſimilia.
¶ Ioannitius.Confectio trifere cuius iuuamēta multa et experta ſunt:& proprie ad egritudines ſtomachi. Cōfortat eñ in eo mineras virtutum:& operationū nobiliū: & facit oris odorē bonū & totius corporis & occultat feditatē coloris.et acquirit corpori viuiditatē & coloris pulchritudinē, & conſeruat corpus in vigore adoleſcentie & iuuētutis & retardat canos & cōfortat cor & generat hylaritatē cōtinuā: & addit in coitu:& eſt medicina regū cuius pmixtio.℞.mirabolanorum chebulorum emblicorū belliricorū:añ.partes equales. Terantur & fundantur ſup eos conterendo in vaſe lapideo hora poſt horā aqua fontiū dulcium cū aliquātulo zuccari: et hoc per dies tres:deinde per alios dies tres diſtilletur una vice poſt aliam ſuper eos tenui inſtillatione ex oleo roſa.aut amigdalino ſemp agitando cum ſpatula:deinde dimitte ſiccari eas in umbra.Deinde accipe huius permixtiōis .ʒ.xviii. roſarum ſiccarum.ʒ.vi.cyperi.ʒ.iiii.ligni aloes extremitatū myrte humide gariofilorum maſticis ſpice:añ.ʒ.ii.& tertiaꝫ alterius cynamomi zurumbet citri:cardamomi:heil macis : nucis muſca.añ.ʒ.i.&.ß.ambre crude & ſuch:ana.ʒ.ii.muſci ʒ.i.tertias duas. Confice cum melle emblicorum et cheſmes & fiant ex eis forme ſimiles auellanis ponderis.ʒ.iii. Da in mane cum uino & in ſero ſimiliter.
¶ Ariſtoteles.Suſuf.ꝙ exqſita inuentione compoſuit Alexādro imperatori cōfortat ſtomachū epar & viſcera debilia & rectificat digeſtionē & facit odorem bonū & gñat gaudium ℞.ligni aloes.cyperi extremitatū myrti humide cynamomi: folii heyl:mirabolanorū chebulorum emblicorum: & belliricorum ꝑparatorum ſm ſuperiorem doctrinā: macis fellē gemiſch darſeni uſnee:piperis macropiperis zinziberis gariofilorum nucis muſcate cardamomi:granorum granatoꝝ añ.ʒ.ii.ambre muſci cāphore:añ.ʒ.i.zuccari tabarzet ſextuplum pōderis oīum:doſis eius eſt a.ʒ.i.vſq; ad aureos duos cū aqua frigida ante cibum & poſt cibum expertum verax.
¶ Filius

¶ Filius zacharie arasi. Confectio pillularum conferentiuz & procurantium digestionem: & facientium oris odorez bonum. Recipe gariofilorum suchelmese darseni nucis muscate cyperi spice: corticum citri: ligni aloes: ana. ii. musci aurei vnius. x. Confice cum vino: & da. ʒ. iii. & partem earum trãsglutiat: & partem earum commasticet dentibus: & transglutiat succum.

¶ Idem ad idem. Accipe extremitatũ myrti humide & chesmes partes equales. Terantur & fiant ex eis forme sicut nuces & da mane & sero unam cum condito aromatico.

¶ Idem confectio trociscorum de gariofilis facientium odorem oris bonum. Re. gariofilorum: corticum citri: cyperi spice: nucis musc. suchelmisse: xiloaloes cynamomi: macis heyl cubebe: ana. ʒ. i. musci chirat. i. Fac ex eis trociscos cuz aqua malorum: & teneat in ore suo super cibum deglutiat ex eis duos uel tres.

¶ Itẽ dẽtifriciũ ad idẽ. ℞. spice cyperi rosaꝝ: folii: gallie corticũ citri: gariofilorũ: cardamomi: ligni aloes: masticis: salis cõbusti: añ mellis ut cõficiat ea. Fiant trocisci: & siccentur in furno debitis caliditatis & fiat ex eis dẽtifricium.

¶ Idem ex eis que nimis occultant fetorem oris mirabiliter est frequens comestio apii.

¶ Idẽ. Cõfectio experta & efficax ad fetorẽ oris cã materiei putride in stõ. ℞. extremitatũ myrthi humide darseni: emblicorũ: cyperi spice: corticũ citri florum squinãti: masticis: añ. ptem. i. gallie. gariofilorũ: nucis muscate: cubebe heyl zinziberis: añ. partem. ß. cõfice cũ melle passularum ꝙ sit duplum ponderis oĩum & cum uino antiquo odorifero: aut cũ chesmes Et fiant forme sicut nuces et sumatur ex eis omni mane vna & omni sero: & hoc fiat post vomitum & resolutionem ventris iteratam sepius: sicut diximus in canone predicto.

¶ De dolore oris.

Dolor oris fit a causis quas diximus in capl'o de particularibus curis egritudinũ ipsius & diximus curas.

¶ Hamech elengezar. Medicamen conferens doloribus in partibus oris: & radice lingue & tumori faucium & gingi-

uarum. Expertũ. ℞. sumach foliorum myrti: foliorũ rosaruʒ ana. auř. i. bulliant in aqua pluuiali usq; ad medietatem & fiat ex ea gargarismus tribus uicibus omni die. Deinde pul- uere hoc utatur. Reci. spodii: gallarum granorum hacel: fo- liorum rosarum. ana. Tere & utere.

¶ Idem. Medicamen conferens dolori oris bonum & exper tuʒ ℞. amili aluminis iameni rosaruʒ seminũ citri: myrrhe: añ. Tere & accipe ex eo paruʒ et misce cum aqua et melle: & fiat gargarismus. & teneat in ore vna hora.

¶ Idem. Medicamen conferens bothor in partibus oris: & faciens oris odorem bonum. Re. anisi quantum uolueris & tere & confice cum melle succo myrti humide: aut uino odo rifero. Et fac gargarismum cum eis: & teneatur in hore usq; ad horam unam.

¶ Finit particula prima sectionis prime.

¶ Incipit secunda secoctionis prime.

g Irum celi solus fecit deus et terram posuit in puncto Concordias nutrit ipse solus: & discor- dias artat. Concordes ergo discordesq; regu- lat. Sanum simul & morbidum sanat: igitur ipse solus salutem: itaq; ab ipso solo dari creditur: humilis gaudeat: natura naturans regulis sic certis astrinxit alterutrum. ut quibus dissideat hoc pati reformetur ab alte- ro. Celatuʒ quodq; gerit in se quo alteri profit: sed non ut no ceat. Sed qui hoc recte nouit discutere quod excelsus largi- tus est magni doni est munus. Libenter igitur disce largiri ma gna munera: munus munere non cõpensas. Tradimus uobis cum auxilio excelsi postq̃ narrationem expleuimus de curis egritudinum membrorum capitis. ut narremus narrationem de curis egritudinũ membrorum seruiẽtium spiritui ꝺm pre- missionẽ nostrã in ipsis. Sed ut uerificetur processus fructũq; & ueritateʒ inueniat ipsum regulari ab illo qui excelsus cun cta felicitat petimus qui sit benedictus.

¶ Secũda pticula huius prime sectiõis & tenet summas sex.

¶ Summa prima est de curis egritudinum faucium: & guttu ris: & uicinarum partium.

¶ Summa secunda de curis egritudinum pulmonis.
¶ Summa tertia de curis partium egritudinum pectoris: & costarum.
¶ Summa quarta de curis egritudinuз cordis.
¶ Sũma quinta de curis egritudinũ forinsecarum pectoris.
¶ Sũma sexta est de curis egritudinum spondilium & dorsi.
¶ Summa prima de curis egritudinum faucium & gutturis & uicinarum partium. Et primo de strangulatione.

S Trangulatio causas habet a rebus que sunt intra & dicemus eas si deus uoluerit. Et qñq; contingit a rebus aduenientibus extra & operantibus extra sicut strictio cum fune: & similia. Et palã est cura ipsius. Aut a rebus aduenientibus extra & operantibus intra sicut proprie ex rebus que comeduntur & bibuntur: sicut est bolus magnitudinem: aut asperitatem: aut stipticitatem habens: sicut proprie panis opirus non masticatus: aut miliatius: aut aliquid qđ est sicut os: aut spina: & cura est ut ilico prouocetur uomitus: & incipiamus comprimere collum impingendo percussione post percussiones super ipsum: & immittendo digitum in gutture: aut instrumentum ex ligno aut cornu lene curuitatem habens. & hoc fiat cum facilitate: & si sit spina aut hos gutturi infixum & sensus comprehendit ea tenaculis extrahatur: aut vncino comprehendente ẜm aliquid eius aut cum corda arcus. ¶ Si auteз sensus comprehendere nõ potest post cibaria grossa administrẽtur gargarismata ex mucillaginibus: & deglutiones ex eis: aut rob: aut ex nasturcio infuso & cõquassato in rob. Deinde fiat vomitus post administrationẽ rerum uiscosaruз comestarum sine masticatiõe plurima: & quandoq; annectimus cum filo bolũ carnium pinguium pelliculosarum & uiscosarũ: & damus ad deglutiendum Deinde extrahimus subito & quandoq; facimus simile cum spongia marina: quandoq; cum ficu sicca pingui & similibus: & extrahitur si deus voluerit. ¶ Fit interdum ex quibusdam eorum que sumuntur strangulatio non propter q̃titatem sed ꝓpter rei malitiã sicut ex quibusdam generibus fungorum mortiferorum. qđ

sanatur ex succo raffani facto ex eo gargarismate cum oxi melle & imbibito cum melle. Et nos loquemur de hoc qñ loquemus de rebus venenosis post. si deus voluerit.

¶ De egritudinibus vue.

Sunt casus eius & apostematio: & vulnera. Et casus quidē uue cura est tres res. Prima est si vua est uehementis inflāmatiōis: & rubedinis flobothomia cephalice: aut solutio uētris si fuerit cum pmixtione colere cum eo qd' est sicut aqua fructuū & mirabolanorū. Et si fuerit hñs albedinez cum eo qd' est sicut yera & cochie. Secunda est diuersio cause eius; et hoc qdem pficitur cum eo: qd' facit cadere materiam ad partem diuersaz: sicut uerbi gratia: cū fricatione auriū & extensione earum sursuz uehementer: & attractiōe dolorosa: & positione ventosarum ad partē oppositaz. Hec enim collocant vuaz & eleuant: & ex eis que expta sunt ad eleuationē eius est ut accipiatur cereus uel manipulus capillorum in zuhendeg & colligatur manibus: et pcipiatur īfirmo ut iaceat. Et tu qdem pone pedes tuos super humeros eius: et trahe manipullum cappillorū uehementer: usq; duz cutis dislocetur dislocatione aliqua a zuhendeg. Eleuatur eniz uua ex hoc ilico Et iam quidē expertum est ut liniatur super zuhēdeg. emplastrum ex succo accatie. & hoc in principio: aut ex accatia cū aceto: aut ex gallis adustis cuz aceto: quoniam eleuant ipsaz Sternutamenta etiam conferunt eis.

¶ Tertia est particularitas opationū circa ipsam vuaz & est ut in principio incipiatur cū medicinis que repellūt materiā & phibent aduentū humiditatis plurime. sicut proprie gargarisma cū aceto: et aqua rosata si materia fuerit calida: & uua fuerit inflāmata: & rubens: aut aqua solatri et semē rosaruz: & folia ipsarū aut aqua granati acetosi triti cū tota substātia cū stipticis. & liniat palatū et vua cū medicamīe facto ex balaustia. & rosis: sandalis: et modico cāphore. Fiat ex eis puluis subtilissimus: & utere cōprimēdo cū instrumēto: & ex eis sunt galle: & balaustie. et alumē. Et ex succis duoruz granatorū contritoruz cū tota substantia sit gargarismus bonus et similiter ex infusione sumach in aceto & aqua rosata. Et

adhuc

adhuc ex dyamoron facto ex moris rubi immaturis cum ace to: & eo melius quantnm in casu hoc illud quod fit ex moris rhanni. Et pprie immaturis. Et nos dicemus species dyamo ron: & aliorũ in capitulo de squinantia. postq̃ autem pertrã siuit tẽpus principii utẽdum est stipticis cum eis. que habent aliquantulũ abstersionis sicut mel pprie & dyamorõ ex mo ris de sceni: et que hoc cursu pcedunt & gradatĩ: dehinc p/ ueniendum est ad maturatiua & resolutiua fortia sicut est p prie myrrha: crocus: sal armoniacus & piretrum & similia: quorum narrationem consequemur post. ¶ Si autem passio fuerit ex abundantia flegmatis: & fuerit decliuis ad albedi/ nem .utendum in principio gargarismate facto ex succo nu/ cum cum rob aut ex dyamoron: aut ex syrupo acetoso cuʒ gallis. Deinde gradatim perueniendum ad sinapim & salem armoniacum & almuri & piretruʒ & similia. Et si necessitas postulat eleuetur cum instrumento ad superiora cum medi/ cinis quas diximus & dicemus iam.

¶ Filius Serapionis. Medicamẽ expertum colligens & con/ fortãs uuam: & eleuãs eã. ℞. balaustie. ʒ. ii. aluminis iameni: ʒ. i. croci & camphore ana. ʒ. vnius tertiam. Fiat ex eis pul/ uis subtilissimus: & administretur cum cocleari paruo post gargarismum ex aceto & dyamoron.

¶ Idem. Aliud ualde bonum. Reci. ramich partem unam: sa lis armoniaci partem mediam. Vtere cum instrumento: aut gallarum: & salis armoniaci. añ. partes equales: myrrhe alu minis. ana. partem. ß. Vtere sicut diximus.

¶ Medicamẽ ex inuẽtione nostra bonũ & exptũ. ℞. cynamo mi piperis zinziberis piretri balaustie corticum granatoruʒ foliorũ rosarũ & seminũ earũ. añ. partes equales: et utere cũ instrumento post gargarisma ex eis que scis.

¶ Aliud similiter nostrũ. Re. aluminis iameni gallarũ uiri/ dium. ana. partem. i. piretri myrrhe piperis albi. salis armo/ niaci. ana. partem. ß. tere & utere sicut diximus.

¶ Hebengezar. Re. piperis lõgi & nigri myrrhe salis armo/ niaci. ana. Exufflet ex eo in gutture: & urere cũ instrumẽto.

¶ Filius zacharie. Cõfectio experta ad ideʒ. Re. gallarũ ba/ laustie.

caustie. salis armoniaci. ana. Exuffletur ex eo in guttur & ponatur ex eo super cocleari: & eleuetur cum eo.

¶ De apostemate vue.

APostema vue indiget eodem regimen ꝑm qd̄ dictū est. Verumtamen terminatur ꝑm vnum triū modorum: aut enim resoluitur aut suppuratur: aut delet & corrumpit membrum. Si ergo contingit ex medicinis adhibitis non posse resolui: sed intumescit amplius: & dolor multiplicatur: tūc perueniendum est ad gradum maturatiuorum: sicut est proprie apozima dactilorum & ficuū et vuarum passarum: & radicū lilii & rosarum & emplastrū ex fece eorū. Et quādoq; miscetur cum eis ex confortantibus ipsum membrum ne cadat putrefactio in integrum: & destruatur membrū: sicut uerbi gratia. balaustia ramich myrrha cyperus rosa: & similia. Quodcunq; eorum magis oportere uidebitur. Postq̄ autem suppuratum fuerit aperiatur sicut in cura sinanchie dicetur. Et mundificetur deinceps sicut ibi distinguemus. Si autem uua corrumpitur & mortificatur & pendet gracilata a radice ipsius tūc oportet ut incidatur. Nō enim amplius regitur a natura. Et melior incidendi eam est cum incisorio aureo ignito. Postq̄ recipitur vua in uacuitate lacerti instrumenti cannularis: ita ꝙ per medium extremitatis alterius cannuli incisorium ipsam mittatur ut perueniat extremitas eius ad vuam & radicem ipsius sine cōtractu aliarū partiū: neq; ita radicitus incidatur: quin aliqd extremitatis eius remaneat: fortassis enī sumet aliquod officium ex ipso natura. Deinde colluatur locus cū aceto decoctionis aluminis et gallarum & curetur sicut in capitulo de vulneribus oris diximus. Si aūt uua tumida & rubens fuerit ꝑm Hyppocratis mandatum timēdum est eam incidere: quare satagendū si rectificari potest. Si uero nō immo ad gracilitatem & nigredinem tendit expectetur super eam usq; dum relicta sit a natura & tunc incide.

¶ De apostemate duarum amigdalarum.

CVra huius egritudinis est tres res sicut diximus in capitulo de vua. Et prima quidem perficitur sicut ibi distinctum est. Secunda uero perficitur cū operatione faciente cadere

dere materiã de una parte in aliam partem: sicut uerbi gra/tia: cum fricatione brachioruz dolorosa: & ꝓprie cum ligno habẽte extremitatem rotundã & fiat fricatio ex parte silue/stri brachiorum .s. sup dorsum fociliũ: & fiat idem in die plu ries. Et qñq; ponimus alliũ tritũz in radice manus et ex par te siluestri & ligamus et efficit operationez bonã & sedat do lorem Cõferunt etiaz uẽtosationes posite in brachiis & cru ribus. Cõfert etiã administratio olei amigdalaruz dulciũ te/pidi: & distillatio eius in aurẽ que seqtur dolorẽ utẽdo omnĩ hora instillatione post instillationem qm̃ est efficax. Et simi/liter olei aneti & camomille. Tertia uero ẽ administratio ptĩ cularis intentionis: que pficitur sicut in capitulo de vna dixĩ mus. Terminatur autẽ hec passio ad unũ triuz modorũ: aut em̃ resoluitur apostemata: aut suppuratur aut induratur. Et istud fit raro propterea ꝙ facilius est ut recipiat ex digestio/ne qđ est resolutio. & aut suppuratio q̃ ex cõpactione quod est sicut induratio. & hoc facit posse loci & uicinitas locorũ digestionis. Adiuuant aũt ad resolutionez dyamoron dulce confortatũ ꝓprie cum eo qđ est sicut myrrha crocus & simi lia usq; ad graduz eorum: que sunt sicut sal armoniacus pire truz almuri: & similia: & proprie factis linimẽtis & gargari smatibus ex eis. Et huius etiã intentionis sunt emplastratio/nes facte ex ficubus siccis: & baurach: aut ex melle & furfu/re & sale: aut ex melle & myrrha & olibano & yreos deco ctis cum rob & pauco melle. Ex emplastris autẽ mirabilibus ad apostemata duarũ amigdalarum & glandularũ & sinan chie est emplastrum factum ex radice alleurengeug deco/cta in rob et cõtrica uehemẽter: deinde admisceatur ei adipis porcine antique lote vehementer: & collate pondus eius cuz modico baurach. Et ex eis similiter est radix yreos prepara ta ꝭm eandẽ doctrinaz: & expertuz est emplastrum de radi/ce porrorum nõ transplantatorum cũ adipe antiqua & rob. Aut radix lilii cũ baurach & rob. et adipe porcia: & hoc etiã ualet ad sinanchiam et uigoraꝛ posse suum si predictis rebus iungaꝛ succus scabiose qui ad hoc est mirabilis multum. Et ysopi cerotũ est iuuamentũ bonum. Et deinde suppone lanã

ysopi: & silr cerotaria ex adipe galline & anseris & butyro: & cera cũ oleo anetino: & est expertum emplastrũ: ꝙ. ℞. farine ordei: seminis lini: añ. ℥.i. carninm dactilorum et ficuum siccarũ: & nigrarũ & pinguium: añ. auř. viii. mice panis auř. v. Coquantur oĩa cum rob: postq̃ trita fuerint sicut medulla & supponatur. Res aũt que aggregant virtutẽ resolutiõis & maturationis est dyaquilon. Et qñ addis cõpositiõi eius yreos: erit operatio eius nobilior: & silr dyaquilon magnum & dyaquilon paruum. Postq̃ aũt apa collectionẽ saniei fecerit apa aperiatur et curetur vulnus: sicut in sinanchia dicemus. Si aũt apa induratur experiãtur sup ipsum aliqua ex resolutiuis fortibus sicut proprie baurach rubeum insufflatum in guttur aut linitum cũ melle. Et ex eis est succus cucumeris asinini & centaurea: & fortior eis & cõueniẽtior est asa fetida. Si aũt ex eis non resoluitur & dealbatur cutis q̃ est super ipsam tunc opȝ ut extrahatur una uel utraq; si oportet. Et modus operationis est ut accipiatur cũ vncino bicipiti: & suspẽdatur. Deinde fiat incisio: ꝑm longũ egritudinis cum incisorio hñte aliquid curuitatis: & extrahatur una post aliam ꝑm totalitatem earũ & dimittatur post illud sanguis fluere vsq; ad illud ꝙ est decens postq̃ inclinatur sup pectus ipsius: post hoc colluatur os cũ aqua rosata & aceto infrigidatis: ceterũ si sanguis plurimus exubera: administrentur constringentia ĩpm: sicut proprie colcothar alumen & similia. Et fiat gargarismus ex decoctione gallarum & foliorum myrti: & silium. & qñq; accidit & cauterizetur: & tunc melior cura ẽ: ut cauterizetur cauterio: auř. & est timorosum.

¶ De sinanchia gutturis.

Cura huius egritudinis ẽ sex res. Prima ẽ subtractio cãe. Scda est prohibitio eius ꝙ fluit. Tertia est diuersio eius ꝙ fluxit. Quarta est intentio particularitatum. Quinta ẽ correctio accidentium. Sexta est regulatio uite.

¶ Et primã qdem rem cõplent euacuationes facte cũ festinatione & ꝓprie ꝑ flobothomiã & uentris solutionẽ. Et qdem canon est si accidit a plenitudine sanguinis solũ principium nostrum erit a flobothomia. Si aũt a multitudine sanguinis

& multiplicetur

& multiplicetur colera: pponemus euacuatiuũ extrahẽs co/
leram a sanguine: & hoc si opꝫ cũ iteratione: & facimus seq
flõmiam post id. Et sic qdem sunt cõditiones in flõmia obser
uande. v. Prima est si fuerit materia sanguinea calida flõmia
ante oĩa adhibenda est. & ꝓprie ex uena cephalica. Et scd'a
est ꝙ si significatur esse dñium sanguinis q retinetur: & con/
suetus est fluere & est patiens ex illis q consueuit cadere in si
nanchiam: tunc flõmia fiat ex latere ꝙ sequitur dolor.
¶ Si aũt hoc expressim non accidat melior est flõmia ex la/
tere opposito. Tertia vero est ꝙ si dñium fuerit in sanguine:
ꝯm totũ tunc nõ est incõueniens flõmare ex utraqꝫ cephalica
cũ vicissitudine & ne dum ex cephalica: sed ex basilica & sa
phena si uirtus tolerat. Quarta est ut qualiscunqꝫ fiat flõmia
nõ fiat extractio semel & subito: sed cuꝫ iteratiõe renouante
numerũ ut saluetur virtus & ꝑueniatur ad expulsionẽ pleni
tudinis cũ rectitudine sapiẽter. Quinta est ut post flõmiã ce
phalice flõmentur eodẽ die vene q̃ sunt sub lingua neqꝫ tar/
detur illud sed flobothomentur eodem uespere & maxime
tunc festinandum est cum plenitudo in eis apparuerit.
¶ Si aũt coleram cũ sanguine dominari contingit ante flo/
bothomiam & post natura soluenda est cum rebus coleram
educentibus leniter & iterato: & sit solutiuum pluris altera/
tionis q̃ꝫ euacuationis. Et hoc quidem si uirtus tolerat': & sol
uatur natura cũ aqua solatri & fructuũ: & si oportet cũ ite/
ratione & euacuationes ẽt facte p clysteria & collyria debi/
lia si febris adest: aut fortia si febris non adest sunt iuuamẽti
sublimis: & tua interest mensurare medicinam nature in om
nibus que iam diximus. ¶ Si aũt sanguinis dñium fuerit cũ
flegmatis exuberantia post flobothomiam soluatur natura
cum cochiis: & cum yera & similibus: & cũ enematibus for
tibus et collyriis ex his que scis.
¶ Scd'am rem cõplent administrationes de iecur: & aliaruꝫ
medicinarum fluxum materie catarralis sistentium & impin
guantium subtilem & acutam & subtiliantium grossam: de
qbus in capitulo de catarro locuti sumus.
¶ Tertiã reꝫ cõplent fricationes dolorose & ligature in bra/
chiis

chiis & tybiis & uẽtosationes in ipsis: et positio vẽtosarũ super zuhendeg est iuuamenti magni & similiter super nucaꝫ: & uentosa super collum est iuuamenti sublimis : & proprie apud spondilem secundam. Elargat eniꝫ fauces & guttur. Et adiuuat ad attractionem aeris & expirationem fumorum et remouet prohibitionem deglutionis: quapropter oportet vt sepius iteretur: & fit proprie uentosa magna. Conferunt etiã uentose super mentum & sub maxillis: & etiam cum incisiõe sub mãmillis: faciunt enim materiei diuersionem facilẽ. Cõferunt ẽt distillationes in aure que sequitur dolorem post distillationes proprie ex oleis que sunt sicut oleum rosatum: & oleum de amigdalis dulcibus : & similia.

¶ Quarta que est administratio particulariũ operationuꝫ: diuiditur ꝭm tẽpora morbi precedãt ergo euacuationes primo ut stiptica in augmẽto administrẽtur. In statu autẽ stiptico simul cũ resolutiuo utendum est. Verũ in pricnipio egritudinis particularitas administrationis suspecta est : fortassis eñ reumatizat materiã in loco: sed tunc quidẽ cõpetunt cum iam euacuationes precesserint. Distinguamus aũt in administratione particularium operationum p tempora morbi hoc modo. ¶ In auris quidem augmenti sit magis uincens medicamen stipticum prohibitiuum agitationis & discursiõis reumatis: & alteratiuũ ipsius. Verbi gratia. Si sanguinea sit passio incipiendum est ab administratione gargarismatum: sicut est proprie aqua rosata cum aceto Hec eniꝫ est conueniẽtior omni speciei eius. Aut aqua infusionis sumach aut ribes aut succus corticum nucum recentium cuꝫ aqua sumach & aqua coriandri humidi & such. Et ex eis est aqua granatorum acetosorum et dulcium tritorum cum tota substantia & succus solatri cum semine rosarum est admirabilis. & similiter citoniorum sorbarum & iachur & bellach et similium. Et quandoqꝫ admiscetur cum istis ꝙ est sicut balaustie: & gallie & semina rosarum & alumen & similia. et uigoratur operatio eorum. Et succi agreste sicci cũ predictis liquoribus iuuamentũ est sublime: & similiter succi sumach sicci & similium . Et ex cõpositis est dyamoron confectum cũ moris siluestribus aut

ex moris

ex moris rhanni & est iuuantius. Et ex sufflationibus in gut/tur que sunt proprie huius intentionis sunt alumen proprie balaustie & cortices sumach & succus agreste & oleum on/fancinum & similia. ¶ Si aũt collerica sit materia conferunt hec que diximus facta magis infrigidantia cum eo ꝙ est pro prie sicut succus solatri et rose et sandali et camphora & mu cillago psilii et similia. Et quedam ex eis non tantum garga/rizata sed etiam bibita sunt iuuamenti sublimis : sicut uerbi gratia. rob de papauere bibitum est iuuamenti sublimis ve/hemẽtie & ꝓprie cũ aqua sumach. Et simil'r lac ꝙ mulgetur ex semine papaueris et aqua rosata et ex eis ẽ succus solatri depuratus & bibitus mane & sero ꝑm mensuram duaruꝫ te/starum oui aut trium. Et similiter mucillago psilii cũ corian/dro & grano uno et dimidio camphore. Si aũt materia fue/rit flegmatica gargarizandũ est in principio cũ aqua rosata & aceto. Deinde fiat cũ rob nucũ & dyamoron confortatis cũ eo ꝙ est sicut galla et alumẽ & accatia et sil'ia. ¶ Si aũt ad statum ꝓcesserit egritudo tunc medicamine stiptico similiter & resolutio utendũ est ¶ Et in calida qdeꝫ materia admini stratur sicut mel rosatum aut mel cũ aliquo eorum q̃ sunt sti ptica quorũ narrationẽ faciemus iaꝫ. Et ex eis est succus so/latri cũ melle rosato aut melle & pulpa cassiefistule cũ ipsó est cõuenientior aut cũ rob mori & lac ex eis est q̃ conferunt gargarizatum in hac hora. Lenit enim et dolorem dentiũ se dat. Et qñq; administratur cum medulla cassief. et cõfert gar garizatum et bibitum et ꝓprie cuꝫ pauco zuccharo et croco. Et oportet ꝙ administretur lac calidũ et ꝓprie cum mulge/tur & oportet ut sit ꝓprie lac caprinum aut asininum. Et hu ius ẽt intentionis est. Meybuthecog ex coagulato vue et rob: et rob nucum cum eis: que sunt sicut myrrha & crocus & ex eis etiam rob mororum cum ipsis aut decoctio ficuum & fe/nugreci cũ bdellio & rob: & sil'r decoctio passularũ et fenu/greci et ficuum et dactilorum cũ eo ꝙ est sicut myrrha & cro cus. ¶ Et si fuerit materia frigida cõferunt aliqua ẽt eorum q̃ nunc dicimus & ex eis est rob nucuꝫ: et rob mori facta for tia cũ piretro myrrha et croco. Et similiter lac caprinum cũ

stercore canis albo & melle aut aqua mellis cum pauco sinapis aut syrupus acetosus cũ succo raffani. Si autẽ ultimetur hora status utẽdum est tunc medicamine maturatiuo aggregãte in se lenificationẽ simul & resolutionẽ: sicut uerbi grã. decoctio ficuum cũ baurach & ex eis decoctio papaueris et passularum cũ baurach. Ex eis aũt qbus utimur ad lenificadũ sunt lac ꝓprie et decoctio ficuũ et passularũ et mucillago psilii in calida materia & semĩs citoniorũ: & seminis lini & fenugreci & alt e & decoctio dactiloruꝫ & meybeg: ex coagulato vue & aqua furfuris et liqritie et rob et similia. ¶ Resolutiua autẽ quibus vtimur cũ predictis sunt sicut sal murĩ & meybegban baurach myrrha crocus sal armoniacus piretrum harmel sinapis asa fetida raffanus: stercus canis albũ & proprie qui comedit ossa: stercus infantis nutriti ex lupinis: stercus hyrundinis & puluis hyrundinum combustarũ & similia. Et nos modum comburendi hyrũdines dicemus post diuersos modos compositionis ꝫm diuersos philosophos dicemus post. Vtendũ aũt est extrinsecus emplĩs qbus emplastretur exterius guttur cũ rebus aggregãtibus uirtuteꝫ maturationis & attractionis: de quibus mentionem fecimus in capitulo de apostemate duarũ amigdalarum: quare oportet ut pars illa afferatur ad hunc locum.

¶ Sinanchia terminatur ꝫm unũ triũ modorũ: aut enim resoluitur aut suppuratur aut ꝑmutatur. Verũ medicamina qbus resoluitur iaꝫ diximus et medicamina que ipaꝫ materiã deducant ad maturationẽ similiter diximus. Cũ aũt ad maturationẽ ꝑuentũ fuerit: tunc ad apostematis aptionẽ studendum est cũ medicamentis ꝓprie aggregãtibus intentiões duas apertionis: scꝫ & lenificationis: uerbi gratia: sicut ex medicamẽtis acutis sicut baurach aut stercus hyrundinũ misceatur cũ aliquo eorũ qđ est sicut succus herbe albedustar quoniam est sublimis. Rerũ aũt apiẽtiũ apationẽ hmõi summa hec est sal armoniacuꝫ proprie & baurach & myrrha et harmel & asa fetida: stercus canis album qui diu pastus est ossibus & stercus infantis pasti ex lupinis cum uino: & stercus hyrundinis & cinis pullorum hyrundinuꝫ ustorũ ꝫm formã

quam

quam ſcribimus: poſtea & ex his eſt ſtercus adib & ex ſum/ma lenitiuorũ que adminiſtrata eis faciunt aptionẽ apoſte/matis ſunt lac & ſuccus herbe albeduſtar ꝑ excellẽtiũ ſuccus caulium & decoctio ficuum & decoctio fermenti uel infuſio eius in rob aut decoctio ficuum. Si autem cum iſtis nõ fuerit aptum apoſtema tunc recurrendum ad cõpoſita ex iſtis que dicemus poſt. Et ſi adhuc nõ aperiatur ex iſtis recurrendũ ad aptionem eius cũ ferro. Et ſunt ex hoĩbus ſcindentes hmõi apoſtemata cuꝫ vnguibus poſtꝙ̃ immiſerint digitos in gut/tur. Cuꝫ aũt manare ceperit ſanies locetur ſup faciem ſuã & liniatur guttur ipſius & palatuꝫ fricando ipſuꝫ digittis cum melle & ſale pauco & frequẽtẽt gargarizationes ex eis ut mũdificetur locus. Et de cetero fiat proceſſus noſter cum ab ſtergentibus & mundificantibus: deinde cũ ſigillantibus ſi/cut in capitulo de ulceribus gingiuarũ & alcola diximus.

¶ Permutatio ſinãchie eſt ꝑm unũ duorũ modorum aut de litefcit ſubito aut non ſubito. Et eius qdem de liteſcentia aut declinat in occultum corporis aut in manifeſtum eius & de clinãs quidem in occultuꝫ corporis & ſubito ſicut eſt raptus ꝓprie ad pulmonẽ aut cor interficit ſꝫ raptus eius ad cor in terficit ilico aut confeſtim ꝑfocat. ad pulmonẽ uero nõ ſubi to. Et dicit hyp. quod in ſepteꝫ diebus et ſi contingat ꝙ hos effugiat incolumitãtur & illud ideo qm̃ uirtus eſt que vincit aut uincitur. Et ineſt uirtuti forti ut nihil poſſit ei reſiſtere etiam ſi ſit imprimens ex imprimentibus fortibus ſicut uene num. Vincit eniꝫ uirtus fortis ſupra ueneni poſſe & expellit illud. Quod aũt declinat in occultum corporis & non ſubi/to cauſa eſt interdum pleureſis aut peripleumonie aut ptiſis.

¶ At uero qđ declinat in manifeſtũ corpis facit apoſtema/ta exterius & aliqñ bothor. ¶ Et dixit galienus ꝙ plerumq; ſinachia pmutaẗ in eriſipilã & ignem pſicum et ꝓprie in cer/uicẽ & manẽs quidẽ accelerat ſalutẽ & deliteſcẽs ſubito cuꝫ mẽtis pmixtione petit cerebri medullas & demũ interficit.

¶ Quintam rem complent adminiſtrationes medicaminuꝫ dolorem uehementem ſedantium ſicut de iacur proprie & ſy rupus de papauere & clauſaram gutturis elargantium: de q/

bus locuti ſumus in tertio canone.
¶ Sextam rem cõplent regimen conueniens in generibus rerum ſex ut locetur in aere temperato & ſint contenti in cibis eorũ in principio hydromelle et aquã zuccari. deinde procedant ad aquã ordei deinde ꝓcedant ad aquã lentium excorticatarum et ordei. extinguunt enĩ inflãmationẽ & acuitateꝫ ſanguinis & ſint ordei ꝑtes. ii. et lentiuꝫ pars. i. deinde ad ius cicerum cũ aqua ordei: deinde ad ius cicerũ: deĩde gradatiꝫ procedant ad ſorbitiones ex farina fabarum: atqꝫ ex amilo cum melle: deinde ad iura furfuris cum melle poſt hoc perueniendũ eſt ad uitella ouorum ſorbilium & iura pullorum & ſimilia. Et ſi qdem cõmenſurandũ eſt ut adminiſtrẽtur primo lenitiua cõuenientia: deinde maturatiua ultimo uero reſolutiua & aperitiua. Cõmenſurandus eſt etiam ſomnus naꝫ in multitudine eius timetur ſuffocatio: quare oportet ut parum dormiant & cum dormiunt excitentur ſepe & proprie cum uidentur moleſtari in ſpiritu offendi ſternendo & nocte moleſtior eſt eis ſomnus qꝫ in die & ſomnus immediate poſt ſorbitiones eſt moleſtus eis.
¶ Alexãder. Oportet metiri medicamina ſm menſurã poſſe uirtutis cuiuſlibet. Teneris enĩ corpibus debiliora duris aũt ſortiora ſunt adhibẽda medicamina. Quare opꝫ ex debilibus & fortibus medicaminibus ſummas conſideres.
¶ Alexander. Dyamoron ſimplex conferens egritudinibus vue & ſinanchie & apoſtematibus duarum amigdalarum & proprie in principio. Accipe ſucci mororum de ſeni mediocrium in maturatione & acerbitate & mororum rubi ſimiliter mediocrum inter maturum & acerbuꝫ et mellis & rob: ana partes equales. Decoquantur ſemper abiicendo ſpumas vſqꝫ ad eſſentiam mellis tenuis et ſunt ex hominibus qui ponunt ex ſuccis mororum: anñ. partes. iii. & mediam. Et eſt operatio eius melior.
¶ Idem. Rob de moris aliud & eſt maturatiuum & lenitiuum. ℞ ſucci utrorumqꝫ mororum pfecte maturatorum: anñ. partes. iii. mellis partem. i. Decoque ſicut prius.
¶ Idem. Dyamoron ex ſuccis mororum rhanni & proprie
non

non maturatorum et est stipticus ceteris & eius operatio for tis in principio est.

¶ Idē.Dyamoron ꝙ gallie.cōposuit. Accipe uini mororum vini stiptici: añ.lib.iii.&.ß.mellis.li.ß.onfacii aut succi rosa/ rũ: añ.℥.ii coquatur succus prius cũ uino ultimo. pone mel postq̄ coctionem habuerit pone puluerem et sunt q addunt myrrhe aluminis: ana.ʒ.ß.croci.ʒ.iii.

¶ Idem Rob de citoniis aut piris aut malis granatis aut ne spilis aut zarur ad hoc cōueniens est: & quandoq̄ miscetur cum predictis.

¶ Idem.Rob nucum omnibus his excellentior est: dicta est aũt operatio rob nucum in antidotario.

¶ Idē.Medicamen cōferens sinãchie et apostemati gule san guineo & colerico & est medicina leuis.resoluit eni ipm qñ bibitur ex eo parum.Et qñ fit gargarismus ex eo. Accipe suc ci solatri et feniculi añ.lib.ß.bulliãt duabus aut tribus ebul litiōibus et cola: et da cum zuccaro tabarzet.℥.ß. & croci da uich.i.bonum et expertum si deus uoluerit.

¶ Mahemet arasi.Confectio medicaminis ad sinanchiã ex/ pti.℞.seminis harmel sinapi piretri seminis raffani myrrhe asa baurach salis armoniaci piperis calamenti stercoris hy/ rundinis stercoris canis albi sicci stercoris hominis sicci cine ris hyrundinis: añ.partes equales.Terantur & fiant sicut al cohol et ex una parte eius insuffletur in guttur et ex alia fiat gargarismus postq̄ cōficitur cũ melle & accipitur sicut una galla ex ipso ad gargarizandũ cum aqua mellis. Hoc autē medicamen est utile cũ egritudo fuerit ultimata.

¶ Aboali.Medicamen cōueniens in fine sinanchie qñ festi/ natur aperitionē ipsius.℞.cineris pullorũ hyrundinū cōbu storum stercoris canis albi adusti: añ.salis armoniaci partes ß. Fiat ex eis puluis subtilissimus et suffletur ex eo in guttur & liniatur cũ melle et gargarizetur ex ipso et fiat hoc in die cum iterationibus pluribus.

¶ Galienus.Cinis pullorum hyrundinum siue recentiũ siue salitorũ et ꝓprie cũ radice liquiritie: & sint partes eoꝝ equa les sedat vehementiam sinanchie statim.& hoc quidē bibi/

tum vel linitum & insufflatũ in guttur: & gargarisma ex eis.
¶ Idem stercus canis album comedentis ossa: & exiccatum et redactum in puluerẽ subtilissimũ: & sufflatum in guttur et linitum cũ melle: & gargarizatũ est ad illud medicina sublimis: & si liniatur ex eo cũ modico succi cucumeris asinini & melle guttur de foris: & cõferunt iuuamentum magnum.
¶ Ioãnes Serapionis. Medicamen conferens sinanchie fortiter. Re. balaustie: rosarum: salis armoniaci: aluminis iameni añ. ʒ. i. piretri cubebe. añ. ʒ. ß. gallarum: spodii: croci: ana. chirat. iii. rob. ℥. i. rob de moris. ℥. iii. aque cassief. ℥. ii. Fiat ex eis gargarismus.
¶ Idem. Confectio dyahyrundinis iuuamenti sublimis ad dolorem gutturis: & ꝑfocationem & sinanchiam. ℞. anisi seminis apii: ameos: florum squinanti. lilii celestis. cynamomi. amomi. aristologie longe. aluminis iameni harmel. myrrhe. cassie. liquiritie. croci. añ. auř. ii. trociscorum croci magnetis: seminis rosarum. añ. auř. iiii. costi cineris hyrundinis recentis. añ. auř. vi. spice amili. añ. auř. i. gallarum. auř. i. & ß. Confice cum melle colato. Confert medicamen istud in fine sinãchie & aliorum apostematum gutturis. & tunc proprie cum indigent apertione. & est ad illud fortius omni medicamine & sumatur ex eo quãtitas galle: & dissoluatur cum aqua mellis aut ordei aut succo rosarum aut aqua rosata aut lentium & radicum liquiritie & gargarizetur cum eo & leniatur cum eis de foris in gutture pluries in die.
¶ Modus aũt cõburendi hyrundines est ꝯm hunc modũ opꝫ eas primo decollari vt sanguis earum fluat super alas ipsaꝝ. Deinde pulnerizetur super eas sal: deinde mittatur in olla vitrea stricti orificii et cooperiatur. & sigilletur cum luto sapiẽtie & ponatur in furno vsqꝫ dum adurantur & cõseruetur cinis earum Et utere cum necesse fuerit.
¶ Confectio trociscorum croci magna. Recipe cynamomi croci: ana. ʒ. ii. rosarum amomi costi: ana. ʒ. i. myrrhe. ʒ. iiii. radicum liquiritie folii indi. ana. ʒ. ii. & me. Aggrega cum vino & fac trociscos.

¶ De raucedine vocis.

Raucedo

RAucedo vocis aliqñ accidit a malicia complexionis si/ne materia & eius cura est alteratio sola. Si enim acci/dat a siccitate acquisita ex puluere: aut fumo aut uento sicco aut cibo aut potu inducente siccitatem & imprimẽte in lacerto vociferationis. Cura eius est cum lenitiuis & humectantibus: de quorum summa est dragagantuꝫ: & gummi arabicũ: & liquiritia & loch eorum & cõposita ex eis & similia. Et si sit ex inflãmatione & asperitate & cura eius est cum extinctiuis & lenitiuis de quorũ summa est mucillago psilii: & seminis citonioꝝ & medulla seminis cucurbite et citrulli: & aqua melonis indi & similia: & si sit a frigore ledente & asperitate lacertum vocalem. & cura eius ẽ cũ rebus maturãtibus & frãgentibus ꝙ acquisitum est ex infrigidatione & cum hoc ẽt lenificantibus: de quarum summa est crocus & myrrha & liquiritia cum uitello oui: & ex eis est olibanum cuꝫ melle: & passularũ & siſia que dicemus & distinguemus post. Et qñq; accidit ab humiditate supflua & cura eius est cum eis que resoluunt ventositatem et humiditatem: de quorum summa est calamentum & yreos & piper & similia. Aliqñ autẽ accidit hec passio a malicia cõplexionis cum materia calida uel frigida: & cura eius est due res. Prima ẽ subtractio cause. Scđa est adequatio vel rectificatio effectus.

¶ Et prima quidem perficitur cum eductione materie faciẽtis: & si quidem fuerit sanguinea cum flobothomia cephalice aut basilice: & si fuerit cuꝫ permixtione colere administrãda est euacuatio eius cum eo quod est: sicut aqua fructuuꝫ & similia. & si non fuerit febris tunc euacuetur cuꝫ lacte dulci & cassief. & iuiubis & similibus. Si materia fuerit flegmatica soluatur cum yera aut cochiis & similibus. Conferunt etiaꝫ in calida: aut in frigida materia clysteria & enemata solutiua secundum rei exigentiam.

¶ Scđam rem cõplent administrationes medicinarũ impedimenta lacerti vocalis remouentiũ. & sunt quedã ex eis calida: quedã frigida: q̃dam lenitiua: quedã uero humiditatem supfluã exiccantia quãuis siccũ p se sit asperatiuum vocum.

¶ Summa autem calidorum medicaminum emendantium

nocumenta vocũ hic eſt. cubebe proprie cõmaſticatio & ad miniſtratio eius cũ cheſmes clarificat uocẽ: & ex eis eſt ſquilla ſm oẽm modum adminiſtratiõis eius & ſilr lohoc ipſius & lochoc de caulibus: & medicamenta facta ex croco et mirrha & medicamenta facta ex piperibus aut ex aſa fetida cũ aceto ſquillitico & croco et acetum ſquilliticum. eſt medicamen bonuȝ: & ſimiliter oppoponacuȝ & radix eius & ſtorax & calamita: & glutem albotin & olibanum & calamentum. Et expertum medicamen quod. ℞. olibani partes. v. myrrhe partem. i. Da cum uitellis ouoruȝ. Et cibi eorum ſint ſorbitiones farine: aut mucillagines cum melle.

¶ Frigidoruȝ aũt ſumma hec eſt: mucillago pſilii: & citoniorum. & aquã melonũ indorum unũquodq; eorũ admĩſtratũ cuȝ zuccharo: & ſilr aqua citrulli: et aqua cucurbite: et medulla ſeminũ eorum: & portulaca & ſemina eius: et grana papaueris & ius atriplicis in cibis: & maluarum: & aqua ordei. & aqua granatorũ: & amilum: et amigdalarum: et iuiube et cucurbite & cucumeris & citruli: & iuleb ſubtile. & ſimilia.

¶ Lenitiuorũ autẽ ſumma hec eſt. liqritia eſt ſuccus eius adminiſtrata ſm omnẽ modũ adminiſtratiõis eius eſt linitiuuȝ bonũ clarificãs vocẽ: cui accidit exaſpatio propter quãcunq; cauſaȝ et ex eis ſunt cheſmes: paſſule ſine oſſibus & mel paſſularũ: & grana pini. & ficus ſicce pĩgues & dactili pingues fenugrecũ & ſemen lini & radix lilii: & zuecharũ & canna mellis: & coagulatũ vue. & rob: et meibutegi: & ſorbitiones ex fabis & medulla trici: & uitella ouorũ. & lac cuȝ melle in ieiunio: & ſorbitiões furfuris ex tritico: & ex amilo penidiis & amigdalis dulcibus & amaris: et cerebella cum melle: & iuniores carnes cum rob: aut zuccharo aut melle aut iuſculis: & hydromel: & ſyrupus mellinus: & uinuȝ dulce: et ſuccus de granatis dulcibus: & uinum de paſſulis et de dactilis. & ſorbitiones facte ex eis. Ieiuni vtuntur lochoc alchiochiris cum lohoc de liquiritia cum melle: & ſimilia.

¶ Supfluitatẽ aũt humiditatũ exiccantiũ: & mollificationẽ impreſſaȝ in lacerto vociferatiõis ſumma hec eſt. ſquilla proprie & acetuȝ & oximel ipſius. et maxĩe vocẽ corroborãtiũ

In hoc casu est sandaraca: & pprie cum aceto squillitico. añ. parum & sepe gargarizata & ex eis succus alfesare. & lohoc eius: & lohoc de caulibus: & de squilla & pip cũ uitellis ouorũ: & cubebe silr & olibanũ de rob. Et sint cibi eorũ ius caulium: & ius cicerũ cum pipere: & tali alfesare in primis cuз eleuãtur a terra: & oua aperta in cinere: & raffanus. Et confert eis vomitus & pprie cum raffano: & similibus.

¶ Rebus autem quas summe aggregãt qñq; utimur in cibis: qñq; in sorbitionibus: qñq; in gargarismatibus. & qñq; in lenitionibus & lambitionibus. & qñq; necessitas expetit pmixtionem ex aliquibus rebus que sunt in summis. & tunc facimus id cuз consideratione sicut ex necessitate cogimur. et de his nos loquemur si deus uoluerit.

¶ Gal. Lohoc cõferens raucedini & aspitati vocis. ℞. seminis lini assi. xiloaloes granorũ pini amigdalarũ assarũ passularũ enucleatarũ. añ. Tere & cõfice cũ melle quantũ sufficit.

¶ Gal. Cõfectio lenificans uocem. Re. dragagãti. ℥. ß. granorum pini. ℥. i. & ß. infunde dragagantũ in rob q̃tum sufficit ad infundendũ. deinde confice cuз melle dispumato. Dosis eius. ʒ. v. mane & sero utantur sicut lambendo.

¶ Ideз. Cõfectio pillularũ bichichiarũ. Re. carniuз dactilorum. ℥. i. piperis longi. ℥. i. & ß. cucube. ʒ. ii. seminis feniculi ʒ. ii. & ß. pinearũ purgatarũ. ℥. ß. amigdalarũ purgatarũ zucchari. añ. ʒ. viii. Et confice & da in modum nucis.

¶ Filius zazar. Lohoc clarificans uocem exasperatam causa caliditatis. Re. dragaganti: gummi arabici: liquiritie. amili: seminum cucurbite: cucumeris: mellis citrulli: portulace. añ. ʒ. ii. penidiaruз. ʒ. iii. croci. ʒ. i. Fac formas similes lupinis & teneat sub lingua.

¶ Idem. Alind in causa frigida. Accipe liquiritie: piperis albi: cubebe: myrrhe: olibani: gummi arabici. ana. auř. ii. spice auř. i. rob. pendiarum & mellis colati quantuз sufficit. Da cũ aqua decoctionis liquiritie.

¶ Idem. Aliud ualẽs silr. Re. seminis lini assi. amigdalarum dulciũ mundataruз et amararũ. añ. ʒ. x. penidiarũ. ℥. i. & ß. croci: cinamomi: piperis. añ. ʒ. i. & me. mellis q̃tum sufficit.

¶ Lochoc ex inuētione nostra remouens asperitatē uocis: & raucedinem ℞. dragaganti. ʒ. v. gummi arabici. amigdalarum dulcium: amili: seminis cucumeris. ana. ʒ. iiii. seminis citoniorum: liquiritie: semininis citrullorū. ā̄n. ʒ. iiii. penidiarū. ℥. iii. Confice cum melle colato.

¶ Aliud ex inuentione nostra. ℞. ficuū pinguiū siccarū: carnium dactilorum. ā̄n. ℥. i. calamenti sicci. ℥. ß. dragagant: cubebe. ana. ʒ. i. & ß. Confice cum melle colato.

¶ Isaac israelita. Confectio pillularum de croco cōferentiū cum uirtute dei asperitati: & raucedini uocis ex frigiditate. ℞. croci. ʒ. iii. cubebe. ʒ. i. & ß. succi liquiritie olibani. ana. ʒ. i. Fac pillulas cum rob: & sint pillule magne: & teneat unā sub lingua: & glutiat saliuam eius: & est expertum bonum.

¶ Isaac. heben amaran. Medicamē cōferens dolori gule: & asperitati: & raucedini expertum. ℞. croci. myrrhe bone piperis albi. ā̄n. aur̄. i. passularū enucleatarū. dragagāti albi. ā̄n. aur̄. iiii. amigdalarū dulciū mūdatarū aur̄. viii. Tere oīa et confice cū melle colato & reconde in uase uitreo. Dosis eius est sicut auellana. i. teneat sub lingua.

¶ Sabor Confectio medicaminis conferentis raucedini uocis ꝑpter causam calidā: & dolori qui est in lacerto uocis: & remouet inflāmationem: & sedat sitim. ℞. gūmi arabici: dragagāti seminis cucumeris: ā̄n. ʒ. i. succi liqritie: amili: ordeacei: uel frumenti. ana. ʒ. ii. Tere & confice cū melibureg uel cū mucillagine seminis citonioꝝ: & psilii. Et fac formas similes auellanis: & accipiat lambendo mane & sero.

¶ Democritus. Medicamen cōferens abscissioni uocis a caliditate. & sedat sitiꝫ. ℞. seminis. cucumeris mūdati. ʒ. vi. succi liqritie. ʒ. vii. seminis portulace. ʒ. i. Cōfice cū albumine oui: & fac trociscos & teneat mane & sero. i. sub lingua.

¶ Incipit summa secunda de medicinis egritudinum pulmonis: & primo de asmate.

a Sma quandoqꝫ cōtingit propter causaꝫ que est in ipso pulmone & partibus eius & qn̄qꝫ ꝑpter confluentiam ad ipsum a cerebro & partibus capitis quandoqꝫ propter cōmunitatem ipsius cum

aliis

aliis membris. Et contingens causa pulmonis quandoq; cõ/municat ei torax in occupatione: & compatiuntur in alterutrum: & tunc proprie cum sepelitur pulmo in torace eadem occupatione conclusi. & est illud quod est suspectuz: & timorosum. pereunt eniz plurimi subita prefocatione: & interdũ quasi prefocati spumas emittunt: & turget eorum facies: & liuet: & oculi quasi foras preeminent & quandoq; est ꝓpter impedimentũ in ipso pulmone & partibus eius tantũ. ❡ Est autez egritudo hec senibus familiaris: & nõ sanat in eis. Pueris uero etiã accidit. ueruz qñq; sanatur in eis ꝑmutatiõe etatis eoruz & iuuenibus raro tollit: & qñq; cum eo senescunt. Mulieribus uero non sepe accidit: & citius sanat in eis q̃ in masculis. Contingit aũt in hyeme & maxime in fine hiemis ẜm plurimũ: & contingens in estate est prauũ: & multiplicat in locis humidis: & in antris & cauernis: & testudinibus. Est etiã familiaris his qui metalica operantur: & mineralia: & utũtur q odore sulfuris: & colophõie: & picis & qui exercẽt artes plumbeas q conflant argentum uiuuz. Et curantur qñq; per elongationẽ ab ipsis. ❡ Distinguendũ autez in speciebus asmatis hoc modo. ❡ Si causa est in pulmone ipso proprie: & est materia grossa adherẽs aut cõclusa in pulmone ipso et cauernis: & meatibus spiritus: & est illud qđ est ẜm plurimũ Tunc eius cura est. v. res. Prima est cõmensuratio regiminis in generibus reruz sex. Secunda est adequatio materiei eius. Tertia est subtractio eius. Quarta est diuersio eius. Quinta est correctio accidentium.

❡ Primam quidez rem complent cõmensurationes regiminis eius: primo aeris ut locẽtur ꝓprie in aere temperato de/clinante ad siccitatem magnam & laudatur eis cibi abstinentia & potus & parcitas eoruz: imo gradatio fiat in eis iuxta uirtutis exigentiã & morbi tolerãtiã. Et sint cibi eorũ ꝓprie calidi & sorbitiones calide: & sint boni chimi: et sint qui uentrem lubricum faciant: sicut aqua ordei: et proprie aqua cicerum cum amigdalis amaris & aqua ordei cuz melliloto aut fenugreco. Danda etiam sint iuscula ex maluis cum amigdalis aut ex crisolocanna: aut bleta. Deinde perueniendum est

ad vitella sorbilia & ad carnes teneras: & sunt ꝓprie ex ani malibus carnes leporis: & capriolorum & carnes algazel: et uulpis: & hyrricii & cerui et similiū. Et ex uolantibus carnes pullorum gallinarum & perdicū et similium . Et pulmones aīalium sunt mirabiles eis: & proprie vulpis et hyrcini. Panis uero quo utunt̄ sit coctus hn̄s semina ꝓprie sicut anisum ciminū feniculum nigella cartamus nasturciū & silr̄a. Ex piscibus utant̄ piscibus squamosis & petrosis: et agilibus. et sa/turitas est eis mala. Potus aūt eorū sit uinū subtile antiquuꝫ pauce q̄ꝫtitatis & uinū dulce est amicū eis cōfortatum cū aliquo ex subtiliatiuis: & hydromel ē eis potus bonus & potus supra cibū est eis malus: quare oportet ut expecctet̄ supra cibum diu: deinde bibat parū hora post horā. Vitēt aūt repletionē et nauseā: immo si accidat uomitu expellat̄: et ex bono regimine est ut eis semp assiduet̄ uētris lubricitas cū eis que sunt sicut ius galli antiqui cum medulla cartami: et aqua uolubilis & sicle & proprie administrata ante alios cibos & cōferunt ad hoc carnes condite salice & oua taraci.
¶ Si autē cū his natura nō liniatur: administretur aqua ordei cocta cū modico euforbii parū post parūē. n. iuuamenti sublimis: aut aqua ordei cum puluere yreos aut aqua decoctionis epithymi cū rob aut melle aut decoctio ficuum cum yreos: aut cum hasce aut calamēto : aut decoctio calamenti cuꝫ melle aut ysopi cum rob aut passularū & fenugreci cum melle origani persici. Decoctio cum aqua ordei est mirabilis & ꝓprie cum melle et silr̄ prassii & radicū raffani et silr̄ium. Vitēt somnū supra cibū & parcitēt somnū et iaceāt in domo lucida & modus sit accubitus ut uideantur potius sedere q̄ꝫ iacere. Sedendo em̄ melius q̄ꝫ iacēdo respirāt. Iacendo autē difficulter. Exercitari autem oportet cum gradatione ex tardo ad velocem ex paruo ad magnū et qualiscūqꝫ fuerit in ieiunio. Et exercitatio p loca decliuia & arenosa confert et similiter currere p ea: interdū iuuat & uehi p mare & nō mul/tuꝫ ac uirtus defatigetur: & similiter duci de loco ad locū lecto pensilli. Exercitia autē animi iocunda cōferunt eis.
¶ Scdam rem cōplent administratiōes medicaminū morbi
materiaꝫ

materiam carminãtium & maturãtium et aggregantiũ in se humectationẽ & subtiliationez et incisionẽ ut cadat maturatio in corpus materie integra. Quare uitãda sunt subtiliantia & incidẽtia pure: & prouocãtia ne excludatur separetur subtile a grosso & nõ amplius recipiat curã. Ex uere aũt maturantibus est ius galli antiqui pparati ꝰm artem: & oximel squilliticũ cuz aqua passularũ & etiã syrupus de ysopo et de coctio de ysopo: & syrupus recipiẽs passularũ enucleataruz & fenugreci partes equales: qm̃ est iuuatiuus ualde & syrupꝰ de prassio et alia quorũ narrationẽ faciemus post: Et inũgãtur pectora eorũ cõfricãdo fricatione cõuenienti uel uehemẽti cũ oleo de cheiri & ꝓprie citrina: et anetino oleo: & camomillino: aut laurino tepidis supponendo eis lanas ysopi calidas. Et ex vnctionibus magni iuuamẽti est oleuz de lilio & oleum de yreos et eis fortius est ysopi cerotum nostrũ cuius narrationem faciemus post: si deus uoluerit.

¶ Tertiã rem cõplent administrationes euacuationuz ex flobothomia. & solutione uẽtris cũ medicina et enematibus solutiuis: et si qdẽ materia fuerit calida sanguinea cõfert flobothomia basilice: et si cõtingit passio ꝓpter retẽtionem emorroydarũ aut mẽstruorũ eorũ ꝓuocatio est iuuamẽti dicẽtis. Si abundat cũ sanguine colera soluatur natura cũ trociscis de uiolis: quoꝝ narratõez faciemus et scribemus: et simĩlibus.

¶ Si uero contingit ab exuberantia flegmatis uiscosi & pinguis. & est id qd est ꝰm plurimuz euacuetur cum cochiis: aut yera. & pillulis de agarico: et pillulis de colloquintida: quarum permixtionẽ scribemus post et aliis: et si non fuerit natura obediẽs faciemus clysteria precedere purgarionẽ et ꝓprie si oportet acuta. Et ex bono regimine est ut fiat euacuatio & ꝓprie renouãs numerũ: et cadat inter purgationem et purgationẽ admĩstratio uomitꝰ post raffanũ: et pisces salitos et almuri. Et sunt ex hoĩbus q infigũt fustes ellebori albi in raffano & ꝓpinãt raffanũ post diẽ et noctẽ extracto ĩde elleboro. et sunt q ꝓuocãt uomitũ cũ sinapi et sale et almuri ĩ aq̃ et melle aut ĩ oximelle: aut cũ sinapi et baurach et oximelle et caue ne cadat in vicissitudinẽ administrationẽ frequẽtia:

et debilitet

& debilitetur virtus sed interpellatio competens.
¶ Quartã rem cõplent fricatiões facte in extremitatibus & ventosationes facte in scapulis & cruribus & appositiones rubificantium & cauterium in zuhendeg: & similia.
¶ Quintã rem cõplent administrationes medicaminũ anhelitum facilitantiũ: aut materias que sunt in pectore p screatũ facile educentiũ aut humiditates superfluas dexiccantiuz.
¶ Medicinarum aũt anhelitum facilitantium: summa hec ẽ squilla assata et administrata cũ melle: aut trocisci ex ea cuz rob: aut oximelle ipsius & acetũ & loch ipsius elargãt anhelitus uias & abstergunt. Et ex rebus mirabilibus ad hoc est pulmo vulpis siccus: & ꝑprie.3.ii.cũ eo ꝙ conuenit ex potibus. Et ex eis est ysopus & hasce & calamentũ et origanum psicum et anisum & piper. ¶ Galienus aũt dicit ꝙ decoctio passularum enucleatarũ: fenugreci & rute cũ modico castoreo: cõmodius frequenter data operatur. ¶ Itẽ dixit ꝙ gutta armoniaci ꝑpinata cũ oximelle potenter liberat. Et ex eis ẽ decoctio ysopi cũ melle & ficubus. Et ex eis est crocus cum melle elargat enim anhelitum: & silr ciminum mixtum cum aceto. Et ex ualde expertis difficultati anhelitus est laurus et grana eius & oleum ipsius ꝯm oẽm modum administratiõis eorum siue bibitum siue loch ex eis: siue vnctiones. Et ex rebus expertis est enula & succus eius. ¶ Et ex vnctionibus expertum est oleum laurinum: & oleũ de spica: & oleum rutaceum ysopi cerotum & similia. Et ex eis que emplastrantur sunt anetum & camomilla: et sansucus que decoquantur & euaporentur eius pectus & partes uicine. Ex medicinis autẽ cõpositis q̃ conferunt stricture anhelitus: & difficultati eius sunt mitridatũ et tyriaca et athanasia magna & parua et medicina de musco dulcis et amara: et dyasulfur: et dyamarte ꝑprie et sagzenea magna et parua: & filonium et ꝑprie dyatrion pipereon et alia: quorum narrationes faciemus post.
¶ Medicinarũ uero pectus mundificãtiũ & pulmonẽ ab humore grosso & putrido: et oppilatiõe summa hec est ysopus ꝑprie ꝯm oẽm modũ administrationis eius & hasce et origanum et serapinũ et ꝑprie cũ uino et medicina de squilla. ur-

tice

tice uero et semen eius iuuamentũ est manifestũ. educit eñ humores grossos sepultos in pulmone & pectore et proprie sorbitiones decoctionis eius in aqua mellis et ordei et ficu/ bus siccis. Et radix alfesare ꝑm oẽm modum administratiõis eius est mirabilis: et silr̄ tali eius in primis cũ eleuãtur: & ex eis est nasturcium cũ incisione & subtiliatione sua: et silr̄ cap paris salita: & silr̄ porrũ: & semen eius cũ aqua ordei: et mel le et decoctio uolubilis cũ oximelle est mundificatiuũ bonũ et silr̄ siseleos cũ melle & silr̄ yreos: expellit eñ materias et mũdificat pectus efficaciter. Serapinum aũt cum aqua rute ẽ ex mundificantibus pectus fortiter extrahens ab eo humo/ res crudos: et proprie eius. ʒ.i. tertie duc. Mundificant etiam pectus omnes species granorum pini a sanie et grossis hu/ moribus ꝑm omnem modum administrationis eorum. Iuua mentum decoctionis calamẽti cum ficubus: aut passulis enu cleatis in extractione grossorum humoruʒ ex pectore et pul mone et dilatatione anhelitus est sublime: et similiter facit comestio ipsius cum amigdalis et zuccharo: aut melle: aut fi cubus siccis: huius etiam intentionis est alhasce. & saror ara bicum et laurus et grana eius cum melle. ¶ Medicinarum autem exiccantium superfluam humiditatem aggregataʒ in pectore et pulmone: quibus utenduʒ est in subfumigiis & in terdum potionibus. Summa hec est arsenicum tritum et di/ stemperatum cum uitellis ouoruʒ. Deinde accipe ferulam: et incide eaʒ per frustra rotunda: et imbibantur predicta medi camina et dimitte exiccari. Et fiat subfumigatio cum eis: & recipiatur fumus in os per traiectorium et assiduetur per ali quos dies omni die ter: qm̃ sanat. Et si derelinquatur uehe/ mentia exiccatiõis in pectore et pulmone redeundũ ad mol lificationeʒ proprie sicut est syrupus de chesmes et decoctio ficuum: et ius galline et ius attriplicum: et maluarum deco/ ctarum cum gallinis et que hoc cursu procedũt et adiunctio nes pectoris. Deinde redeundum ad administrationes medi caminum summe huius et non negligatur operatio hec qm̃ sanat. Huius etiam intentionis est sulfur citrinum mixtũ cũ arsenico: & proprie sint eorum partes equales: et fac formas

similes

similes auellanis cum adipe renū capraruꝫ aut uacce. Et vte re sicut diximus ꝑ traiectorium. Et ex eis est myrrha: costus: aristologia & cassia et crocus & arsenicū. Fiant ex eis forme cū adipe caprino. Et utere. Sil'r arsenicum & aristologia sil'r cū adipe caprarum. Et ex eis aūt huius intentionis q̄ dantur ꝑ os est sulfur cū ouis sorbilibus: aut sulfur: & arsenicū cum ouis & cū melle. Aut arsenicum cū aqua mellis. Aut pillule ex arsenico & gummi pini: & nos plura intētionis huius scribemus postea: si deus uoluerit.

¶ Cura aūt asmatis facti a materia catarrali est due res. Prima est intentio quā adhibere opꝫ in prohibitionē catarri. & hoc qdem dictum est in cura eius. Scd̄a est intentio in maturatione & expulsione eius ꝙ aggregatū est in pectore & pulmone: & hoc dictū est in ꝑ̄senti capitulo. Factū aūt a cōplexionis malitia sine materia curatur cum eis q̄ diximus. Et si qdem fuerit a siccitate et corrugatione pulmonis ad seipsum tunc pōt contingere ꝟm duos modos: aut enim est sine febre. Et cura eius est inunctio pectoris cū enematibus aut cū emplastrationibus vel unctionibus mollibus et frequētatio potus lactis & ꝓprie caprini aut asinini et comestionis eius. & opꝫ ut sit pastus aīalium ex rebus humidis sicut ꝓprie herba ordei: lactuca et malua: et similia. Et frequenter balneatio in tina cum fricatione facta cum ouis & mica panis infusa. Et sint cibi eoruꝫ iuscula ex atriplice & malua et portulaca: aut pullus aut oua sorbilia: & accipiant ex lohoc: et aliis medicinis curantibus siccitatem pectoris: de qbus loquemur post. Si aūt fuerit cum febre. Cura eius est potus aque ordei et iuleb subtile: & aqua melonum indoꝝ: aut cucurbite aut aqua earum cum zuccharo aut per se. & sit cibus eorum ꝓprie cucurbite lactuce: & olera et herbe humide cum oleo amigdalarum dulcium. & detur in potu in matutinis: & in sero mucillago psilii: in aqua citrulli & cucurbite: & melonis indi. Inungatur aūt pectus eorum cum ceroto Galieni. aut cum cera & oleo uiolato imbibitis in mucillagīe psilii aut in aqua portulace: aut lactuce et citrulli & similium. et utantur lohoc & syrupus: & medicinis conuenientibus que dicentur post. Cū

aūt

aũt febris declinauerit intret tinam: & fricetur corpus sicut iam diximus. ¶ Factum aũt a supercalefactione pulmonis & pectoris curatur: sicut proxime diximus.

¶ Galienus aũt cum peruentum ad accessione₃ fuerit: tunc potius blandiendũ q̃₃ curandum. Peruenitur enim interdum ad prefocationem in exiccatione medicaminũ quare regimi na distinguenda sunt. ¶ Et primo in regulatione uite eorum ut parcitent cibis & potibus cũ gradatiõe sicut natura expo stulat: & regulentur in aliis generibus rerum sicut scis.

¶ Scd̃o peruenitur ad maturãtia & ꝓprie mediocris abster/ sionis: aut debilis ex his que scis: & gradatim ad linimẽta & vaporationes ex his que scis. ¶ Tertio ad fricationes et liga turas in extremitatibus cum gradatione. ¶ Quarto si signa plenitudinis sanguinis appareant flobothomentur ex basili ca. Si autem signa aliorum humorum appareant differant a purgatione & uomitu et clysterizatione quousq₃ iam vehe/ mentia paroxismi cessauerit maturatiuorum et facilium ex/ creatum apparuerit abundãtia: & anhelitus melioratio: tũc enim audiendum est super his cum cautela. ¶ Quinto si pa roxismus usq₃ ad quadraginta dies non declinauerit tunc in ter spatulas ventosetur cum scarificatione usq₃ dum compe tens sanguinis euacuatio fiat. Deinde administrẽtur yere & euacuationes note & clysteria acuta cum gradatiõe & uomi ca medicina sicut in canone distinctũ ẽ. ¶ Sexto si adhuc ul/ terius paroxismus extendatur sinapismus in pectore aut me dicamen rubificatiuum apponetur hac enim operatione: & ordine tolletur egritudo si deus voluerit.

¶ Democritus. Dandũ in primis q̃ aptant materiam & dige runt & ad terminũ facilitatis & mauratiõis adducũt qualia sunt fenugrecum vue passe ficus sicce & pingues dactili pin/ gues et mel & syrupus ex eis. Et ex eis sunt vnctiones circa pectus & proprie ysopi ceroto cum calida lana. Cũ aũt ma/ teria & sputamina digesta appuerint administrãda deīceps & maturãtia ꝑdicta & materiã digestã educẽtia. pect⁹ quoq₃ mũdificãtia q̃lia sunt urtice semina cũ hydromelle & origa nũ et ysop⁹ sicca & calamẽtũ & yreos et pulegiũ. Hec em̃ pe

ctus

ctus mundificāt. Et si materiei apparuerit exuberātia uomi tum ꝓuocabis & cū iteratione & ꝓprie cuꝫ elleboro in radi ce raffani incluso & oximelle. Et si adhuc opus maius per uē tre materiam educes. ¶ Vltimo aūt cum res maius proces serit. Danda sunt que exiccāt materiam & pectus elargāt & qualia sunt squilla in aceto cocta punices baurach feces ui ni combuste aurū pigmentum sulfur de singulis partes equa les. Fiat eorum contritio bona & misce cum melle & da ma ne quolibet coclearium. i. Hoc namq; medicamen asma di fficile & tussim curat.

¶ Filius zacharie arasi. In primis utenduꝫ est rebus que ma teriam maturent in pectore sicut est ꝓprie decoctio que. Re. ficuum siccarū. ʒ. x. passularū enucleatarū. ʒ. x. dactilorū pin guium. ʒ. vii. seminis apii feniculi capilloruꝫ ueneris liqritie ysopi prassii fenugreci: añ. ʒ. v. Coquantur in aqua sufficien ti & da ex ea omni die circiter. lib. ß. cum mellis. ℥. i. Et cum maturationis signum apparuerit: da ex decoctione predicta cum. ʒ. ii. confectionis huius. Cuius hec est ꝑmixtio. ℞. succi liquiritie & ysopi capillorū ueneris: añ. ʒ. x. cordumeni pipe ris amigdalarū amararū aristolog. rot: seminis urtice yreos baurach nasturcii seminis raffani. añ. ʒ. v. mellis dispumati quātū sufficit. Est eñ medicina bñdicta ad expellēdū supflui tates sepultas in pectore. Potēter eñ repellit eas. Cuꝫ autem hoc ꝑ octo dies aut amplius feceris ꝓuocabis uomitū & ꝓ prie post esum sinapis & mellis. Et postq̄ hoc feceris: tertio uētrem solues cū pillulis quarū descriptio hec est. ℞. agarici ʒ. iiii. pulpe colloquintide ysopi. ʒ. ii. & ß. succi liqritie. ʒ. iii. prassii yreos seminis urtice sinapis. añ. ʒ. i. & ß. turbith yere pigre. ana. ʒ. v. Dosis earuꝫ est a. ʒ. ii. vsq; ad. iiii. Dabis autem ter usq; in hebdomadam: perfecte eniꝫ mundificatur pectus & si post hec tota non tollatur egritudo redi ad administra tionē omniuꝫ que dicta sunt ſm scriptū ordinē. & hoc facias vsq; dum tollatur egritudo si deus voluerit.

¶ Isaac heben amaraꝫ. Curauit quendā patientē difficulta tem anhelitus & tussim difficileꝫ ſm hunc modum. ¶ In pri mis dedit maturantia & digerētia materiā. ¶ Secundo eua

cuauit

cuauit cum his pillulis quas nominauit cochias. Reci. aloes rubei. ʒ. vi. agarici ʒ. iiii. masticis collogntide sarcocolle. an̄. ʒ. ii. sticados hasce scamonee. an̄. ʒ. i. & ß. Fiant pillule sicut cicer cū aqua feniculi hūidi. Dosis earū est. ʒ ii. & ß. de quarto in quartum diem in mane. Deinde habeat cibum pullos coctos cum maluis aut atriplice.

¶ Tertio dedit de electuario humōi qđ cōfert tussi & constrictioni anhelitus. ℞. seminū melonis citrullorū mūdatorum alcherenben feniculi anisi amigdalarū pinearū mūdataruȝ ysopi capillorū veneris: ana. ʒ. x. croci. aur̄. ii. cassie dragag. liqritie: an̄. ʒ. ii. opii. aur̄. i. Tere & cōfice cū lib. i. penidiarū. Et dosis eius aur̄. i. in mane cum decoctione ysopi. & in sero ponat ex eo sub lingua circiter. ʒ. i. & trāsglutiat saliuaȝ eius & sumat om̄i mane iusculū ex amilo & furfure cuȝ penidiis & amigdalis & seminibus feniculi tritis & in sero comedat maluas vel atriplices uel bletas cuȝ pullis uel pullos cū zuccaro croco & amigdalis et passulis & pauco aceto. Et erat ei de cōsuetndine si corpus erat plenuȝ abundans post quartam purgationem & si tempus fouebat flobothomare patiē-teȝ de basilica & precipiebat trahi de sanguine a. ʒ. l. usq; ad ʒ. lxxx. Et ßm istam uiam curauit plurimos.

¶ Isaac heben amaram. Fecit quidam patienti asma & difficultatem anhelitus & tussim. Re. farine cicerum amigdalarum dulciuȝ: seminis melonis dragaganti thuris masculi botron: ana. ʒ. x. prassii capillorum ueneris ysopi calamenti: ana. ʒ. iiii. iusquiami albi liquiritie seminis papaueris albi: ana. ʒ. x. Tere & confice cum mellis duplo ponderis omniū & recōde in uase uitreo. dosis eius est. ʒ. ii. teneat sub lingua & transglutiat saliuam eius.

¶ Zeid. Medicamen conferens tussi & asmati ac stricture anhelitus. Reci. seminis melonis citruli cucumeris cucurbite mundate seminis lactuce liquiritie amigdalarum dulciuȝ & amararum granorū elmeluth magnorum. an̄ ʒ. x. papaueris albi. ʒ. xx. storacis granorum mahalep mūdatorum seminis malue: ana. ʒ. v. croci opii. ana. ʒ. ii. Confice cum melle & zuccaro. Et sit dosis eius sicut nux cum aqua tepida & inun-

gatur pectus cum aliquo eorum que conueniunt: & ieiunet omni die super medicamine circiter horas. vii.
¶ Idez. Loch cõferens asmati & tussi siccis factis a colera sicca & facit spuere et cõfert apati pulmonis & panniculi & est expertum ℞. farine fabarũ. ʒ. x. amili. ʒ. v. seminis cucumeris melonis: añ. ʒ. vii seminũ citoniorũ malue dragaganti liqritie alcheberon: añ. ʒ. vii. papaueris albi. ʒ. xxx. Tere et confice cũ. ʒ. c. penidiarũ. ʒ. xl. Et fac formas similes nucibus & teneat sub lingua & transglutiat saliuã eius. Deinde bibat sorbitiones furfuris tenues cum pauco oleo amigdalarum dulcium et penidiis & in sero comedat spinachia aut atriplices aut siclam cum oleo sisamino aut amigdalarum.
¶ Hamech. Syrupus de prassio mirabilis conferens cum auxilio dei asmati et difficultati ãhelitus et tussi & flegmati aggregato in pectore senum bonum & expertum. ℞. passularũ pinguium enucleatarũ iuiubarum pinguiũ sine ossibus & sebesten: ana. ʒ. c. ficus pingues. xxx. capilli ueneris ysopi calamenti liquiritie: ana. ʒ. xx. corticuz radicum apii feniculi anisi: ana. ʒ. x. prassii. ʒ. l. aque pluuialis. lib. xv. Bulliant usq; ad lib. iiii. & pone sup residuo aque. li. vi. & bulliant usq; ad lib. ii. deinde accipe utrãq; aquã & pone sup eam mellis boni & penidiarum & mehibueg: ana. ʒ. xv. Et sit dosis eius. ℥. iii. cuz aqua calida. Et sit cibus eorum sorbitiones facte ex furfure aut tritico cum melle aut penidiis & oleo amigdalino & carnes cum tritico uel bletis cũ speciebus humidis sicut est proprie zinziber anisum darseni & similia.
¶ Hamech. Syrupus alius de prassio mirabilis cõferẽs cũ auxilio dei tussi flãtice & asmati difficili & aggregatiõibus flãtis in pectore senũ. ℞. prassii. ʒ. xx. liqritie ysopi calamenti capilli veneris: añ. ʒ. x. radicũ apii feniculi anisi: ana. ʒ. v. amigdalarũ pinearũ mundatarũ & fenugreci: añ. ʒ ii. & ß. passularum enucleatarum. ʒ. c. iuiube et sebesten: ana. l. ficus siccas. x. mellis rob penidiarum. ana lib. ii. Fiat sicut prius bonũ & expertum.
¶ Hamech. Syrupus iuiubinus cõfert asmati & egritudinibus pectoris sanguineis & colericis & asperitati & siccitati
ipsius

ipsius & dolori. Accipe pulpe iuiubarũ pinguiũ & pulpe se/
besten: añ.ʒ.centũ liqritie mundate capillorũ ueneris.añ.ʒ.
xxx.seminis malue dragaganti: añ.ʒ.xx. seminũ melonis.ʒ.
xx aque pluuialis calide.lib.xvi.Dimitte die ac nocte.deĩde
bulliãt lento igne vsq; ad li.v.deinde cola et pone super resi/
duo iterũ aque.li.viii.et coque usq; ad lib.iii. Deinde accipe
vtrãq; coctionẽ et pone mediuʒ pondus aque ex penidiis &
zuccaro & fiat syrupus. Et sit dosis eius.℥.i.cũ aqua calida.
Et si adsunt uigilie adiunge seminum papaueris & corticum
eius & seminum lactucarum: ana.ʒ.x.uel exprime lac eoruʒ
& misce cum syrupo.& da bonum si deus uoluerit.
¶ Hamech. Si asma sit ex grossis humoribus detur syrupus
pectus & pulmonẽ grossis humoribus mũdans & conferens
anhelitui. Re radicũ apii feniculi anisi.ana.auř.vi.radicum
liquiritie.auř.iiii amigdalarũ dulciũ & amararũ: ana.ʒ.iiii.
anisi ysopi seminũ malue: añ.ʒ.v.passularũ enucleatarũ car
nium iuiubarum: ana ʒ xx.ficus siccas sex. Coque in lib.vii.
aque vsqʒ ad tertiã partẽ. Et da bibere cũ melle aut penidiis
& da vsqʒ ad hebdomadã vnã. Deinde da cuʒ eodẽ syrupo
electuariũ quod recipit yreos ysopi orobi aristologie rotũ/
de calamẽti hasce cassie: añ.ʒ.ii.costi spice: añ.auř.ß.prassii.
auř.i.& ß.ficuum siccarum pinguium dactiloruʒ pinguium.
añ.ʒ.v.passularum enucleatarũ amigdalarũ dulciũ & ama/
rarũ pinearum mundatarum: ana.ʒ.vi.Confice cũ melle co/
lato quantum sufficit Et sit dosis eius.ʒ.iiii.
¶ Hamech si asma & tussis fuerit cũ dominio sanguinis aut
colere flobothometur basilica: deinde succus scariole aut so
latri & feniculi humidi coctus et depuratus detur cum melle
vel zucchaẽro uiolis aut syrupus violatus cum aqua cucurbi
te: & si indiget in mundificatione soluatur cũ aqua fructuũ
q̃ est ꝑm hunc modum.℞.carniũ iuiubaruʒ.ʒ.xx. succi cucur
bite decocte in pasta.℥.iiii succi solatri et feniculi hũidi: añ.
ʒ.iii.cassiefistule: zucchari violati tereniabin: ana.℥.i.olei
amigdalarũ dulcium et recentium.ʒ.vi.lactis mulieris iuuẽ
cule.ʒ.i.pectus autem inungatur cũ ceroto ꝑm hunc moduʒ.

Accipe olei violati.℥.iiii.cere albe.℥.i. conquassentur prius in aqua dulci per uices plures: deinde conquassentur cũ mucillagine seminum citoniorum & mucillagine psilii et mucillagine dragagaganti & lactis mulieris conquassatione super conquassationem usq; dum impinguetur.

¶ Confectio loch conueniens eis.℞.seminum melonis & citrulli & cucumeris et cucurbite: añ.ʒ.i.seminũ lactuce & portulace: añ.auř i.papaueris albi.auř.ii. Teratur oĩa cõtritiõe vltima & inuolue ea cũ oleo amigdalarũ dulcium & recenti. Deinde cõfice cũ syrupo. Cuius hic est modus.℞. aque cucurbite cocte in pasta.lib.i.&.ß.& proiice sup ipsam seminũ citoniorum: auř.ii.psilii.ʒ.ii. Dimitte eas ꝑ horas.xii. deinde cõquassetur manibus et coletur: accipe mucillaginis eorũ.℥.vi. syrupi uiolati.℥.viii.coquatur usq; dum mediocrem habeat spissitudinẽ: & fiat loch cũ aliis. Et sit dosis eius.ʒ.iii.vel.iiii. cũ lacte recenti si non est febris.& si est febris cũ aqua ordei aut cucurbite aut citrullorum aut seminũ portulace & confert ẽt febribus exasperantibus & siti vehementi cũ aqua frigidissima. Et si adsunt vigilie da cum lacte q mulgetur ex papauere albo & aqua frigida.

¶ Dyascorides dixit. Aquam decoctionis ficuuz ysopi sicce fenugreci esse mundificatiuum bonuz pectoris & pulmonis aut aquã decoctionis ysopi passularũ & fenugreci & cũ melle. Et dixit aquã decoctionis ordei cũ vrticis simiľr mundificare pulmonẽ. Et pectus a grossis humoribus aut semen urtice cũ aqua ordei & melle & est fortius. Dixit iterum porrorum elixatarum aut semen eorũ in aqua ordei cũ melle valere asmati et mundificant pectus. Et si fiat uomitus cũ ea et baurach est iuuamẽti sublimis. Et dixit q ius galli multe antiquitatis & ꝓprie cũ ysopo & hasce et cartamo est ad asma medicina mirabilis. Et decoctio qñq; galli & yreos et cõfert simiľr. abstergit eñi & mũdificat abstersione siue mundificatione forti. Et qñq; additur polipodiũ cum aneto. Dixit iteꝝ. Grana lauri cũ aqua ysopi passulis & melle esse medicamen sublime aut cum aqua calamenti & hasce et melle.

¶ Hermes

¶ Hermes tradidit medicinas mirabiles ad asma & tussiz et eius descriptio est. ℞. sauine foliorũ siccorum tritorũ sicut al cohol. ℥ i. īuolue cũ butyro uaccino pluries loto: auř. iiii. cõfice cũ melle colato: quantũ sufficit & post ipm alii addiderunt liqritie. ʒ. v. pinearum purgatarũ amigdalarum mundatarum. añ. ʒ. iiii. Dosis eius est ab auř. ii. usq̧ ad auř. iii.
¶ Paulus. Medicamẽ ad idem. ℞. sauine: auř. ii. mellis & butyri quantum sufficit ad aggregandũ. Et sit dosis. ʒ. iii. cuz decoctione passularum & ysopi.
¶ Ruffus inquit. Trado medicamen exptum & ex maxime secretis. Et est ut des pulmonis vulpis sicci. ʒ. ii. cũ aqua mellis sumat cũ celeritate et ꝓprie frequẽs ipius sit admistratio.
¶ Filius zacharie arasi. Modus decoctionis ysopi est decoctio minor conferens tussi & asmati a caliditate & asperitate pectoris. ℞. ficus siccas. x. & iuiubas. xxx. sebesten totidem passularum enucleatarum liquiritie rase: ana. ʒ. x. seminum altee citoniorum ysopi uiolarum siccaruz: ana. ʒ. v. Decoquãtur cum aque. li. iii. usq̧ ad lib. i. et dosis eius omni die sit. ℥. iii. cum mirobaĺ. uiolarum ab auř. iiii. usq̧ ad. ℥. i. & sumat post illud mane & sero ex hoc loch quod. ℞. capillorum veneris seminum melonum citrullorum: ana. ʒ. v. Confice cuz syrupo uiolato. Et sit dosis eius, ʒ. iii. & si sufficit bonum. Et si nõ fuerit cũ eo febris deť ei in potu cũ uadit dormitũ mucillago psilii cũ aq̃ citrulli aut cucurbite aut cuz aqua q̃ mulgeť ex semine portulace & teneat in ore suo formas siľes lupinis quaꝝ hec ẽ descriptio. ℞. succi liqritie. ʒ. x. seminũ cucurbite citrulli portulace: ana. ʒ. v. Confice cum mucillagine psilii: & albumine oui & bibat cum aqua pmixtionis iuleb. ¶ Si aũt non fuerit cũ eo febris detur lac recens ad potandum & comedendũ cum pane: & sorbendum ex ea hora post horaz ut frangatur sitis: et sit lac ꝙ mulgetur proprie ex capris: quarũ pastus sit herba ordei & lactuce & similia. Et confert emplastrare pectus cũ cera: & oleo violato imbibitis in mucillagine psilii: aut aqua portulace aut lactuce & similium. Et sit cibus eorũ pedes et capita edorũ: aut pulli cum cucurbitis: aut chist cum oleo amigdalino: aut sorbitiones ex sauic ordei

aut tritici cum zucchard: & frangit aquaȝ frigidã cuȝ iuleb.
¶ Si autem sit in pectore aut pulmone materia calida aliqd grossitiei habens administrentur trocisci cuȝ decoctione ysopi predicta: quoruȝ hec est descriptio. ℞. succi liquiritie: uiolarum siccaruȝ añ. ʒ. x. amigdalarum amararũ: seminuȝ altee: dragaganti: seminum feniculi: anisi. añ. ʒ. iii. Confice cuȝ mucillagine psilii & semine lini & citonioruȝ & da cum syrupo uiolato. Festinãt enim maturatiões et faciunt sputũ facilem.
¶ Si aũt mũdificatione corporis ĩdigeret soluať natura de quarto in quartũ diẽ cuȝ hac infusione. Re. pulpe cassiefistule: myraboł. uiolarũ: syracost. ana. ℥. i. trocisci de uiolis. ʒ. iii. Distẽperentur decoctione ysopi predicta: & da in mane.
¶ Confectio trociscorũ de uiolis est huiusmodi. Re. foliorũ uiolarum mediocriũ in exiccatione & humectatiõe. ʒ. vi. turbith boni harũdieni. ʒ. iiii. succi: liquiritie: tereniabin. ana. ʒ. ii. scamonee. ʒ. ii. Fac trociscos: ualẽt aũt ad contritionem anhelitus & leniunt naturam: & mundificant pectus.
¶ Filius zacharie. Modus confectionis ysopi: & est decoctio maior conferens etiã tussi & asmati a materia grossa multe humiditatis. mundificat enim pectus & pulmonem ab ea & sanie si fuerit in ipsis. ℞. ficuum siccarum albarum & pinguium. x. numero. et dactilorum pinguium tantũdem. fenugreci: radicum apii: feniculi seminis utriusq;: seminum urtice: anisi: ysopi sicce: calamenti: yreos: prassii. ana. ʒ. v. liquiritie munde. ʒ. x. capillorum ueneris. ʒ. vii. Decoquantur in lib. iiii. aque vsq; ad teritam. Et sit dosis eius. ℥. iii. cum melle. Et datur conuenienter.
¶ Mẽdicamen de gentiana quod maturat: & educit a pectore humorem grossum aut saniosum. Re. capilloruȝ ueneris. ʒ. x. amigdalarũ amararum. ʒ. v. yreos. ʒ. iii. corticũ radicum capparorum: orobi: seminũ apii: & feniculi. ana. ʒ. ii. gentiane: aristologie rotunde: ana. ʒ. v. confice cum melle dispumato. Et sit dosis eius a. ʒ. ii. usq; ad auř. ii.
¶ Cõfectio formarũ similiuȝ lupinis cõferentiuȝ dysnie que tenentur in ore: et cõferũt uehemẽter. Re. succi liqritie: papaueris: zucchari. ana. partes equales. Fiant idẽ ꝑdicte forme.

¶ Cõfectio

¶ Confectio unguēti qđ maturat & lenit materias in pecto re. Accipe cere citrine. ℥.i. olei de cheiri: & ꝓprie citrine. ʒ. iiii. adipis anatis: & galline: et mucillaginis: & fenugreci: & seminis lini. ana. ʒ. v. storacis. ʒ. vi. Fiat eorū aggregatio bo/ na: & ungatur pectus ex eis. est enim expertum bonum.
¶ Cōfectio pillularum de agarico ex nostra inuētione mun dificans pectus & pulmonem: & conferens asmati & tussi antiq. Re. agarici. ʒ. vi. yreos prassii. ana. ʒ. ii. turbith. ʒ. viii. yerepigre. ʒ. viii. colloquintide: sarcocolle: ana. ʒ. iiii. myrrhe ʒ. ii. Confice cum rob. Et dosis eorum sit. ʒ. ii.
¶ Cerotum ex inuentione nostra leniens pectus maturans materias in pectore & pulmone. Re. ysopi humide. ʒ. xii. ce/ re citrine. ʒ. iiii. olei de cheyri citrina. ʒ. xl. medulle cruris vi tuli: adipis anatis & uituli & galline: añ. ʒ. viii. myrrhe bdel lii: mucillaginis fenngreci. seminis lini. ana. ʒ. vii. sigie: tere/ bentine. ana. ʒ. vi. mucillaginis altee. ʒ. iii. Confice sic mirrha & bdellium redigantur in subtilē puluerez & misceātur cum mucillaginibus usq; dum dissoluatur in eis. Deinde cum ce/ teris fiat vnguentum: & fiat inunctio ex eo tepido.
¶ Ioannes serapionis. Loch ad asma conferens ad constri/ ctionem anhelitus: & subtiliat humores grossos. Re. squille assate. ʒ. vi. radicum lilii celestis. ʒ. iiii. ysopi: prassii. ana. ʒ. ii. myrrhe croci. ana. ʒ. i. Tere & confice cum melle.
¶ Loch aliud eiusdem bonum ad asma: & constrictionem anhelitus. Re. sisami excorticati: nasturcii. ana. ʒ. xxx. peni/ diarum. ʒ. xx. ysopi. ʒ. vii. Confice cum penidiis: & sit dosis eius. ʒ. v. cum decoctione ysopi.
¶ Confectio uaporis exiccantis humiditatem in pectore: et confert asmati & tussi humide. Re. arsenicum: & tere contri tione bona: & distempera cum uitello oui: & accipe ferulam siccam & diuide eam in rotundula multa: sicut est magnitu do nucis: deinde illinias eam cuz medicamine: & dimitte sic cari: & cum uolueris vnge eam cum sepo renum caprarum: aut bonum: et fiat suffumigium ex una post unam per heb/ domadam: & recipiat patiens uaporē ore aperto.
¶ Aliud accipe arsenicum: & sulfur: & fac formas similes

auellanis cum sepo renum caprarum: & utere similiter.
¶ Aliud conferens tussi: & asmati plurime humiditatis. Re. aristologie rotunde: myrrhe: storacis: thuris. ana. ʒ. i. arseni/ci. ʒ. v. Tere & confice cum butyro vaccino: & fac formas si/miles auellanis: & suffumigetur una post vnam. Ea autem que bibuntur ꝑm hac intentionem aut lambendo sumuntur dicta sunt in canone.

¶ De tussi.

TVssis quedam est humida: quedam sicca & quecunq; ea rum fuerit: aut est causa in membris ipsius spiritus: aut ab aliis membris sicut tussis catarralis. Et tussis que fit cum cõmunitate alioruз membrorũ sicut stomachi epatis: & sple nis. aut corporis totius: sicut in febribus. ¶ Tussis quideз ca taralis cura sunt due res. Prima est sedatio fluxus catarri: & diximus curam eius. Secunda est secundũ duos modos. Pri/mus est maturatio eius quod fluxit. Secundus est eductio: & abstersio eius ex eis que dicemus iam.
¶ Cura auteз tussis que fit a cõmunitates est due res. Prima est rectificatio illius mẽbri. Secunda est occurre impressioni illate in spũalibus membris ex his que dicemus.
¶ Tussis aũt humida cuius causa est in spũalibus membris est ꝑm vnum duorum modorum: aut a malitia complexiõis sine materia: & dicta est cura eius: aut cum materia calida & frigida. grossa uel subtili: & dicta est cura eoruз in capitu lo de asmate sufficienter. ¶ Sicca aũt tussis est ꝑm duos mo/dos aut cũ febre. aut sine febre & qualiscunq; sit dicta est cu ra eius in capitulo de asmate a simili causa.
¶ Mahemet arasi. Tussis catarralis a catarro acuto calido & subtili ꝑm intentionem primam curatur cum rebus ꝓprie ingrossantibus & coadunãtibus ipsum & tardãtibus ueloci tatem sui fluxus: sicut ꝓprie syrupus de papauere: et fortius est eo iacur & gargarizet añ somnũ aquã decoctionis balau stie: & rosarum siccarum: deinde ponat sub lingua sua ex his trociscis. Re. amili: dragagãti: amigdalarũ dulcium excorti/catarũ farine fabaruз: seminis papaueris albi & nigri: et cor ticum eius gummi arabici: & boliarmeni. Fac ex eis formas
similes

similes lupinis cum mucillagine psilii: & seminis citoniis: & detur eunti dormitum: ex de iacur circiter unam. ʒ. & est fortius eis. Et si significatur cum hoc plenitudinem esse in sanguine flobothomamus: cephalicam post sedationem acuitatis: & inflammationis superflue. Et mane damus aquam ordei decoctionis iuiubaruꝫ: & sebesten cum myrobal. uiol. & cum syrupo de papauere in sero. Et damus cibos sorbitiones ex farina fabarum & aqua ordei cuꝫ eo qđ mulgetur ex succo papaueris albi: aut ex semine & cortice. ℂ Si enim uigilie adsunt cum oleo amigdalino dulci & penidiarum Et damus etiā attripliceꝫ & maluas: & ex lactucis cuꝫ amigdalis & sorbitiones ex tritico donec dissoluatur aut ex sauich. ℂ Si autem indigent uentris solutione & tussis fuerit sicca: & asperitas in pectore: tunc accipe iuiubarū & sebesten. añ. xx. nūero. passularū enucleatarū. ʒ. x. uiolarū: liquiritie. añ. ʒ. v. ficuum siccarum numero. x. Decoque in lib. ʒ. aque usq; ad. i. & dissolue in ea cassiefistule. tereniabin. ana. ℥. i. Et si patiatur calorem cum hoc da myroba. de uiolis. aut aquam ordei. Si autem iam screare ceperit occurrit nobis iam intentio secundā. & cū uolumus ut uētris solutiōe pectus mūdificetur: dabimus tunc myroba. uiolatum cum decoctione ysopi minore: quam diximus in cura asmatis calidi: & similia pectus mundificantia. Si autem fuerit tussis a catarro frigido: & grosso. tunc precipimus ut lambat omni sero ex myrrha circiter. ʒ. i. cum melle: & gargarizet añ somnū proprie myrrham: & crocuꝫ cum aqua mellis aut rob aut cū iacur: si necessitas expetit. Et si necessaria est uentris solutio: fiat illud cum pillulis cochiis: aut cuꝫ yera diacolloquintide: & si post illud fortiore indiget medicamīe: da ex his pillulis. Reci. storacis liquide: myrrhe thuris masculi: opii: croci: succi liquiritie. añ Fiant pillule sicut cicer. Dosis a. ʒ. iii. usq; ad. iiii. & sumat ex eis in nocte: cum auteꝫ quod aggregatum est in pectore iam maturat: & expuit da decoctionē ysopi maiorē: & alia que dicemus in tussi a materia grossa & hūida. ℂ Si auteꝫ catarrus cū his non sistit: & tussis supfluit opꝫ ut demus aliqua ex stupefaciētibus: et catarri vehementiā sedātibus ex

his que

his que dicemus. ℭ Si aũt hec non sufficiũt tunc oportet ut radatur caput & fricet iu loco zuhendeg in balneo cũ pãno multe asperitatis donec locus rubeat: & si non sufficit linia/tur in eodẽ loco cũ emplastro ex sinapi contrita: & decoctio ne ficuu3: & dimittat donec uesicet locus. Deinde apperian/tur uesice: & nõ consolidentur tpe extẽso. Et si adhuc nõ con tulerit cauterizetur sup zuendeg: & teneat cauteriũ lõgo tem pore apertũ. Hec autem tussis curãda est exquisite cũ multa sollicitudine. Perducit enim ad ptisim plerũq3.

ℭ Medicine frigide ad tussim catarralem.

MAhemet arasi. Confectio syrupi de papauere mirabi/lis ad tussim ex catarro calido: & ptisim. Reci. papaue ris albi & nigri: añ. ℨ. c. seminis lactuce. ℨ. cc. seminis iusquia mi albi. ℨ. xxx. coquãtur in aqua lib. viii. usq3 ad lib. ii. Dein/de cola & proiice super ipsum mucillaginis psilii. lib. ß. rob lib. i. coquantur donec inspissentur & administrẽtur.

ℭ Idẽ. Cõfectio trociscorũ de papauere cõferẽs ut supra. ℞. papaueris albi. ℨ. xxx. seminis cucurbite: citrulli: iusquiami albi: añ. ℨ. xx. amili: dragaganti: gũmi arabici: añ. ℨ. xv. Cõfi/ce cum mucillagine psilii. Dosis. ℨ. iii. cũ syrupo de papauere aut cũ aqua ordei. sunt eñ boni ad tussim calidã catarrale3 cum aqua est sputũ subtile citrinum bonũ & expertum.

ℭ Idem. Confectio pillularu3 de papauere ad tussim siccam que infestat in nocte: & ad catarrũ calidum. Re. opii: amili gummi arabici: succi liquiritie: ana partem unam papaueris partes duas. Fiant pillule sicut cicer. & da ex eis. ℨ. iii. usq3 ad iiii. in sero. conueniunt etiam pueris qui uomunt & non pos sunt dormire propter tussim. De iacur & de diacodion dictũ est in grabadin nostro.

ℭ Diapapauer ex inuentione nostra conferens cum auxilio tussi catarrali noui: & multi tẽporis: et maturat egritudines pectoris: & est mirabilis. Reci. papaueris. ℨ. xl. liquiritie: dra gaganti penidiarum. ana. ℨ. xx. gummi arabici: succi liquiri/tie: farine fabaru3: feniculi: anisi: seminis lactuce amili: semi nis portulace: malue. ana. ℨ. x. seminum cucumeris: melonis: cucurbite. ana. ℨ. v. Confice cum melle colato: aut cum peni/

diis

diis & melle ana. quantū sufficit. Dosis est aur. ii.

¶ Syrupus de papauere ex inuētione nr̄a confert catarro & tussi ab eo: & ꝓprie cū caliditate & asperitate. Expertū. Re. papaueris albi. ʒ. xxx. papaueris nigri. ʒ. x. seminuꝫ malue: gūmi arabici dragagāti seminū citrulli & citoniorū. an̄. ʒ. v. liquiritie. ʒ. xv. psilii. ʒ. vi omnia preter psilium contunde: & pone super ea aque lib. vi. & dimitte die ac nocte & fac bullire usqꝫ dum redeat ad li. iii. Deinde cola & pone in eo hueg. lib. i. penidiarū. lib. ß. Coque lento igne usqꝫ ad mellis spissitudinem. da bonum si deus voluerit.

¶ Hamech filius zacharie. Syrupus de papauere cōfert tussi & catarro. ℞. papaueris albi cū corticibus suis. ʒ. xxx. papaueris nigri: dragaganti: gūmi arabici. an̄. ʒ. x. liquiritie: seminis malue. an̄. ʒ. xv. sebesten. xxx. Contunde oīa: & fac coqui cum aque li. v. usqꝫ ad lib. ii. deinde cū meibutheg: & zucchari. an̄. ℥. viii. Fiat syrupus bonus si deus uoluerit.

¶ Idē. Dyapapauer cuius iuuamētum est sublime ad tussim catarralem cū caliditate & asperitate: & siti & ad raucedinē vocis: & ad pleuresim. Re. papaueris albi penidiarū: ana. ʒ. xxxv. succi liqritie: gummi arabici. dragaganti. an̄. ʒ. x. amigdalarū dulciū. ʒ. viii. amili: seminis citoniorū: seminis portulace. an̄. ʒ. v. seminis cucumeris citrulli melonis & cucurbite lactuce & malue. an̄. ʒ. iii. Tempera cum syrupo uiolato. Dosis eius ab aur. iii. usqꝫ ad. ℥. ß. cū aqua ordei decoctionis. iuiubarum & sebesten. Et si habet vigilias cum eo qđ mulgetur ex papaueris semine cum cortice suo.

¶ Medicine ad tussim catarralem frigidam.

HAmech arasi. Cōfectio pillularum de storace ad tussim catarralem absqꝫ caliditate que inquietat in nocte et inducit vigilias. Re. storacis liqde albe olibani myrrhe succi liquiritie opii. ana. partes equales. Fiant pillule sicut cicer. Dosis earum est. aur. ii. aut iii.

¶ Sabor Girges. Cōfectio pillularū quarū iuuamentum est vltimum ad tussim catarralē & ptisim. Re. storacis myrrhe: croci opii olibani castorei yreos pinearum purgatarū. ana. Confice cum galbano aut storace dissolutis cum pauco mel-

le: da

le:da bis uel ter in hebdomada.da.ii.vel.iiii.
¶ Gal'.Confectio trociscorũ ad tussim catarralem qui tenen tur sub lingua & sistunt catarrũ et sedant tussim et conferũt ptisi.Re.medicaminis trocisci ꝙ habuimus in antidotario: pinearum purgatarum:añ.auř.v.amili gũmi arabici:draga gãti papaueris albi:añ.auř.ii.Fac formas similes lupinis: & da in sero tenendas sub lingua.
¶ Alexãder dixit canonẽ queȝ preterire non iubeo. Etenim ante curabis catarrũ ꝙ̃ egritudines catarrales nisi ĩ duobus casibus.s.cũ timueris ne prefocetur: & succurres tunc cuȝ vo mitu.Et cum timueris aduentum apatis in parte nobili pre/ ueniens cum flõmia.Et dico ꝙ narcotica postꝙ̃ ex catarro in pectore & pulmone plenitudo acciderit: dare suspectum est. Dabis igitur ante plenitudinem.Post uero plenitudinẽ eua/ cuabis prius.Deinde securius dabis si ista dari oportet.
¶ Alexander.Confectio pillularum ad tussim catarralem et est ex medicinis benedictis & est ex secretis & cõfert ad om nes egritudines catarrales & uocantur pillule alchabei: & di cte sunt in capitulo de catarro.
¶ Idẽ.Confectio alia pillularũ expta ad tussim: & ad alias egritudines catarrales.Re.storacis myrrhe opii:añ.Fac pil/ lulas cum melle dispumato.Alie ſm eundem modũ myrrhe opii galbani:añ.Fac ut prius.
¶ Isaac hebẽ amarã.Pillule sedãtes tussim antiquam & no uam.℞.storacis castorei opii granorum pini:añ.parteȝ.i.cro ci partis.i.tertiam.Confice cum rob.
¶ Ioannes filius Serapionis.Cũ tussis sicca: & aspera cũ ca/ liditate fuerit & rubore & apparuerit sanguinis plenitudo: sicut diximus in asmate a simili cã facto facies.s.ut flobotho mes administrãdo deinceps aquã ordei cũ sebesten: cũ syru po violato aut myrobal'.de uiolis & inungimus pectus cum ceroto Galieni imbibito in mucillagine psilii aut ex cera aut oleo uiolato simil'r imbibitis.Et si est necesse materiaȝ sepul taȝ in pectore educere: dabis myrobal'.predictũ cũ decoctio ne ysopi frigida et dabis species loch ex mucillaginibus psi lii & citoniorum cũ gũmis & granis et medullis ex his que dicemus.

dicemus. Cibabis aũt eos sorbitionibus: et ꝓprie cuꝫ farina fabarum et penidiis: & oleo amigdalino dulci: aut ex ordeo confracto. Et quandoqꝫ miscemus ꝓpter uigilias illud quod mulgetur a semine papaueris albi et aqua ordei: damus etiã sorbitiões & ex tritico cõfracto cũ zuccharo: necnõ & iuscu la ex atriplice et maluis: et qñqꝫ miscemꝰ pullos et pedes edo rum et capita et aues minutas teneras cũ eis aut uitella ouo rũ diei sui et cucurbita ẽ bonus cibus eis et medulle frigide: sicut citrullus et cucumer. Et silr̃ bleta & portulaca cũ amig/ dalis: bibant aũt aquã ordei: aut aquã frigidã et iuleb cũ ma turationis signa apparuerint et sputũ iam incipit impingua ri dandum ea q̃ facilitant ipm̃ ad excreandum: sicut decoctio ysopi frigida proprie & electuaria eue lambũtur et similia.
¶ Confectio loch q̃ sumitur in hora hac. Re. passularũ enu cleatarum penidiarũ fisticorũ amigdalarũ dulciũ seminum citrulli melonis et cucurbite dragaganti gũmi arabici papa/ ueris albi succi liquiritie portulace zucchari tabarzet & pe/ nidiarũ: añ. Fac formas similes lupinis et teneat sub lingua unã ex eis Pectus aũt ex maturatiuis inungatur. Si aũt cor/ pus mundificatione indiget fiat istud cum trocis cis de uiolis ʒ.iii. pulpe cassiefistule. ℥.i. zuccari uiolati & tereniabin. añ. auř. v. dissolutis cum decoctione ysopi facta.
¶ Ioannes Serapionis. Loch conferens tussi facte ex calidi/ tate et siccitate & asperitate multa. & est medicamen bonũ. Re. amigdalarum dulcium excorticatarũ. ʒ. xii. seminũ mal ue: altee: añ. ʒ. x. seminũ citrullorum mundatorum. ʒ. x. gũmi arabici dragaganti amili granorum citrinorũ excorticatorũ succi liquiritie: granorum dulcium pini: añ. ʒ. viii. penidiarũ sahari. ℥. i. Terantur oĩa con̄trictione bona & misceantur cuꝫ syrupo. Cuius hec est permixtio. Accipe passularum dulciuꝫ radicum liquiritie sebesten iuiubarum: ana partes equales. Decoque in aqua donec ĩspissetur: deinde cola et proiice in eam rob quantum sufficit: deinde coagulentur cum ea medi cine et da cum sorbitionibus ex aqua furfuris & ordei cum farina fabarum cum penidiis & oleo amigdalino dulci: & bibat super ipsum aquam ordei.

¶ Idem

¶ Idem aliud ualens similiter. Re. psilii granorũ citoniorũ: añ. ʒ. v. seminis papaueris albi. ʒ. x. sebesten. l. iuiube. xxx. radicis liquiritie. ʒ. vii. chesmes. ʒ. xv. cassiefistule mundate. ℥. i. Decoque in aque lib. viii. donec impinguentur: deinde cola & proiice super ea rob lib. ii. zucchari saliemeni: syrupi violati penidiarum: ana. ℥. vi. farine fabarum. ʒ. iii. dragaganti gũmi arabici: añ. auř. iiii. coquãtur usq; dum trãseant in essentiam mellis. Deinde. Re. seminis cucurbite melonis cucumeris citrulli: añ. auř. ii. papaueris albi. auř. iii. anisi feniculi: añ auř. ii. Confice et conserua in uase vitreo. Dosis eius est ab auř. ii. usq; ad iii teneat parũ sub lingua: deinde bibat aquã ordei: est enim medicamen benedictum.

¶ Cõfectio sorbarum similium lupinis cõferentium tussi & asperitati & est ex inuẽtione nr̃a. Re. dragagãti gũmi arabici: seminis: malue: seminũ cucumeris & citrullorũ amigdalarum dulcium: farine fabaruz: añ. ʒ. iii. seminis portulace: amili: añ. ʒ. ii. fac formas cum mucillagine psilii. Et si uigilias patitur adde seminum lactuce papaueris: añ. ʒ. iii.

¶ Filius zacharie arasi Confectio pillularum conferentiuz tussi calide et siccitati et auferunt eam. Recipe succi liquiritie: amili: dragaganti: gummi arabici: amigdalarum excorticatarum: ana. ʒ. i zucchari tabarzet. ʒ. iii. Confice cum mucillagine seminum citoniorum & fiant inde predicte forme & teneat in ore die ac nocte.

¶ Idem. Pillule bichichie que conferunt similiter. Re. succi liquiritie zucchari tabarzet: añ. auř. vi. amili dragagãti amigdalarum dulcium: ana. ʒ. iiii. Confice cum mucillagine psilii vel citoniorum.

¶ Idem. Confectio trociscoꝝ festinantium maturationem in tussi calida & pleuresi facilitantium sputum. Re. succi liquiritie uiolarum: añ. ʒ. v. amili dragaganti seminum altee: feniculi. añ. ʒ. i. et. ß. confice cum mucillagine psilii: & semine citoniorum. Da cum aqua ordei & syrupo violato.

¶ Idem. Confectio alia trociscorũ ad tussim siccam caliditate uehementi et siti. Re. succi liquiritie uiolarum: añ. auř. iii. seminis citrullorum: cucurbite tereniabin. añ. auř. i. & ß. Fac

trociscos

trociſcos cum mucillagine pſilii: & ſeminum citonioꝝ. Doſis auř. ii. cum aqua ordei et ſyrupo violato.
¶ Filius zacharie. Loch cõferens tuſſi calide et maturans eã & facilitans in ea ſputum. Re. iuiube. xx. ſebeſten. xl. ficus. vi. liquiritie munde paſſularum enucleatarũ: añ. ʒ. x. capillorum ueneris. ʒ. v. aque lib. v. bulliant uſqꝫ ad lib i. Deinde recipe penidiarum et rob: añ. ʒ. v. coquantur cũ facilitate uſqꝫ dum ſint ſicut mel currens. Deinde accipe ſeminis lactuce: cucumeris: cucurbite: portulace fabarũ excorticataꝝ. añ. ʒ. iii. gummi arabici: dragaganti amili: papaueris albi: amigdalarum dulcium: añ. auř. i. Confice cum ꝑdictis. Doſis. ʒ. v.
¶ Idem. Cõfectio ſimilis lupinis conferens tuſſi calide & abſciſſioni uocis et ſedat ſitim. Re. ſeminis cucumeris mundati. ʒ. vi. ſucci liquiritie. ʒ. vi. ſeminis portulace. auř. i. Aggrega ea poſt bonã contriturationẽ cum albumine oui. Fiant inde predicte forme: & teneat quotidie ſub lingua.
¶ Sabor. Cõfectio pillulaꝝ cõferẽtium tuſſi. Re. dragaganti gũmi arabici: ſeminum cucumeris: papaueris albi: portulace amili: croci: zucchari uel penidii: añ. cõfice cum rob: & teneat quotidie ſub lingua. eſt enim exptum ſi deus uoluerit.
¶ Sabor rex. Medicamen mirabile conferens tuſſi calide antique & egritudinibus pectoris a caliditate et ſiccitate exptí. Re. mucillaginis pſilii extracte ſm ſcientiã lib. iii. rob penidiarũ: zucchari ſaliemeni: añ. lib. i. ß. coque lẽto igne uſqꝫ ad mellis ſpiſſitudinẽ auferendo cõtinue ſpumã eius. Deĩde recipe ſeminum cucumeꝝ: melonum: citrulloꝝ: cucurbitaruꝫ mundatarum: añ. auř. x. amili amigdalaꝝ dulcium: granoruꝫ pinee maioris. añ. ʒ. xv. gummi arabici dragaganti albi. ſeminis lini: aſſi: añ. ʒ. viii. ſeminuꝫ citonioꝝ mundatoꝝ. ʒ. iii. croci. ʒ. i. aniſi. ʒ. vii. opii. auř. i. ſeminis lactuce. ʒ. x. Tere & pulueriza: & pone ſuper medicamine. Et ſi non põt dormire: adde cum ꝑdictis ſeminis papaueris. ʒ. xx. iuſquiami. ʒ. xv. recõde. in uaſe uitreo. Doſis eius ẽ. ʒ. iii. uel. iiii. teneat ſub lingua & glutiat ſaliuã eius: eſt em̃ medicamen benedictum.
¶ Syrupus de yſopo ex inuentione nr̃a cõferens cuꝫ auxilio dei tuſſi calide difficili: & confert ptiſi: & dolori laterũ. ℞. liquiritie

quiritie: radicum feniculi uel seminum eius. ana. ʒ. x. ysopi: capillorum ueneris: ana. ʒ. v. ficus pingues. vii. pruna. x. iuiubas. xx. passularum enucleatarum. ʒ. xxx. sebesten. c. Decoque cum aqua lib. v. usq; ad lib. ii. Da tepide. ℥. i. cum. ʒ. vi. zucchari rosati uel uiolati. Et si vis accipe huius aque lib. ii. & pone super eam penidiarum sahari: zucchari meibuheg syrupi uiolati: ana. lib. me. dragaganti. ℥. iiii. & est ualde bonum tussi sicce uel ptisi & siccitati pectoris & asperitati. Da cum aqua cucurbite asse uel citrulli.

¶ Aliud ualens similiter. Accipe predicte decoctionis lib. ii. & pone super ea penidiarū. lib. i. olei amigdalarū dulcium. ℥. iii. granorū alben excorticatoruʒ. li. ß. fac decoqui: & accipe uiolarum siccarum tritarū & cribellatarum dragaganti: ana. ℥. i. gummi arabici. ℥. ß. Pone in uase uitreo. Dosis eius est sicut galla bonum & expertum.

¶ Syrupus alius de ysopo ad tussiʒ et asma ex asperitate pectoris. ℞. ysopi capilli ueneris. an̄. ʒ. xvi. uiolarū papaueris albi ordei mundi: seminis malue: an̄. ʒ. x. seminū citoniorū lactucarū: cucumeris. an̄. ʒ. v. passularū enucleatarū. ʒ. x. ficus. x. iuiubas sebesten: ana. xl. cū zuccari lib. ii. Fiat syrupus.

¶ Syrupus alius de ysopo ad tussiʒ & asma ex asperitate cū caliditate. Reci. liquiritie ʒ xx. seminis malue cucumeris ordei mundi dragag. seminis citrulloruʒ: ana. ʒ. iii. maratri apii capillorum veneris ysopi: ana. ʒ. x. seminis citoniorum malue anisi: ana. ʒ. v. iuiube sebesten: ana. ʒ. x. zuccari. xl. ficuum pinguium albarum. x. passularum enucleatarum. ʒ. x. zuccari lib. ii. Fiat syrupus.

¶ Dyascorides dixit ꝙ fructus algipur antiquus assus igni: deinde comestus in sero cum melle cōfert tussi difficili & laboriose. Et dixerunt quidam ex posterioribus ꝙ si infigantur in eo tria grana thuris: ita ꝙ sepeliantur in ipso. & deinde assetur & comedatur in sero cum melle confert mirabiliter. Seruetur tamen illo sero sine cena. & est expertum.

¶ De tussi humida.

ALia aūt tussis humida ponitur complessiōalis alia materialis. Materialis qdem est ꝺm alterū duorū modorū

aut

aut cum caliditate aut cũ frigiditate & huic quidem cuw ca
liditate cura est tres res. Prima est adequatio cause eius. Se-
cunda est subtractio ipsius cuw subtractione communi. Ter-
tia est eductio ipsius eductione propria.
¶ Primam igitur rem complent cõmensurare regimini eius
sex res: queadmodũ in capitulo de asmate dictum est et post
illud administrare ex medicaminibus que ipsius materiá di
gerunt sicut est decoctio capillorum ueneris proprie & syru-
pus ex eis syrupus ex iuiubis & decoctio sebesten in aqua or
dei & decoctio ysopi facta de papauere albo & fabis ex cor
ticatis & ordeo cum zuccaro ros. aut uiolato & similia.
¶ Secundã uero rem cõplent euacuationes facte cum itera-
tione & facte de quarto in quartum diem ex cassiafistula: et
tereniebin & myroba. de uiolis cum decoctione ysopi facta
Et quandoq; addimus ei quod est sicut trocisci de uiolis et si
milia. Et damus inter solutiuum & sulutiunm ex moderate
uomere facientibus sicut est raffanus assus cuȝ oximelle aut
syrnpo acetoso de radicibus aut radices assas & oximelle et
similia. Et si corpus est plenum: & facies pulchra cum abun
dantia sanguinis flobothomamus ex basilica. Et qñq; cum
flobothomia remouente materiam.
¶ Tertiam rem cõplent administrationes medicaminũ ple-
nitudinem pectoris & pulmonis per secretum educentiuȝ si-
cut loch de pino: & ꝓprie loch de fabis et loch de ysopo et
syrupus de ysopo & confectio de orobo & similia.
¶ Humide uero & frigide tussis cura est qnq̃ res. Et prima
quidem est digestio & maturatio cause eius. Secunda est sub
tractio eius subtractione communi. Tertia est eductio eius
eductione propria. Quarta exiccatio residui superflui hum
di eins. Quinta corrigit accidentia.
¶ Prima quidem res pficit cum administratione medicami
num sicut in capitulo de asmate diximus.
¶ Secundã rem cõplent euacuationes facte cũ eo qđ est si
cut pillule cochie & yera dyacolloqntide & pillule de aga-
co quas diximus in capitulo de asmate & ꝓprie cuȝ iterati-
ne & iteratiõe & cũ inter polatiõe administratiõis rei uom

tiue. Et si opꝫ ut deueniatur ad administrationẽ solutiuoru ꝫ ẽt sicut in capitulo de asmate diximus.
¶ Tertiam rem cõplent administrationes medicinarũ materiam educentium a pectore quas in capitulo de asmate diximus: & deinceps ostendimus.
¶ Quartam rem cõplent administrationes medicaminum materiam dissoluentium & resoluentium & consumentiũ & huiusmodi quidem medicamina cõsueuerunt medici exiccatiua vocare que administranda sunt postq̃ administratiões mundificantium cõium & ꝓpriorum cum iterationibus precesserunt cõuenientibus ut exiccetur residuũ rei. Administrare aũt ea in principio est profocare et ponere egrum ad mortem. Administratio aũt hmõi est ꝑm duos modos. s. aut lambendo seu bibendo aut uaporando & nos plenam faciemus narrationẽ ex his. Et huius qdem summe est lambere ex myrrha. ʒ. i. cũ melle. facilitat eñ anhelitum & consumit humiditatem. Huius ẽt intentionis est storax & oppoponacũ & proprie cũ ouis aut melle aut serapino factis ex eis pillulis cum aqua rute aut gluten albotin cũ melle aut alchitran cũ melle aut sulfur cum ouis sorbilibus aut arsenicum: similiter cuꝫ ouis aut cum grano pini & similia.
¶ Ex euaporationibus aũt ad tussim antiquam est arsenicũ citrinum cum aristologie rotunde partibus equalibus. Confice cũ butyro uaccino & fac formas siles auellanis & fiat suffumigiũ ꝑ embotũ in ieiuno: dicitur eñ quod statiꝫ liberat.
¶ Vapor alius. Re. arsenici citrini stercoris leporis et farine ordei corticum fistici: añ. fac formas cum uitello oui & suffumigetur cum eis tribus uicibus.
¶ Alius. ℞. aristologie rotunde storacis galbani: añ. arsenici ad pondus oĩum aggrega cum butyro vaccino & utere.
¶ Alius. Re. storacis myrrhe thuris aristologie: añ. arsenici pondus oĩum aggrega cum butyro uaccino. Fiat suffumigatio omni die bis uel ter & bibat super ipsum aquam cum butyro ouino. ¶ Plura huius intentionis scripta sunt in capitulo de asmate canone vltimo.
¶ Quintam rem cõplent administrationes medicaminũ cõ

fortantiũ

fortantiũ pectus & pulmonem aut elargantium : & si uigilie adsint cum sedatione tussis somnum inducentium.
¶ Summa aũt sedantium tussim cum cõfortatione pectoris & pulmonis est hec rob aut syrupus factus ex succo granoꝝ myrthi completoruʒ est ad illud mirabilis. & hoc in tussi calida. Sed in frigida quidẽ cum myrrha et croco modico: pulmonis autẽ vulpis sicci iuuamen est sublime in calida & frigida. In calida quidem auř. i. ex eo cum syrupo myrthino. In frigida vero cum melle & aqua calida. Huius aũt intentiõis et crocus cum syrupo myrthino aut cũ syrupo de ysopo : & similiter sandaracha cum melle & nux cypressi cum uino & melle et grana pinĩ sunt ex rebus magnis in hac parte ex medicinis: magnis autẽ que sedant tussim & pectus confortant sunt tyriaca & mitridatuʒ & diamuscus dulcis et amarus et athanasia magna & parua & dyamarthe est confectio mirabilis. Rabit regis quã scripsimus et similia.
¶ Sũma aũt medicinarũ pectus elargantiuʒ scripta est in capitulo de asmate. ¶ Sũma aũt medicinarum tussim sedãtiuʒ & corrigentium supfluitates uigiliarũ dicetur qñ de medicinis stupefacientibus sermonẽ faciemus si deus uoluerit. Afferantur ad hunc locum plura q̃ scripta sunt in capitulo de as/mate humido siue calido siue frigido . & proprie medicina quam scripsit filius zacharie.
¶ Filius Humain. Modus decoctiõis de capillis ueneris conferens tussi humide cũ calore. ℞. capillorũ ueneris nõ ultime recẽtium. ℥. i. ysopi sicce fabarũ excorticatarũ seminis feniculi anisi: seminũ lactucarũ portulace papaueris albi amigdalarũ dulciũ et amararũ ordei excorticati: añ. ʒ. v. seminis melonis cucurbite granorũ myrthi: añ. ʒ. iii. gũmi arabici assi. ʒ. ii. passularum enucleatarum. ʒ. xv. dactylos pingues. v. ficus siccas. v. iuiubas. xx. Decoquantur in aqua. li. iiii. usq3 ad lib. i. & ß. & da oĩ mane. ℥. iii cũ zuccharo rosato aut uiolato. Et si nolueris accipe ex hac decoctione. lib. ii. et cum meibueg & zucchari. ℥. x. fiat syrupus. Dosis eius est. ℥. i.
¶ Filius Amaran. Syrupus de ysopo cõferens tussi humide cũ frigiditate. ℞. ysopi sicce. ʒ. v. capillorum veneris liqritie:

℞ añ.ʒ.vi.corticũ radicũ apii feniculi & seminis anisi .añ.ʒ folioꝝ prassii.ʒ.iii.passularum enucleatarũ.℥.i.iuiubaꝝ.xx. yreos fenugreci:añ.ʒ.ii.&.ß seminis malue et bismalue: añ. ʒ.ii.ficus pinguium.vi.nũero dactylorum.v.foliorũ calamẽ ti auř.i.decoquantur in aque lib.v.usqꝫ ad lib.i.et.ß.cũ melle & meibueg:añ.lib.me.Fiat syrupus.Dosis.℥.i.

¶Idem loch cõferens tussi & egritudinibus pectoris & pulmonis et est exptum.℞.farine fabarum liqritie mundate thuris masculi gũmi albotin amigdalarum dulcium & amaraꝝ: añ.ʒ.x.seminis feniculi anisi croci succi liquiritie dragaganti albi seminis citoniorum mundatorum papaueris albi:añ.ʒ. vi.calamenti prassii:añ.ʒ.x.opii.ʒ.iii. Tere & cerne:& adde eis penidie.ʒ.xxx. Deinde confice cum melle colato.ʒ.cl.& contunde in mortario.& sit dosis.ʒ.ii.in mane cuꝫ decoctione ysopi & in sero teneat ex eo sua lingua.

¶Democritus.Modus confectionis ad tussim humidã cum frigiditate.Accipe calamenti fluuialis.ʒ.v.granorum pini.ʒ. v.seminis urtice yreos:ana.auř.i.piperis nigri seminis lini: añ.auř.ii.confice cum melle & chermes.Et sit dosis ab auř.i. usqꝫ ad.ii.cum decoctione ysopi.

¶Idẽ Loch bonum & exptum cõferens ad idẽ.℞. mellis boni.℥.iiii.vitelloꝝ ouorum recentiũ & butyri.añ.ʒ.iii. mel & butyrũ decoquãtur usqꝫ dum habeant modicũ spissitudinis: deinde dimittať modicũ ĩfrigidari et misce cũ eis uitella ouorũ cõmixtione bona.Deinde misce papaueris nigri puluerizati.ʒ.xii.& sumať ex eo lambendo mane & sero.ẽ.n.exptũ.

¶Paulus pillule q̃ tenentur in ore conferunt ad tussim frigidam siccam & sunt expte.℞.myrrhe croci grãorũ pini granorum coti excorticatorũ feniculi anisi amigdalarum dulcium & amararum:papaueris albi succi liqritie:añ.Confice cum penidiarum partibus.iii.& succo feniculi humidi.

¶Hamech filius zacharie.Cõfectio conferens tussi antique et frigide & uentose.℞.penidiarum.ʒ.xx.prassii capilli ueneris ysopi feniculi anisi:añ.auř.iiii.croci calamẽti zinziberis: añ.auř.ii.succi liquiritie pinearum purgatarum et amigdalarum dulcium:ana.℥.i.Confice cum melle dispumato quan-

tum

tum sufficit: da.ʒ.iii.
¶ Hamech arasi. Syrupus de prassio cōfert tussi de flegmate grosso et uentositate. Re. prassii.ʒ.xl. liquiritie ysopi calamē ti capilli ueneris: aā.ʒ.xx. radicum feniculi apii: aā.ʒ.x. ami gdalarum mundatarum pinearum purgatarum fenugreci: se minis feniculi: ana.ʒ.v. masticis darseni zinzib. aā.ʒ.i. passu larum enucleatarum.ʒ.c. iuiube sebesten: ana.c. aque calide. lib.xxiii. Dimitte die ac nocte. deinde coque usqȝ dum rede/ at ad lib.x. Deinde adde mellis & rob & penidiarū: ana. lib. ii. Deinde suspende in medicamine croci.ʒ.i. Dosis earuȝ ab ℥.i. usqȝ ad.ii.
¶ Idē. Loch conferens ut ipm. Accipe liquiritie amigdalarū dulcium et amararum: seminis lini assi: aā.ʒ.iiii. seminis fe/ niculi farine fabarum & pinearum mundataꝝ: aā ʒ.iii. myr rhe croci olibani darseni: aā.ʒ.i.&.ß. penidiarū.℥.ii. Cōfice cū rob. Et fiant forme similes lupinis & teneat sub lingua.
¶ Sabor. Confectio loch de alliis que confert tussi flegmati ce et maturat materiam eius bonum & expertum. Accipe al liorum mundatorum lib.ß. et elixa ea in aqua decoctionis ci cerum: & ysopi sicce usqȝ dum sint bene discocta. Deinde co/ lentur et terantur allia sicut medulla: et proiice super ea mel lis et butyri: aā.℥.vi. et decoquantur lento igne usqȝ ad ter/ minum loch: et utere bonum est.
¶ Idem. Re. succi cauliuȝ lib.v. lento igne coque auferendo spumā eius usqȝ dū redeat ad lib.ii. Deinde coquatur cū rob et mellis lib.i. usqȝ dum ingrossentur & bobum est.
¶ Idem. Loch de squilla expertuȝ & efficax in tussi humida educit enim ex pectore materiā eius. Re. succi squilli & me lis: aā. Coquantur usqȝ dum ingrossentur.
¶ Idem . Confectio medicaminis ad tussim humidam cum frigiditate. Recipe spice croci. aā.ʒ.i. ysopi sicce: prassii: ana ʒ.ii. myrrhe: yreos.ʒ.ii. farine orobi & fabarum. aā ʒ.vii. pi/ peris.ʒ.i.&.ß. chesmes et carnium dactiloruȝ: ficuum pingui um et pinearum mundatarum: aā.ʒ.vi. Confice cum loch de caulibus. Verum et expertum.
¶ Confectio medicaminis ex i nuentione nostra . Syrupus

valēs asmati & tussi: & maturat eas: & cōfert ulceribus renū & vesice: & est medicamen bonum. Accipe ficubus albas & pingues.l.numero iuiubas.c. Decoque in aqua lib. v. vsq ad iii. & cum rob.lib.me.zuccari lib.i. Fiat syrupus.

¶ Syrupus alius. ℞. ficuum siccarum pinguiū. ℥.iii. ysopi sicce: capilloruȝ ueneris. añ. ℥.i. rute prassi: liquiritie. ana. ʒ.iiii. radicū maratri: apii. ana. ʒ.v. anisi: semīs malue. añ. ʒ.ii carnium iuiubarum. ℥.ii. fiat syrupus cum melle & rob lib.i.

¶ Alexander. Electuarium mundificans pectus & pulmonem: & conferens tussi. Accipe granorū pinearū: amigdalaruȝ dulciū. añ. ʒ.x. daptylorū pinguiū. ʒ xv pinguedines ficuum et chesmes. añ. ℥.i. dragagāti albi: semīs feniculi. añ. ʒ.vi. yreos. ʒ.xv. Cōfice cū melle crudo dosis a. ʒ.ii. usq ad auṙ.i.

¶ Alexander. Ad tussim que inquietat in nocte: & non sinit dormire. & ad tussim catarralē. Fiant pillule ex storace myrrha et opio. añ. croci partis.i. quartā. Confice cum melle aut rob in formā cicerum. et da in sero. ii. aut. iii. aut ex myrrha opio: & galbano & pauco croco. Aut ex storace. ℥.i. galbani sulfuris uiui opii piperis terebentine: ana. ℥.i. Aut ex storacis zinzi. opii croci galbāi granorū pini. añ. partibus equalibus. Cōfice & utere. Ista em̄ sedāt tussim antiquaȝ & nociuā.

¶ Galienus. Medicamen quod ponit Rabit rex. & dicitur ꝙ est tante uirtutis ꝙ nullū aliud ei equiparetur ad sedationeȝ tussis Est enim mirabile. ℞. radicū oppoponaci. ℥.i. & .me. et loco radicuȝ oppoponaci ponatur oppoponace. auṙ.v. castorei seminis lini assi: añ. auṙ.iiii. seminis lactuci: auṙ.v. folioruȝ rute siccorū myrrhe. añ. auṙ.iii. & ß opii. croci. añ. auṙ.ii. & me. confice cū melle colato. Et da in sero febricitantibus cū aqua calida & non febricitantibus cum uino. Et sit dosis eius sicut magnitudo fabe. Est enim expertum & bonum.

¶ Galienus ex libro decē tractatuū. cōfectio pillularū quaꝝ iuuamētum est vltimū ad tussim antiquā humidā aut catarralem. Accipe castorei myrrhe masticis liquiritie opii galbani anisi feniculi enule & in alio rasen gentiane ysopi sicci yreos dragagāti gummi arabici: añ. croci partis.i. tertiā. Cōfice cum rob: da post menses tres.

¶ Galienus.

¶ Galienus ex eodē libro. Confectio loch: qđ expertus sum ad tussim: & ad asma ex materia grossa difficilis eradicationis. ℞. liquiritie yreos: storacis liquide fisticorum mundatoruz: amigdalarū dulciū et amararū: granorū pini. añ. auř. iii. olibani glutini albotin: gummi dragaganti agarici cynamomi seminis feniculi: añ. ʒ. ii. & me. aloes myrrhe: ana. auř. ii. chesmes. ℥. i. Tere & sicca & pulueriza. Medullas uero contere contritione vltima: aloē uero & myrrha infunde in rob. circiter. ℥. ii. aut. iii. mellis collati & cere quantum sufficit. Deinde dissolue in eo storacem. Confice cōtundendo in mortario cum ceteris. Et sit dosis eius a. ʒ. i. usq; ad auř. i.
¶ Inquit Galienus. Faciebam hanc medicinā precedere syrupum alchemes & ysopi & decoctionem eorum & alia ex maturantibus: quorum forma est apud te & hoc tēpore conuenienti ut digeratur & maturentur materia.
¶ Galienus. Trocisci cognominati assemus: & sunt troscisci stelle cōferunt huic tussi iuuamentum sublime & proprie dati cum rob. Et sit dosis a tertia. ʒ. vnius usq; ad. ʒ. ß. Et sunt ex hominibus qui dant cum aqua ordei.
¶ Humain. Cōfectio alba cui est iuuamentū: & opatio uehemens ad tussiz difficilē: & antiquā ex materia grossa & uiscosa: & aperit oppilatiōes pectoris et pulmonis et mundificat ea: & clarificat uocē: et educit saniē et materias corruptas ex pectore & cōfert ptisi. ℞. sēis lini assi passularū enucleatarū: añ. ʒ. iiii. amigdalarū dulciū et amararū: granorū pini. añ. ℥. ii. auellanarum assarū. yreos: gluti ni albotin. ana. auř. ii. thuris masculi. croci. myrrhe. ana. auř. i. Fac ex eis trociscos cuz lacte asine & dimitte siccari. Deinde tere & cōfice cuz melle: & est dosis eius. ʒ. i. mane & sero teneat sub lingua.
¶ Archigenes. Cōfectio que cognoscitur mirabilis cōferens cum uirtute dei & sputū sanguinis: et ad tussim cronicā & antiquā est materia putrida saniosa ex ulcere & ptisi. Mundificat enim & abstergit cum uirtute dei a materia grossa et putrida: & sunt vsi ac medicina prudentes. Et cū sit ex fortibus non ambigetur super ea: & cōfert⁹ prefocationi matricis et paralysi & uesice: & confert fluxui uentris & periodis febriū et

resistit venenis: cuius pmixtio hec est. Reci. castorei: piperis longi & nigri storacis: spice: costi: galbani: opii: ana. ʒ. iiii. croci. ʒ. ii. Confice cum melle dispumato quantum sufficit. Dosis eius est sicut faba cum aqua mellis.

¶ De fluxu sanguinis ab ore.

SAnguinis exitus ab ore est ꝑm unum quattuor modorũ: aut enim expuitur tm̃: & est ex parte oris: aut egreditur cũ rascatione: & est aut a colatorio: aut ab vuula: aut palato & partibus eorum. Et qñq; egreditur cum uomitu & est aut a meri: aut a stomacho: aut ab epate: aut a finibus eorum. Et qñq; cum tussi: & est aut ex pectore aut a pulmone: aut a canna aut lacerto uocali: aut epygloti. Et quidẽ qualiscunq; horum fuerit est ꝑm vnum. iiii. modorũ. Aut enim est ꝑm semitam redũdatiõis ex aliquo sicut a venis: aut arteriis: & proprie quando accidit ebullitio in sanguine. aut agitatio aut apostemate sanguineo: cuius materia est facilis resolutionis Secundus est ꝑm semitam redundationis: sicut accidit pluribus a retentione menstruorũ: & cõstrictione emorroydarum non ꝑm sapientiam: & sicut accidit pluribus propter exuberantiam sanguinis in toto. Tertius uero ex ruptura vene & apertione eius cũ vulnere aut sine vulnere. Quartus ex ulcere & corrosiõe sup uenã. Sanguĩs aũt qui expuit dicta cura est capitulo de vulneribus et ulcerib⁹ oris: & partiũ eius. Cũ uero egredit cũ rascatiõe cura dicta est in capitulo de fluxu sanguinis nariũ: & in capitulo de ulceribus vuule & palati: & in caplo de alcola. Et cõferũt eis gargarizatiões ex rebus stipticis: & si nõ tollitur flobothomet ex cephalica flobothomia subtili uice post uicem. Et fiant alia que sunt dicta ibi. Egressionis aũt sanguĩs cum vomitu cura est tres res. ¶ Prima est rectificatio mẽbri: a quo est passio. ¶ Secunda est ut fiat diuersio: & hoc fit cum subtractione sanguinis ex uena seruiente illi membro: & cum applicatione ventosarum sup ipso & sil'bus. Et si est a corpore toto propter exuberãtiam sanguinis in ipso: fiant flobothomie cum iteratione ex basilica: nũc dextera: nũc sinistra. Et quãdoq; ex saphẽis: & hoc quidem differenter. Nã si solũ in quantitate exuberat flõmia

larga necessaria est uel mediocris largitatis. Si autem acuitas & inflammatio fit in sanguine cum subtilitate & ebullitione subtili flomia utendum est. ¶ Tertia est administratio rerum conglutinantiuz & consolidantium sicut competit ex his que dicemus. Nunc uero eorum que compinguunt & ingrossant sanguinez ex his que dicemus. Sanguinis autē egressio cum tussi est ex pectore aut pulmone: & eius cura est praua. dixit enim Hyp. Screatum sanguinis ex pectore aut pulmone: si concomitatur sputum putredinis & post illud ptisis & post illam desperatio & mors. Verum qd' est ex pectore est minus suspectum eo quod est ex pulmone. Raro quidem solutio continuitatis in pulmone sanatur: & illud est ꝑpter quinq; res. ¶ Et prima quidem res est quoniam motio resistit cōsolidationi: immo addit ad ipsam & dilatat eaz. Et nosti ꝙ pulmo in similitudinem foliuz formacis dilatatur & cōstringitur continue hoc causam uite.
¶ Secūda uero est quia sanies in spōgioso membro diu retinetur: & diu retenta magis acuitur: & magis acuta ꝓfundat ulcera. ¶ Tertia est: quoniam solutio continuitatis cadens in pulmone dilatat ipsum & retardat officium eius quod diximus quare fumi calidi difficulter egrediūtur: immo cumulantur in solutiones loco & inflammātur: & addunt ad solutionem: & dispersi per corpus sunt causa desiccationis membrorum et febris ethice. ¶ Quarta est quoniā pulmonis caro multe possibilitatis est: & teneritatis cito subiecta putrefactioni. & illud ideo quoniam nutrimentus eius est ex sanguine subtili & acuto & est ipsum receptaculum flegmatis quare cito fit. in eo repugnatio contrarietatis: in alterum: & ex hoc cito accidit putrefactio & corruptio. ¶ Quinta est. subsistentia eius catarrus paulatim vulnerātibus & ulcerantibus. Ex his autem patet: ꝙ ex pulmone sanguīs excreatio. aut in ei cōtinuitatis solutio suspectio. Et quidem. Hyp. dixit sanguinis screatus ex profundo qualiscūq; ascendens suspectus est: a superioribus autem fluens non est suspectus.
¶ Egressionis autem sanguinis ex pectote aut pulmone: cura est ꝯm duas intentiones: ulēm scʒ & particularez. Vniuersalis

falis autez intentio est quattuor res. Prima est. sanguinis, adequatio. Secunda est diuersio. Tertia est mundificatio. Quarta est accidentium correctio.

¶ Primã igiẽ rem cõplẽt correctiões cadẽtes in exuberantia in qualitate & quãtitate sanguĩs in utrisq;. Et quãtitate qdez cũ diminutiõe cibi & potus: & dimissiõe uini. Et si excusari nõ potes: sit multe pmixtiõis cum aqua: et sit uinũ stipticũ. et dimitta dulcia: & pulmenta ex lacte: et frumẽto et tritico: et uitet oĩa gñalr: que dilatant & multiplicant sanguinẽ ex his que comeduntur & bibũtur. Et abhorreat quietis supfluitatem multiplicãtem materias somni & pprie sub radiis solis & lune: & abhorreat laborez in horis vehemẽtis caloris: & laborẽ agitatiuũ et clamorẽ ad iram & portatiões ponderũ & coitus superfluitatem: et frequẽtationes balnei dulcis: & silr̃ia. Et sit cõtentus sorbitionibus factis ex sauich ordei & rizo: & milio: et cõceditur caseus recẽs: & lac ex quo extractũ sit butyruz & fructus stiptici. Et ex oleribus portulaca: & lactuca: & endiuia & attriplices & cucurbite & citrulli. Et ex carnibus carnes perdicũ turdoruz: & minutaurũ auium minus pinguiũ leporis: & silr̃ium decocte cuz fructibus stipticis & succus eoruz. Et ex granis comedãt lentes excorticatas & mes & sauich ordei: & rizum & miliũ et gegueris: et farinaz fabaruz. Et piscibus pisces degẽtes in locis petrosilis; & cancros aquaꝝ dulciũ coctos in lacte sine butyro & aqua ordei & q̃ hoc cursu pcedunt. Bibant aũt aquam rosatã aut decoctionis rosarum & quã de minera ferri: aut aquã in qua extinguitur ferrũ cum rob myrtino aut aquaz ordei decoctionis cancrorũ aque dulcis & similia. Si autẽ pctm̃ sit ex parte acuitatis sanguinis & ebullitionis sedamus id cum rebus extinguentibus inflãmationem & ingrossantibus sanguinẽ. Sicut sunt pprie cibi & potus frigidi: & pprie stiptici & extinctiui inflãmationum sicut cibi congelati & lentibus cum succis aliquibus stipticis: aut ex cucurbita. aut citrullis & portulaca est ex rebus mirabilibus ad illud. Sedat enim inflãmationem & stringit sanguinem: & cõcedũtur eis cibi pauce acetositatis, sicut zeroschie et sumachie. & cucurbita cum

granatis

granatis acribus & dulcibus: aut muzis tritis cuz granis suis & carnes pulloruz & paruaruz auium cuz succis stipticis & cõgelatum ex eis. Et cõfert eis iuuamentũ magnum administratio psilii assi cõquassati in aqua rosata cũ coriãdro asso: silr aũt semẽ portulace cũ aqua rosarũ: & hoc in matutinis. Hec eñi ingrossant & impinguãt sanguinẽ. Huius etiã intentionis est lac acetosum extracto butyro ex eo: & si extinguatur in eo ferrũ magnificatur eius opatio: et caseus recens est bonus eis: & laudantur eis iuiube & aqua decoctiõis earũ et fructus stiptici & succi eorũ & silia. Et ex rebus etiã sanguinis inflãmationez & acuitatẽ sedantibus sunt emplastrationes & epithyamata circa epar & cor ex rebus: & succis frigidis & stipticis: et appositiones aque ueri frigoris cum aliqbus eorũ circa ipsa: & sedere in aqua frigida et silia que diximus in capitulo de fluxu sanguinis ex naribus. ¶ Si autẽ peccatum in quantitate sanguinis simul & qualitate fuerit. tunc nostra occupatio erit circa utrũq.

¶ Secundã rẽ cõplent administratiões flõmie cũ iteratiõibus si opz ex uena basilica: nunc dextri nunc sinistri brachii mediocris aptiõis: si solũ in qtitate sanguĩs exuberat: aut subtilis aptionis si subtilitas & acuitas dñał in sanguine. Et qñq cõuertimus sanguinẽ ad lõginquã diuersitatẽ sicut ptes inferiores. et hoc cũ flõmia saphene et uentosatõe cruriũ & scarificatione in ipsis. Et quãdoq exigit dispositio emorroydarũ aut menstruoruz puocationẽ: & facimus id. Et conferunt uẽtosationes in hypocũdriis sine scarificatione.

¶ Et dixit Ruffus: quandoq accidit mulieri ut spueret sanguinem postq lac delituit in mammillis eius: & restrictus est prouocatio: lacte & accidit ei illud tertio & curata est post exuberantiam lactis.

¶ Tertiam aũt rẽ cõplent administratiões medicaminũ sanguinẽ mundificantiũ: et siqdẽ fuerit acuitas & inflãmatio & ebullitio in eo pter permixtionẽ colere acute in ipso: oportet q euacuetur colera prius: deinde flobothometł. Hoc eniz est sm canonẽ artis: demũ sequatur ĩfrigidatio: & si oportet vltima infrigidatione. Colera aũt euacuabitur cũ aqua fructuum

ctuum facta ex eo q mulgetur ex seminibus portulace prius assis. Et in reubarbaro est uirtus mirabilis in hac parte. Euacuat enim coleram & stringit de proprietate sanguinem & proprie cum succo lingue arietis: aut cum aqua que mulgetur ex seminibus portulace. Si aut flegma abundat cum sanguine faciens exuberare ipsum euacuetur flegma cum eis que scis. Deinde flobothoma. Et ex eis et que mundificant sanguinem simul & diuertunt motum eius: & inclinant inferius sunt administrationes clysteriorum debilium: & si oportet hntium acuitatem ex his que scis nisi timueris agitationes fieri in ipso: & proprie apud ebullitionem eius. Tunc aut oportet blandiri cum clysteribus debilibus. Hec est enim operatio secundum sapientiam.

¶ Quartam rem complent nunc abstinentia & cessatio a rebus mouentibus & agitantibus sanguinem. Nunc aut preuentio & preseruatio a fluxu eius: & proprie in exposito ad illud. Nunc uero remotio nocumenti facientis cadere in illud. Res aut mouentes & agitantes sanguinem sunt cibi acuti & medicine acute & labor vehemens & ebrietas multa et rize et vociferationes et casus & percussio: & his similia. expositi aut ad sputum sanguinis sunt habentes pectus strictum & nudum & humeros sicut curuature alarum et collum subtile & longum et depressum inter alas & humeros et frequentat eis tussicula cum punctura interdum: nunc apud dextram: nunc apud sinistram spatulam nunc apud aliquam mamillarum. Hos aut preuenimus ne cadant in illud cum flobothomia ex basilica: & inclinatione sanguinis ad inferiora cum flobothomia saphene & positione uentosarum & prouocatione emorroydarum aut menstruorum & fricatione facta in extremitatibus & correctione in sex generibus rerum sicut scis. & hec omnia maxime obseruanda sunt proprie in principio ueris & in toto uere. Et est enim tempus exuberare faciens sanguinem.

¶ Nocumenta aut facientia cadere in sputum sanguinis sunt sicut catarrus acutus tussis vehemens apostema pleureticum aut peripleumonicum: aut epaticum & ex his est retentio menstruorum & constrictio emorroydarum consuetarum fluere. Et quidem iam catarri curam scripsimus: & tussis in pleuresi siquidem: &

pipleumonia

peripleumonia sanguineis apparēs sputum est signū lauda/
bile:resudat enim ex apate aliqd post aliqd ex eo q̄ materia
eius est resolubilis non ꝓhibita propter adherentiā aut cum
pactionē. In apate aūt epatico est eius apparitio. aliqñ cau/
sa ad malum:: & ꝓprie cū apa est magnū exuberans: & qñq̄
ē signū boni et ꝓprie apud resolutionē ipsius. Emorroydarū
aūt aut menstruoꝝ cōstrictio non ſm sapientiā si faciat cade
re in illud: aut si sit suspectio de illo tunc eorū prouocatio ex
cusat aut susceptione uel suspitione. sicut Galie. super uerbis
Hyppo. dixit. Inqt enim cronicus emorroydarum fluxus to/
taliter cōstrictus et subito cadere facit in hydropisiꝫ: aut ma
niam aut sanguinis screatum et ptisim.

¶ Particularis aūt intentio hꝫ quattuor modos. Primus co
git uertere intentionē nostram ad curationē screatus sangui/
nis:q contingit ꝓpter resudationē ipsius. Et si qdem fuerit ab
apate sanguineo cuius materia ponitur in resolutione alicu/
ius casus est aliqd curari non indiget: est enim significatio sa
lutis. Si aūt fuerit ſm semitam resudationis ex venis pulmo
nis aut arteriis vel ēt pectoris propter agitationem & ebulli
tioneꝫ cadentē in sanguine dabimus medicamina sanguinis
feruorem reprimentia: & ipsum cōpingentia. Et huius opera
tionē facientiuꝫ summa hec est portulaca ꝓprie cōmasticata
frequenter et parumpost parum deglutitus eius succus poten
ter stringit sanguinem : & sedat ebullitionem eius & cōpin/
git ipsum. Et similiter semen eius assum & tota planta ipsius
ēt ſm oēm modum administrationis eius. Et simil'r albū pa/
pauer assum. Iuiube aūt sunt huius intentionis ſm oēm mo
dum administrationis earum. In mucillagine autē psilii cum
lapide ematithe diligenter loto et contrito cōtritione vltima
inest virtus mirabilis: & simil'r in coriandro. Et simil'r in lapi
de emathite cum succo arnoglosse Psilium aūt assum & con
quassatum cū aqua expressionis portulace : aut seminis eius
vsq̄ dum fiat mucillaginosuꝫ: est ad id mirabile . Et similiter
semen iusquiami cum succo arnoglosse huius etiam est intē/
tionis lac coctū cum lapidibus fluuialibus aut cuꝫ ferro igni
to. Prius extracto butyro ex eo. Et sil'r lac acetosuꝫ extracto

ex eo

ex eo butyro & caseus recens simil'r. Lutum aũt assemen & lutum armenũ et sigillatum sunt ex medicinis ueris ad illud & ꝓprie cũ succo plantaginis. Ista enim cũ uirtute infrigidationis & conglutinationis & ex eis cõposita sunt ultima ad id: & q̃cunq; sunt huius intẽtionis. Et laudantur eis aqua ferri & aqua pluuialis cũ gummi arabico asso aut dragaganto. Et laudatur eis ẽt aqua ordei: et ꝓprie assi cuz canceris fluuialibus aut spodio: et similibus. Et qñq; exigit necessitas apud vehementem agitationẽ & uigilias ut cum eis aliqua ex narcoticis tribuantur & tunc facimus id cum cautela.

¶ Secundus modus docet uertere intentionem nostrã ad curationem eius screatus sanguinis qui fit ꝭm semitam redũdationis & huius curam iam diximus: qñ modos diuertẽdi fluxum sanguinis docuimus.

¶ Tertius modus q est ad curandum apertionẽ aut rupturã vene cũ vulnere aut sine vulnere indiget administratiõe medicaminum stipticoꝝ & cõsolidatiuoꝝ. Et hoc q dem facientium summa hec est: anguis drachonis proprie & carabe & bolus & lutum sigillatum et balaustie et rose & cornu ceruinum adustũ et corali adusti & chachie et hypoqstidos & cortices et flores granatorum et mathites et gũmi assum: & mumia et reubarbarum ꝓprie assum & cortices thuris & cortices masticis et coagulum leporis et coriandrũ et semen lingue arietis: & capita et uirgulta rosarum et fructus et folia myrti & spodiũ et cortices cancrorũ vstorum & sil'a. Fũdamentũ aũt & medicina cũ quibus hec miscenda & ꝓpinanda sunt vel aliqua eorũ hec sunt succus ꝓprie plãtaginis: & succus albut sandant et succus portulace et succus albedarogi & aqua alsauich et aqua pluuialis infusionis gummi assi: & aqua rosa. & succus citoniorum et miua et succus granorum myrtis et syrupus ex eis et mucillago psilii & semen citoniorum et aqua sumach et similia. Medicinas aũt compositas scribemus post si deus uoluerit: de quarũ summa ẽ zuccharum rosatum proprie: est enim medicamẽ eis benedictũ & miua et syrupus de rosis siccis et syrupus de iuiubis et syrupus myrtinus: et syrupus de pomis stipticis et trocisci de

charabe

charab et trocisci de terra sigillata quorum memoriam feci/
mus in antidotario.
¶ Medicamina aūt q̄ administrata emplastrādo aut linien
do extra. Sūma hec est. Oleum rosatum cū mastice aut oleuȝ
myrtinū & ex eis est oleū de citoniis: & oleum nardinum et
succus coriādri humidi cū sauich aut farina ordei: aut cum
sandalis aut spodio et rosis cum modico cāphore. Hec eniȝ
empl'a cōferunt. Vel accipe acchatie hypoqstidos farine sa/
uich et farīe orobi: aā. Cōfice cū albumīe oui & suppōe. Vel
accipe puluerē thuris subtilissimū & administra cū albumi/
ne oui. Et qdē de rebus melioribus in hac pte est subtiliter in
qrere ad inuestigandum locum vehementē doloris. Illic em̄
emplastrationes et linimenta utilissima ponentur.
¶ Quartus aūt modus docet abscindere cās ulcerationum
& corrosionum cadentium in ptes pectoris et pulmonis &
pprie pulmonis ꝑm plurimū: hoc em̄ est id qd̄ est suspectum
& timorosum maxime: & hmōi qdem curationeȝ scribemus
in ca. de ptisi: si deus uoluerit & permiscerit curari hmōi.
¶ Galie. si accidit sputum sanguinis a catarro tunc erit con
sideratio nostra: vtrum sit acutus aut non acutus. Et si fuerit
quidem acutus et colericus aut salsuginosus sedabimus im/
petum acuitatis eius prius cum regimine bono distincto in
ca. de catarro. Postq̄ȝ aūt vehementia acuitatis sedata fuerit
soluatur natura cum eo ꝙ est sicut infusio mirabolanorum
et similia. Et si fuerit salsuginosus cum eo ꝙ est sicut pillule
cochie. Deinde precipimus eū flobothomari de vena cepha
lica flobothomia subtili & si oportet cum iteratione & frica
mus extremitates eius uice post uiceȝ & trahimus materias
eius a capite cuȝ clysteribus acutis: & si opȝ fortis acuitatis
& cū positione uentosarum in cruribus: & sup emorroydas
post apertionē earuȝ cū flobothomia. Et cōfert eis post illud
administratio aque ordei cū cancris fluuialibus: et syrupus
de papauere. Et si indiget medicamine fortiori dentur troci
sci alschēdene: quorum rememorabimur post. Et fortius est
ex eis trocisci de charabe & proprie cū syrupo de papauere
aut syrupo myrtino: aut rob ei⁹. Et si res fuerit prauior nō ē
excusatio

excusatio administratiõis medicinaruȝ fortium: sicut tyriace proprie & mitridati & athanasie & trocisci stelle & similiuȝ. Et iaȝ quidẽ mulieri cuidã & pluribus post illã cui acciderat sputũ sanguinis ex catarro cõmensurauimus regimina que iaȝ diximus & instituimus post illa: ut poneremus sup caput eius & ꝓprie in parte zuendeg medicamẽ ex fimo colũbino postꝙ̃ egressa est balneũ & adiũximus & dedimus sibi tyriacã recentẽ anni sui ut faceret eã dormire & in crastinũ iniũximus fricari extrema ipsius & cõstringi institis & administrari ex tyriaca recenti quãtitatẽ minorẽ et minimus quotidie quantitatẽ eius dones deuenimus ad administrationem solius mellis ut mũdificet pulmo sufficienter: & non recessimus ab administratione alicuius ex rubificãtibus super partem que dicit zuendeg: & ab assiduitate fricatiõis extremitatum donec diuerteretur catarrus & remansit nobis post hec sola una necessitas. s. ut deinde cõsolidaretur vulnus & dedimus ei filoniũ persicum: & interdũ trociscos de luto sigillato cum zuccharo rosato & qñq; zuccharum rosatũ soluȝ in quantitate multa & fecimus interpolationes in administratione ipsorũ & vicissitudines: & qñq; ex eorũ usu stringebat anhelitus cõuertebamus studiũ nostrũ administrandum res que dilatãt ipsum & educunt saniẽ sicut proprie decoctiones ysopi & similia: & cũ elargabat anhelitus tũc reuertebamur ad filoniuȝ & trociscum & zuccharũ rosatũ cum hac uicissitudine sanata est. Et nõ est modo comprehensibilis numerus eorum qui sanati suntꝰm doctrinam hanc.

¶ Filius zezar. Confectio trociscorum conferentium tussi et sputo sanguinis. ℞. gummi arabici boliarmeni: ana. ℥. x. seminis portulace. ℥. ix. spodii folioruȝ rosarũ: & seminis earum añ. ℥. ii. dragaganti amili. añ. ℥. v. Fac trociscos cum succo lingue arietis. & da cum eodem succo.

¶ Idem. Confectio trociscorum de papauere conferentium screatui sanguinis & tussi cũ febre & dolori pectoris si deus uoluerit. Accipe rosarũ gũmi arabici. ana. ℥. iiii. amili papaueris dragaganti succi liqritie. añ. ℥. i. spodii croci. añ. ℥. me. Cõfice cũ triplicato melle aut rob: et da cũ rereniabin et aq̃.

¶ Idem.

¶ Idez. Confectio trociscorũ emanthicorũ expertorũ et iuuamentorũ ad screatuz & sputum sanguinis & manationez eius undecũq;. ℞. corticũ cancroruz fluuialiũ assorum. ʒ. xvi. coriãdri assi. ʒ. vii. seminis papaueris. ʒ. xv. boliarmeni & terre sigillate. ana. ʒ. vi. seminis portulace: foliorũ rosarũ cũ capitibus suis: gummi arabici dragagãti. ana. ʒ. v. lapidis emathitis loti. ʒ. iiii. eufistidos accatie cornu cerui adusti. charabe balaustie seminis myrthi. anã. ʒ. iiii. cõcularũ incensarũ. ʒ. ii. margaritarũ nõ pforatarũ. ʒ. i. Fac trociscos cum succo lingue arietis. Ex rebus mirabilis iuuamenti sunt trocisci de terra sigillata & trocisci de charabe dicti⁹ in antidotario.
¶ Dyascorides. Portulaca sanguinis sputum sedet ex pulmone & proprie masticata & frequens succi ipsius deglutio & similiter semen eius. ¶ Sedegeni autẽ est ad illud mirabilis & proprie lotus & administratus cuz succo portulace aut arnoglosse. Et similiter coagulũ leporis cũ eisdem succis stipticis. Et iaz exptum est q seminũ arnoglosse granorũ myrthi & capitum rosarũ cũ foliis suis. ana. ʒ. i. & . ß. administrata cum succo arnoglosse sunt ad illud medicamen ultimum. Et in semine iusquiami est operatio bona. et hoc qñ egritudo est praua & pprie cuz aqua mellis & in mumia. similiter est opatio perfecta & proprie in sputo sanguinis ex pcussione aut casu & fit potio ipsius chirat. i. & pprie cũ uino stiptico.
¶ Andromachus. Confectio trociscoruz ad sputũ sanguinis & screatũ eius. Recipe accatie. ʒ. iiii. rosarũ balaustie: anã. ʒ. vi. gũmi arabici. ʒ. ii. dragaganti. ʒ. i. Confice cum aqua pluuiali. Dosis. ʒ. i. cum aqua frigida. & est expertum.
¶ Paulus. Confectio trociscorum restringentium screatum sanguinis: etiam si sit antiquus et sedantium agitationes et inducentium omnium ℞. accatie scebdanegi lote hypoquistidos balaustie florum mali granati. ana. ʒ. v. gallarum. ʒ. i. & ß. opii croci. ana. ʒ. iii. Fac trociscos cum pluuiali. dosis. aur. ß. cum aqua frigida.
¶ Filius zacharie arasi. Confectio trociscorũ scehdene conferentium sputo sanguinis: & eius manationi undecunq; & sunt experti. ℞. thuris sanguĩs draconis balaustie. ana. ʒ. iii.

&.ß.alterius charabe.ʒ.v.scehdene terre sigillate: añ.ʒ.x.alu minis.ʒ.ii.&.ß.opii cynamomi: añ.ʒ.ii.iusquiami.ʒ.i.& me. Fiant ex eis trociscis.iiii. Et sit dosis.i.cum albedarogi aut aqua portulace aut lingue arietis.

¶ Idem. Confectio epithymatis quo linitur pectus & sedat dolorem & restringit sanguinem et consolidat et linitur super stomachum apud vomitum sanguinis & vesicam & super renes apud minctura̅ sanguinis & pessarizatur in matrice apud superfluitatem menstruorũ et stringit fluxũ emorroydarũ.℞.succi eufistides accatie sanguinis draconis galle balaustie croci gummi arabici myrrhe boliarmeni opii: añ. fiant trocisci & line ex eis ubi oportet.

¶ Sabor. Cõfectio papaueris cõferentis cũ auxilio dei q spuit sanguinẽ ꝓpter acuitatẽ & inflãmationẽ et dolorez pectoris & pleuresim.℞.rosarũ gũmi arabici: añ.ʒ.iiii. amili dragagãti papaueris: añ.ʒ.ii.spodii croci: añ.ʒ.ß. succi liquiritie ʒ.ii. Confice cum syrupo de papauere: da cuz aqua pluuiali & syrupo myrthino aut rob eius aut syrupo de papauere.

¶ Idem. Confectio trociscorum conferentium sputo sanguinis et emanationi eius vndecunq;.℞.luti sigillati.ʒ.iii.boliarmeni amili rosarum: añ ʒ iiii.charabe granorũ myrthi: añ. ʒ.vi.cancrorum ustorum: seminis portulace: ana.ʒ.x.corallorum dragaganti spodii: añ.ʒ.v.gummi arabici scehdene succi liquiritie: ana.ʒ iiii Confice cum succo portulace & aqua roß da cum aqua pluuiali.

¶ Isaac israelita Confectio medicaminis cõferens screatui sanguinis a pectore et pulmone et emanationi eius & uomitui: & hoc medicamen non pmittit cadere in ptisim. Accipe psilii assi.ʒ.xv.granorũ portulace assorum gũmi arabici assi boliarmeni: ana.ʒ.v.papaueris albi lactuce: añ.ʒ.x.charabe asse rosaꝝ cũ pedibus suis: añ.ʒ.iii.coralli assi.ʒ.iii. Tere oĩa sicut alcohol. Dosis eius ẽ.ʒ.iii.cũ aqua frigida mane et sero & sit cibus eorũ uitella ouorum & pedes arietũ & edorum.

¶ Idem. Confectio loch que administratur ad manationes sanguinis ex pectore et pulmone bona.℞. dragagãti gummi arabici sanguinis draconis boliarmeni rosarũ amili spodii: ana.ʒ.

ana.ʒ.iiii.scehdenegi:seminis arnoglosse papaueris albi mumie accatie succi eufistides:ana.ʒ ii.penidiaruȝ sahari ʒ.iii. Confice cum syrupo facto ex rosis siccis quantū sufficit:aut cum syrupo myrthino et administretur.

¶ Filimon.Confectio Filonii persici vehementis virtutis ad manationē sanguinis vndecunq; & screatum eius cum tussi & sine tussi & superfluitateȝ menstruorū dolorosam et emorroydarum & egestionē sanguineam & ad mulieres pregnantes quibus erumpuntur menstrua & conseruat fetus in matricibus earuȝ Cuius hec est permixtio Accipe papaueris albi iusquiami:añ ʒ.xx.opii terre sigillate:añ.ʒ.x.scehdenegi croci:añ.ʒ.v.castorei spice euforbii piretri: margaritaruȝ non pforatarum charabe zedoarie doronigi ramich:ana.ʒ.i.camphore.ʒ.unius tertiam:confice cum melle rosato colato quātum sufficit Dosis a.ʒ.ß.usq; ad ʒ.i.cum succo arnoglosse aut cum aqua rosata et modico uini puri.

¶ De pleuresi.

Pleuresis aūt quedā vera q̄dā non uera. Et uera qdem est apatio cadens in panniculis & lacertis distinguētibus inter uelamen distinguens magnū & costas et proprie secus extremitates costarum terminatarum in pectore aut sub eo aut accidens in panniculo distinguente et est dyafragma et eius materia est sanguis:aut sanguis colericus aut colera pura. Et non uera quidem pleuresis est que fit in uelamine et lacerto extrinsecis cooperientibus pectus et distinguētibus inter costas et cōmissuras earum et cōmunicantibus cuȝ cute. Et eius materia aut est flegma putrefactū & inflāmatum:& hoc ē raro aut melancolica et hec est rarius. Et illa qdem q̄ fuerit in velamine distinguēte costas cum cōitate minus suspecta est. Que uero in velamine q̄ est sub costis magis. Que aūt in uelamine distinguente est praua. Fit em̄ cum pmixtione intellectus circa augmentū et statū eius.& illud ideo qm̄ cōicat cuȝ cerebro mediante neruo magno quodam qui dirigitur et dilatatur in substantiā pāniculorū. Et qdem cōe est intrinsecis et extrinsecis panniculis ab omni materia apostemari posse uerum a sanguine & colera frequentius a flegmate et me/

ſancolia rarius. & illud ideo qm̄ ad membrum panniculare & denſum & raro groſſum aut uiſcoſum penetrant.

¶ Pleureſis aūt qualiſcunq̧ fuerit aut reſoluitur aut ſuppu/ratur aut permutatur. Ars aūt et ingeniatio ad reſolutionem ipſius eſt ꝑm. vii. res. Et prima q̄dem eſt repercuſſio materiei. Secunda eſt regimen ingeniatiuum quo req̄ritur ſciētia utrū ſit a plenitudine humorali aut uentoſali. Tertia eſt diuerſio materiei. Quarta eſt ſubtractio eius ſubtractione communi poſt digeſtionem ipſius. Quinta eſt eductio ipſius eductione proprie poſt preparationem eius. Sexta eſt correctio accidē/tium. Septima eſt regimen uite eius quod in tota prolatione cure extendendum eſt.

¶ Et primam quidē rem complent adminiſtrationes medi/caminum mēbrum cōfortantium ipſiuſq̧ uirtutem coadunā/tium ut non recipiat nec ipſum uincat que ad ipſuȝ fluit ma/teria. Et ex hoc quideȝ facientibus eſt emplaſtratio facta ex lentibus excorticatis coctis cum aceto aut ex farina fabaruȝ cocta cum aceto aut ſauich cum aceto. Et fortius eis eſt em/plaſtratio ex lentibus non excorticatis lotis in aqua calida. Deinde coctis cum aceto. Huius etiam intentionis eſt eua/poratio facta cum ſpongia infuſa in aceto decoctionis roſa/rum aut balauſtiarum aut ſimilium. Verum hoc eſt ſuſpectū niſi cum materia pauca fuerit aut in principio principiante cum nondum materia repſit in locum. Et hec quidem caute/la eſt ut adminiſtretur regimen diuerſiuum in eodem: tūc em̄ hec cura eſt ꝑm ſapientiam.

¶ Secundam reȝ complent adminiſtrationes euaporationū nunc humidorū nunc ſiccorum ſicut diſpoſitio materiei exi/git. Et recipimus ſpongiaȝ marinam aqua calida infuſam & expreſſam alia euaporatoria precedere prius: tamē loco pal/ma manus leniter fricato & oportet ut ſit ſpongia lata & am/pla ex omni parte circundans et oportet inter carnē & ſpon/giam pannum antiquum ſubtilem & ſiccum interponit & ſu/pra ſiccum alium ꝑmutari ſingulis iterationibus atq̧ iteratio/nibus adminiſtrationis ſpongie & oportet eſſe aquā dulcem ac leuem: & q̄n̄q̧ decoctionis camomille aut aneti aut ſimi/lium.

lium. Et aqua salsa est fortior aqua dulci & hoc qñ oportet et quandoq; facimus illud cuz uesica aqua calida semiplena. Ex bonis euaporatoriis est aqua decoctiõis furfuris & camomille aut aneti aut herbe uitri: & adhuc sacellationes ex herba uitri et furfuris postq̃ calefactum fuerit in latere calido super quem roratum prius fuerit acetum pmixtum aqua aut cum aqua sola aut aqua salsa ꝑm quod exigit dispositio materie: & qñq; madefiunt in aliquo eorum prius. Deinde calefiunt & supponuntur. Et fortius his est euaporatoriũ factuz ex orobo et seminibus aut foliis caulium & aceto positis super lanam imbibitam oleo aut oleo anetino. Et siccis autem euaporatoriis est sacellatio facta cum furfure et sale calefactis aut milio & sale calefactis aut panico et sale. Ex mediis inter humidum et siccum est uas eneum aut terreũ aqua calida plenum & opz ut sit uas amplum cõnexum ut ex oĩ parte circundet. Et qdem super oĩbus his canon est quẽ semper obseruari iubemus: qm̃ circa cito et tarde resolubile intẽse aut remisse calidum et circa in superficie aut ꝓfundo positũ euaporatorii administrationes opz cõmensurare. sic enim traditur scientia ꝑm sapientiam. Et adhuc qdem canon est debere ab humidis et debilioribus incipere. Et q̃to compatior & siccior fuerit materia tãto tardius ad fortiora prorumpere ne resoluatur materie ꝙ subtile est et cadat: deinde durities in residuo. Hoc namq; cauendum est. Cauendum etiam ne uapor ex euaporatoriis ad egri nares ascẽdat. Dissolutionẽ em̃ et tristiciam & anhelitus constrictionem generat cuz aũt ex serie operationis huius peruenerit ad hoc ut dolor et pũctura qualiscunq; fuerit resoluantur a ut ꝑm aliquid aut integre subest excusatio transeundi ad aliud. Si uero multiplicatur vsq; adeo ut dilatetur et ascendat dolor usq; ad furculas: aut vsq; ad hypocondria extendatur: tunc certuz est ꝙ resolutio nez repletio agitatiua prohibet: immo adhuc euaporatio dilatat agitatam et multiplicat. & hoc maxime cũ repletio fuerit in toto: tunc ad aliud genus cure procedendum est quem admodum dicemus iam.

¶ Tertiam igitur rem cõplent administrationes medicami-

nuȝ ꝫm exigentiā unius duarū occupationū. Et prima qdem est ꝙ si materia fuerit dilatata ascendens usqȝ ad furculaȝ & nondū ex toto repsit: sed adhuc est ut repat flōmetur basilica ex latere opposito & extrahatur de sanguine usqȝ duȝ altere tur color eius: iuxta uirtutis & etatis exigentiā. Et quandoqȝ apud pluralitatem repletionis iubemus flobothomari ex sa phena partis oppisite. est eniȝ eius iuuamentū sublime festi nuȝ: & ꝓprie apud ascensum materiei ad caput. Huius etiaȝ intentionis sunt ventosatiões in cruribus: & fricatiões in ex tremitatibus & clysteria lenia et que hoc cursu ꝓcedunt. Se cunda vero est ꝙ si materia fuerit decliuior ad hypocūdria preponenda est clysterizatio. Deinde si necessitas expe tit flobothometur basilica silr partis opposite: & non exclu datur si uirtus ꝑmiserit flōmia saphene. Et uniuersaliter q dem extractio fecis: et alleuiatio partiū uentris a fece & uen tositate excusat ab additione nocumentorū in hac egritudi ne. Administrētur igit clysteria leuia facta ex eo qđ est sicut aqua ordei cū radice maluaruȝ: & aqua sicle pauca: & simili bus. Et ne excedas in usuȝ eorū nisi usqȝ ad illud qđ significa bitur tibi ex dispōne: qm̄ consueuit egritudineȝ hanc fluxus sanguinis sequi īmoderantiaȝ. Et si quideȝ fuerit cū eis acces sus incolumitatis ad anhelitū & lentescentiā febrium: tunc est huius apparitio significatiōis laudabilis. Si uero non con traria. Ex rebus aūt maximi iuuamēti ad diuertendū morbi materiā est positio uentosarū sup locuȝ doloris: nunc cuȝ in cisione nūc sine ea sicut exigit necessitas. sedatur eniȝ ex hoc dolor interdum & interdū materia ad partes cutis trahitur. Verum opȝ operationē hanc ꝙ precedat corporis mūdifica tio cuȝ flobothomia & solutiōe uentris ex his que dicemus. Verum hoc a septimo usqȝ ad decimūquartum diem & hoc proprie cuȝ intelleximus materiam morbi posse reuocari ad cutē Huius ēt intentiōis est emplastratio ex sinapi: & silibus.
¶ Quartā rem cōplent flobothomia: & corpis mūdificatio cuȝ medicinis solutiuis ꝫm necessitatis exigentiaȝ. Et hoc qđ nunc discutimus: dirigit intentioneȝ nostrā ad egritudinem iam factā in qua repsit ꝫm totalitatē ipsius materie. Necessa

ria est

ria est ergo flobothomia tunc si ex sanguinis abundātia fuerit ex basilica partis que sequitur dolorē facta usq; ad coloris sanguinis permutationem cum conditionibus uirtutis & etatis. Excusat enim ab aliis hec flobothomia nisi fuerit constipatio nature. tunc enim lenienda est natura cū his que sunt sicut syracost: id est manna & myroba. de uiolis: & decoctio uiolarum cum iuiubis in aqua ordei. Et que hoc cursu pcedunt: aut cum enemate leui. Si autem materia colerica fuerit tunc flobothomia & uentris solutio necessaria est. & similiter si flegmatica aut melancolica fuerit. verum oportet flobothomiam preponi ex solutiue nisi uentris fuerit constipatio. tunc enim precipimus lenire prius naturam. Mundificationem autem corporis cum medicina solutiua oportet q̄ precedant preparatiua ad materiei digestionem necessaria & si quidem materia colerica fuerit requirit inflammatio eius in frigidationem maiorē & humectationem non tamen expoliānda a uirtute abstersiōis: & de hoc qdem genere sunt aqua citrulli & melonis indi & cucurbite et similium & pprie cum eo qd est sicut secaniabin. qd scripsit Gal. cuius hec est pmixtio. ℞. mellis partē. i. zucchari salemēi partes. ii. aceti & aque dulcis sit. ana. partem. i. Inest autē huic secaniabin uirtus extinctionis & sedationis sitis: & abstersionis. et si duplicatur in eo mel proueniet ex eo abstersio maior & si additur ei ad acetositatem est obuiatiuum magis ebulitioni colere & multiplicationi sitis & sit dosis eius ab. ℥. ii. usq; ad. iiii. cū aliquo ex predictis succis: aut cum aqua habentem temperiē inter calidum & frigidum si estas fuerit: et si fuerit hyems detur cū aqua calida. ita tamen q̄ in matutinis precedat haustum eius potus mucillaginis psilii ex aqua sola: aut ex aqua granatorum dulcium & aqua dulci cū iuleb. & subsequatur ipsum circiter per duas horas potus aque ordei.

¶ Si autē rem pluris humectationis et minoris abstersionis dispositio exigit syrupus uiolatus cum aqua iuiubarum dandus est cum aqua ordei cū uiolis cōditis. Rescindant autem omnia que infrigidāt & cōpingunt sicut portulaca papauer & similia. nisi aliqua necessitas exigat sicut dicemus.

¶ Si aũt febris & estuatio anhelitusq; frequentia & sitis in/ualuerunt succurrendũ: tũc cũ eo in quo est humectatio sola sicut est mucillago psilii ꝓprie & iuleb subtile sorbẽdo ex eo semp aliqd post aliqd: & si fuerit cum hoc constrictio nature dandus est syrupus de prunis cũ mucillagine psilii: & sil'ia.
¶ Si aũt materia sanguinea fuerit reqritur uirtus infrigida/tionis minor & abstersionis maior: & proprie cũ eo qd' est sicut secaniabin in quo duplicatur mel cuius haustum prece/dat sicut in matutinis hydromel & iuleb factum subtile utrũq; & subsequatur aqua ordei decoctionis capillorum uene/ris: & similium. ¶ Si autẽ materia fuetit sanguinis flegma/ticus requiritur minor infrigidatio & maior abstersio cũ eo qd' est sicut secaniabin proprie: et decoctio ysopi: & radix lilii huius etiã intẽtionis est hydromel: et sil'ia. ¶ Si uero fue/rit materia sanguis melancolicus detur syrupus mellinus: et hydromel cum decoctione aneti uel lupuli: uel buglosse: & yreos et similium. Et super his canon est ut res lenientes: & remouentes asperitatem precedant res que abstergunt: im/mo non expolientur ab eis. sic eñ felicitat operatio. ¶ Cuẽ autem administrationem medicine solutiue cognoueris ne/cessariaẽ esse in re est ut consideres. Nam si febris uehemen/tia inualuerit cum extenuatione: tunc timendum est soluti/uum & excusat ab ipso sola flobothotomia in qua: non est ti/mor nisi forsan apud nature cõstipationeẽ & iubemus eam liniri cum aqua ordei: & uiolis cõditis & pulpa cassiefistule: & manna: & sil'ibus: aut cũ aqua prunoruẽ: & que hoc cursu procedunt: aut cum clysteri lenitiuo ex his que scis.
¶ Materia uero euacuãda qualiscũq; fuerit: oportet ut eua/cuetur cum eis cum quibus cum solutione est lenificatio: de quorum summa sunt uiole proprie humide & sicce: & cõdi/te: & syrupus ex eis: & siracost: & tereniabin: & zuccharum alhosor: & cassief. & similia: et ꝓprie si materia fuerit colerica: & quandoq; miscef cũ eis sicut sunt trocisci de uiolis: ha/bentes aliqd scamonee: & nos scripsimus ꝑmixtionẽ eorum in capitulo de asmate. ¶ Et si fuerit flegmatica materia eua/cuanda est cum eo quod est sicut puluis yreos: aut agaricus
aut

aut ysopus: aut alhasce cũ myroba. de uiolis mellitis & tereniabin & aqua ordei. ¶ Si uero fuerit melãcolica cuȝ eo qđ est sicut elleborus niger cũ aqua ordei: etiam quidem Gal. precepit aquã ordei post solutiuũ ꝓpinari debere aut aquaȝ mellis ut lenificet & abstergat uirtutem solutiui: & si dispositio aliqua est que erigat: necessarium est uti clysteribus lenibus mediis & acutis ßm necessitatis exigentiã & ꝓprie cum dolor & procliuior ad hypocondria fuerit.
¶ Quintaȝ rem cõplent administrationes medicinaruȝ sputum facilitantiũ ipsumq; uelocitãtiuȝ. ¶ Et hoc quidẽ ꝑficitur cũ inchoatiõe ab hũectãtibus et lenificãtibus ꝓcedendo ad res tẽperate abstersionis. ¶ Et si quidẽ uehemens inflammatio fuerit cum eo qđ est sicut aqua melonis indi aut aqua citrulli aut cucurbite cũ aqua zucchari aut aqua or. excorticati decocti in aq̃ pluria decoctiõe uehemẽti cũ iuleb. ¶ Et si quidẽ nõ adeo fuerit uehemẽs sufficit aq̃ iuiubarũ & sebesten cũ uiolis & seminib⁹ citoniorũ: & oleo amigdalarũ dulciũ cũ iuleb. et aqua mellis aut aq̃ zucchari. ¶ Et non ꝑmittat post illã aqua ordei sicut post horã et in ꝓcessu rei ꝓcedẽdum usq; ad id qđ est sicut decoctio radicũ lilii: & capillorũ ueneris in aqua ordei cum hydromelle. ¶ Verum aqua mellis est ultimior ad hũectãdũ q̃ aqua or. & aqua ficuũ et passularũ est huius ꝯ gñis post ista & ꝓprie cũ myroba. de uiolis & aqua mellis: et oleo de amigdalis dulcibus & similiter aq̃ liquiritie cum eis aut sine eis: & facimus sequi post illã aquã ordei: & est uia rectior: & quandoq; perueniemus ad gradũ eorum que sunt decoctio ysopi: & similia: & ex rebus sputũ facilitantibus ex sorbitio facta ex: aqua caliditatem decliui hora post horam: & ex eis est embrocatio facta super locuȝ doloris cum aqua calida. minuit enim dolorem & sputum accelerat: & si sit decoctionis maluarũ aut fenugreci: & similium magnificatur operatio eius & conferunt ei cerota et emplastra: & ex eis quidem sunt meliora in quibus est lenificatio cum resolutione non eleuata: sed quasi in gradu primo. Deinde procedendum paulatim ad ea que amplius eleuantur: & ex rebus ytilibus non eleuatis est cirotum ex oleo uio

la. &

la. & cera: aut ex oleo amigdalino & cera: et eleuantur super ista quecunque fiunt ex mucillaginibus aut adipibus aliis: & adhuc ex ysopo humido: & ex eis est fortius ex radice lilii aut fenugreco: & semine lini: & absinthio coctis cum succo herbe uitri: & oleo de camomilla & pauco melle: et adhuc est fortius his ex caulibus elixatis cum butyro aut ex cinere radicum cauliũ cum adipe: & nos quidem plura ex his scribemus post: si deus uoluerit. Et ex his que ualde sputum facilitant est ut dormiat infirmus super latus dolorosum & sorbeat hora post horam paulatim ex aqua calida: & aqua zucchari aut aqua mellis calida: & similibus.

¶ Sextam rem complent administrationes medicaminum sedantium accidentia superuenientia huic egritudini que si vltimantur accidit ex eis timor: & desperatio: & sunt ꝓprie permixtio intellectus alienatio uigilie sitis uehemens fluxus ventris: & sanguis ex naribus: intellectus autem permixtio & alienatio quandoque accidit apud permutationem pleuresis: & nos loquemur de ea: & quandoque accidit ex ꝓprietate cuiusdam speciei pleuresis: sicut ꝓprie quando fit in uelamine distinguente magno: & est dyafragma & cõicat cum cerebro mediante neruo quodam magno qui dilatatur & contexitur in substantiam pannicularem & oportet ut in hac parte geminare curam simul pleueresis sicut scribemus nunc et frenesis sicut in proprio loco scripsimus: & hic erit modus curationis: si deus hanc egritudinẽ curari permiserit. ¶ Vigilie autem si accidant interdum accessum ad permixtionẽ intellectus significant: & proprie dum multiplicantur & tunc necessaria est administratio spẽrum de iacur: & syrupus de papauere & decoctionis eius: & hoc cũ cautela ne sputum cõpingant & prohibeant: quod es res deterior eis. & medicine ex semĩe papaueris. meliores sunt eis q̃ ex cortice: & cautela societatis aufert hoc nocumentum & ꝓprie si associetur eius qđ est sicut decoctio passularũ aut aqua mellis aut rob: & quod est eis simile.

¶ Sitis autem accidens eis sedanda est cum humectantibus & uehementiam inflammationum extinguentibus sicut cum

aqua

aqua citrulli proprie & melonis indi: & mucillagine psilii: et similibus: de quibus loquemur in proprio capitulo. Verum oportet nō esse frigida actu: & oportet admisceri aliqua eis ex abstergentibus subtiliter ut lenificetur sputum: & si fuerit sitis a caumate spūalium administret libertas aeris temperati decliuis ad humiditatem & ungatur pectus etiam ex ceroto de oleo uiola. & cera: & similibus. Si autem fuerit ab ebullitiōe colere rubee confert secaniabin subtile. quod scripsit Galie. cum aqua pluuiali syrupus uiola. cum aqua plurima sedat hanc sitim & aqua ordei habens bonitates suas ex materia permixtionis sue confert, sicut Hyppo. dixit. ℂ Fluxum autem sanguinis in naribus contingentem eis post crisim sistere non debemus nisi supfluat: & si fuerit non creticus sed ꝑpter exuberantiā sanguinis confert: tunc flōmia et alia que diximus in capitulo ꝓprio. Fluxus ventris accidens eis in morbi principio est ꝭm unum duorum modorum: aut enī ꝑpter multitudinem materie. cum presistentia regulationis nature: & sequitur ex hoc anhelitus facilitas & lentescentia febris: & est significatio bona: aut est ꝑpter exuberantiam materie preter q̄ reguletur a natura: immo est sicut egurgitās & est significatio mala: et ꝓprie cuȝ non sistitur p ipsuȝ difficultas anhelitus tristicia & febris inflāmatio. tunc enim fortassis supueniet mors in. iiii. uel ante. ℂ Si autem accidat fluxus ventris in fine morbi est silr ꝭm alios duorum modorū: aut enim expellitur materia ad epar & uiscera: & sequetur ipsum incolumitas: aut accidit a debilitate epatis & prostractione digestiue virtutis & contētiue in ipso & sequitur post ipsum pernitiositas.

ℂ Septimaȝ rem complent administrationes regulationum circa regimen egri in gñibus sex rerum: et proprie vt dirigatur eis temperies in aere que sit vt cūq; ad caliditateȝ ut decliuis & timeatur obtusio: & acuitas in ipso ex multiplicatione boree: & austri inquantū possibile fuerit: & fiat elongatio a fumis & vaporibus et ventorum flatu: & ab aere agitationis aquarum & ab estuoso & sicco. ℂ Nutriens aūt oportet cōmensurari eis ꝭm cōsiderationeȝ nostram quam dirigimus

mus aut ad morbū aut ad patientē: & ad morbuꝫ qdem aut ꝯm quātitateꝫ acuitatis: aut ꝯm horā accessus & recessus eius & multitudo qdem acuitatis facit necessariā subtractionem nutrientis sicut paruitas multiplicationē ipsius. Et Hip. qdeꝫ dixit apud vehementiā doloris & acuitatis si cibus detur est ponere egrū ad desperationē & mortē. Et illud ideo qm̄ naꝫ debilis ad alterā duaꝝ occupationū aut deficiet aut ad utrāqꝫ intendet: & certū est furiā ex resistentibus naturale & suppeditatiōe multiplicari: quare tunc nutriens oīno ꝓhibendū est: & adhuc nutrire circa acuitatis & doloris aduentum seu augmentū horrēdum est magis circa ipsius vltimitatē. Apud vero acuitatis et vehementie doloris declinationē non suspectū est et minus apud lentescentiam. Vlterius aūt nutriendum qn̄ iam accidētia quieta & leuia et facilia fuerint: & adhuc ulterius qn̄ iam ex toto remissa sunt. ℂ Nutriens igitur cum nondum in toto dolor leuior fuerit cum eo qđ est sicut aqua or. et aqua zucchari aut aqua mellis utrisqꝫ factis subtilibus. Et cū iam a dolore alleuiatum egrum inueneris: sed non integre sis contentus aqua zucchari: & aqua or. decocti in aqua plurima decoctione uehementi aut aqua alterania/bin cū aqua or. decoctis uehementer. facilitant enim sputuꝫ: & si vlterius sollīcitare uolueris ex amigdalis iusculum decoctionis earum admiscebis & dabis cum melle modico aut zuccha. et ex eis est aqua alchanderes & aqua triti. & ꝓprie cū amplius egrum alleuiatum inueneris. silr̄ iusculuꝫ ex maluis et crisolocanna & bletis et sicla et cucurbita et sorbitiōes earum ex sabarū farina concedimus in fine febris pulmēta ex butyro. Et post febrem iuscula ex herbis cum carnibus teneris aut uitellis ouorum. Et quidam ex antiqu is dabant panem cum aqua zucchari et iuleb. Gal. autem precepit quod nunc comprehendit uniuersitates fermentatum non dari: facit enim apertionem apatis ante digestionem. Et azimus nō dari: sputum enim inuiscat.

ℂ Cum aūt rupturā apatis querimus: et damus fermentatū: rupturam em̄ apatis facilitat & vlr̄ quidē cōceduntur eis cāna melle et granata dulcia et poma dulcia elixata aut assata

& passule

& passule sine interioribus et chesmes & iuiube complete et amigdale. Et qñq; extendimus usq; ad pisces degẽtes in scro/pulis & proprie habentes squãmas: & hec proprie tribuan/tur sicut exigit dispositio. Et in pleuresi quidez flegmatica dã da est aqua cicerũ aut aqua ordei & cicerũ cũ melle et aqua cauliũ cũ oleo amigdalino aut lacte amigdalarũ & cibentur sicla cũ oleo amigdalino: aut lacte earum & melle: & datur etiã alteraniabin cũ ysopo & melle aut pulegio: est enim ci/bus bonus. Et dico ꝙ tẽpus etas regio & cõsuetudo in admi/nistratione quãtitatis nutrientiũ & numeri utrũ parum uel multũ semel aut amplius dari debeant regulat. quare distin/guendum est in illis sicut scis. Potus autẽ eis bonus est aqua zuchari & aqua mellis & iuleb subtile & aqua ordei subti/lis & que hoc cursu procedunt. Aquã autẽ in hyeme calidam bibant: in estate vero tẽperatã. Verũ abhorreant aquã frigi/daz nisi in duobus casibus. & hoc quidẽ in tussi sicca & aspe ra & in siti et caliditate uehementi tunc coque concedimus ipsam frãgẽtes frigiditatẽ eius cũ secaniabin & iuleb acqui/rentes ei ex uirtute incisionis alsecaniabin uirtutez penetra/tionis ut penetret & discurrat in uenas & sigilletur. Deinde ex frigiditate & humiditate uirtutis aque extinguẽs inflãma tionem & sedans asperitatẽ & sitim. Hoc est eniz quod non omnes comprehenderunt. In morbi autem declinatione de/tur eis uinum album dulce et subtile et rob cuz aqua pluuia li: & aqua mellis: & conceditur uinum aquosum eis lene & vinũ chesmes & aqua decoctionis et alchesmes et aqua pas sularum et iuleb et que hoc cursu procedunt. In flegmatica vero sorbeant aquam mellis et quandoq; decoctionis ysopi et que hoc cursu procedunt. In melancolica uero cibẽtur sor bitionibus factis ex sauich tritico et melle et alteraniabin & oleo amigdalarum et ex sorbitionibus factis ex farina faba rum & iusculis ex lingua bouis domestica et siluestri. Potent aquam mellis cum aqua mellis lupuli aneti & similium. Et qdem iam dictum est in hac egritudine uentrem fluxibilem cum moderantia fieri. Et enim eius strictura uel largitas plu rima non est bona. In lubricitate igitur uentris prohibenda

sunt

sunt iuscula ex herbis. Danda uero sunt apud uentris strictu
ram et cum sitis aspera fuerit et ꝓhibēda sunt granata & po
ma cum uentris constipatio fuerit. Dāda uero sunt apud lu/
bricitatē ipsius et sic intelligendū est de ceteris. Cibare autē
aut potum dare non nisi a fece purgatis uisceribus uel saltem
membris digestionis prime. Hyp. iussit neq; accidēte dolore
neq; p̄sente eo neq; in hora deteriori horarum. Silr aūt nec
aperias uenas fece constipatis uisceribus aut lubricitate do/
minante eis et ꝓprie vehementi. neq; in die cu; natura obii
cit morbo: sed in die minoris agitatiōis si possibile fuerit. Sol
uere uero apud uentris constipationē et apud materiei decli
nationē ad hypocundria cum enematibus magis esse conue/
niens Gal. iussit. In euacuāda uero materia membra nutriti
ua et spiritualia obsidente farmacie opus esse p̄cepit: & ene/
mata utilia esse non negauit & ꝓprie sicut dispositio exigit.
Adhuc aūt opus farmacie abscindendum est apud febris &
accidentis uehementiam: excusat enim tunc ab ea sola flobo
thomie administratio nisi forte linire siccitates uiscerū opor
teat. & hoc magis cum clysteribus facias.

¶ Sermo in aqua ordei.

Consueuerūt antiqui uocare aquā ordei ptisanum & cō
sueuerunt uocare ptisanum et chilu; esse liquores resul
tantes ex elixatione alicuius rei in aquoso exactiōe caloris
operantis in illa. Verū chilus h; artificē calorem aīalis & ꝓ
prie uase proprio Ptisanum aūt h; artificem calorē ignis in
uase cōi sicut est elixatio carnium & frumenti et ordei et alia
rum rerū nutrientium. Elixationē aūt rerum medicinalium
cōsueuerunt uocare apozima: et inuenerunt aque ordei du/
plex officium s. linitionis cū abstersione: aut sine abstersiōe:
& si qdem est cū abstersione potū medicinalem uocauerūt.
Eam uero q̄ sine abstersione est et qn̄q; uocauerunt potū tm̄
& potum et cibū. Et in his distinguitur modus operationis
ſm artem & scientiā quare duplicem in eius operatiōe inue/
nerunt artem vnā. s. facientem eā potum medicinalem: alia;
faciente potum tm̄ aut potum et cibū. ars uero prima mūdi/
ficat sic. Accipe ordei excorticati et fricati cū panno aspero
fricatione

fricatione uehementi usq3 ad excussionē tenuium corticū circiter lib.i.& sit ordeū subtile medium inter antiquū et nouū sup q̄ non cecidit de odore corruptionis aliqd: nec de contagione fumi aut pulueris & cōseruatum fuerit in loco aeris liberi: & ia3 habuerit pfectionē in natiuitate sua & pone illud electum in olla noua mundata lota & absterſa nimis ut non remanserit in illa de odore quicquā omnino: et p̄iice sup ipsum aque circiter li xx.et sit aqua fontiū dulcis lenis & subtile: et exerce coctionem ipsius cum omni facilitate inquantum possibile fuerit.& hoc sine fumo auferendo a principio spumam eius et decoquantur vsq3 ad cōsumptionē medietatis aque.aut duarū partiū eius: deinde coletur et cōseruetur in uase uitreo: h3 enī hec aqua uirtutem lenitiuā resultante3 in ea ab aqua et medulla ordei: abstersiuam & lauatiuam a nitrositate quadā expansa in cortice ordei interiori regente medulla3 eius. Est igitur facilis lauatiua et sputi facilitatiua. Ventrem lubricat: oppilationes aperit: et urinā p̄uocat. Ars vero secunda mūdificat ſm hunc modū.℞.ordei excorticati circiter lib.i.et frica illud cū panno aspero fricatione vehementi usq3 ad exclusionē & ad separationem intrinsecoru3 corticum oīno.et laua illud lauationibus pluribus cu3 aqua calida: deinde pone id in olla et funde super ip̄m aque circiter lib.viii.deinde bulliant cu3 facilitate ebullitione una et proiiciatur ab eo illa aqua: deīde pone sup ip̄m aque calide circiter lib.xx.et decoque cū facilitate usq3 ad li.x.uel usq3 ad li.vii.deinde cola et reconde in uase uitreo. Hec aūt aqua sitim et asperitatem sedat et inflāmatione3 extinguit pectus pulmonē et guttur lenit siti3 extinguit: uentrē lubricū reddit precordia humectat et sputū facilitat. Hec aūt aqua ulteriorem recipiens coctionē infundendo adhuc in ea parum post parū circiter lib.x.aque calide efficitur cibus et potus: que3 qbusdam colatum: qbusdam non colatū ſm necessitatis indigentiam Hyppo.dari precepit. Et qn̄q3 adhuc ulteriorem recipit decoctionem usq3 adeo donec habeat mediocritate3 inter iunctum et liquidum: et est cibus laudabilis habens bonitates solennes.

¶ Sermo in aqua cicerum.

DIxerunt antiqui duplicem in ciceribus proprietatem esse. Et ex eis una est: que est expensa in superficie corticum cicerum humiditas baurachia cum caliditate subtili que tollitur sola ebullitione. Et est alia proprietas que sedet in toto corpore eorum: & est humiditas dulcis subtilis nutribilis tantum inflammatiua. Si uero coxeris lib. i. cicerum cōseruantium adhuc nitrositatem suam cum lib. xx. aque facili decoctione usq; dum redeant ad lib. x. tunc erit aqua eorum potus medicinalis & proprie lauatiuus & abstersiuus et apitiuus oppilationum: tam precordiorum q̃ nutritiuorum & uiarum urine frangitiuus lapidum in eis: & mundificat uiscera: sitim tamen non tollit. Et si ulteriorem excipiat coctionem & cum plurima aqua usq; dum acquirat mediocritatē inter tenue & iunctum est cibus bonus egritudinibus flegmaticis. Verū oportet ut detur colatū. Ex ciceribus autē a qbus iam expoliata fuerit nitrositas: fiunt iuscula incitātia ventrē & impinguantia. Sermonē in aqua mellis iam scripsimus in antidotario nostro: quare non est hic necesse repetere.

¶ Haboali. Iuleb alchesmes conferēs cum auxilio dei pleuresi & doloribus pectoris. Re. alchesmes & passulas & decoquantur in aqua decoctione sufficienti: & accipe huiusmodi aque partem. i. penidiaruz partem. me. decoquantur usq; dū sufficit ꝑm eundem modum fiat iuleb.

¶ Idem. Syrupus conferens tussi & pleuresi. Re. succi granatorum dulciuz lib. ii. succi cannarū mellis lib. i. penidiarū tātundem. Fiat ex eis syrupus bonus: si deus uoluerit.

¶ Ioannitius. Iuleb subtile cōferens pleuresi cuz inflāmatione & siti. Accipe succi melōis indi: aut succi cucurbite asse li. iii. zucchari li. iii. fiat ex eis syrupus: & detur cū aqua ordei.

¶ Idem. Syrupus uiolaceus conferens febribus & pleuresi. & tussi sicce. Re. uiolarum recentium seminum citoniorū: & citrulli. ana. ʒ. x. seminis malue. ʒ. xii. gummi arabici. ʒ. viii. draga. ʒ. xv. Funde super ea aque calide lib. vii. et dimitte die & nocte: deinde bulliat ad cōsumptionem medietatis. Deinde cuz penidiarum lib. ii. & ß. fiat syrupus. da cū aqua ordei

& mucillagine

& mucillagine psilii: mane et sero.
¶ Israelita. Syrupus conferens pleuresi. et catarro calido & tussi calide cũ aspitate: & siti uehementi factis causa siccita/tis tpis. ℞. iuiubarũ pinguiũ: sebesten ana ℥. c. violarum: sira cost. ana. ℥. x. liqritie florũ lingue bouis & dõestice: aã. ℥. xii. feminis malue: citoniorũ. aã. ℥. v. sup ea piice aq̃ cal'e. li. viii. & dimitte die ac nocte deinde coq̃ usq̃ ad cõsumptionẽ me/dietatis. & cũ zucchari li. ii. succi maloruз granatorum dul/ciũ li. i. Fiat syrupus: da cũ aqua ordei & mucillagine psilii.
¶ Idem Syrupus conferens pleuresi cum inflammatione & acuitate uehementi. & tussi difficili ℞. aque cucurbite. li. iii. syracost. uiolarum. ana ℥. xx. pulpe cassiefistule. ℥. x. infundã tur omnia per diem ac noctẽ in succo predicto calido: dein/de frica manibus & cola et cum succi granatorum dulcium: & zucchari lib. ii. fiat syrupus: da ut diximus.
¶ Hamec. Syrupus de uiolis cõferens pleuresi: & tussi cali/de. ℞. uiolarũ ℥. ii. seminũ citoniorũ: et malue: aã. ℥ i. iuiuba rum: sebesten aã. ℥. xxx Decoque in li. vii. aque cucurbite ad tertie ptis cõsumptionẽ. Et cuз zucchari lib. ii. fiat syrupus.
¶ Filius zacharie. Confectio trociscorũ festinantiũ matura tionẽ in pleuresi: & facilitantiũ sputũ. Re. uiolaꝝ: succi liqri tie. aã. ℥. x. draga. amili: seminis: altee: semis fenicul, ana. ℥. iii. cõfice cũ mucillaginibus: & pprie psilii et seminũ citonio rũ: & seminis lini. Et sit dosis. ℥. i. cum syrupo uiolato.
¶ Ideз. Cõfectio vnguẽti leniẽtis pectus & facilitãtis sputũ. Re. olei uiolarũ ℥. iiii. mucillaginis seminis lini: & seminis citoniorũ & mucillaginis seminis altee. aã. ℥. iiii. mucillagi/nis ordei mũdi cocti ad pfectionẽ usq̃ dũ rubescat. ℥ i. & ß. succi radicũ lilii ℥. i cere pure. ℥. i. aggregantur oĩa bona ag/gregatione & inũgatur cũ eo pectus. bonũ si deus uoluerit.
¶ Sabor rex medorum. Descriptio vnguenti sedantis dolo/rem & lenientis sputũ. Reci. olei uiolati. ℥. ii. cere. ℥. ß. adipis anatis & galline. aã. ℥. v. ysopi humide. ℥. viii. butyri ouiũ lo ti sepe in aqua ordei. ℥. iiii. mucillaginis seminis lini & altee: aã. ℥. x. Et fiat ex eis vnguentũ bonum et expertũ. Et si mate aĩa cõpactior fuerit pone pro oleo violato oleum de lilio.

¶ Idem Confectio emplastri mirabilis ad ea que diximus. ℞ foliorum violarum ʒ.v.radicū lilii.ʒ.x.farine ordei & fabarum: aā.ʒ.vi.& ß.mucillaginis maluauisci & seminis citoniorum & seminis lini: aā.ʒ.xii.florum camomille dragaganti: aā.ʒ.vii.cere.℥.ii.olei uiolati.℥.viii.rob q̄tum sufficit aggregentur oīa et decoquantur & suppone. Si aūt materia cōpactior fuerit et indiget resolutione addatur in eo farine seminis lini ℥.i.& ꝓ oleo violato ponatur oleum de lilio. Et si caliditas intensior fuerit adde eis succi foliorū cucurbite nenufaris: aā.ʒ.xii.& subtrahimus semē lini.

¶ Idem. Aliud sedans dolorem & maturans. Accipe farine ordei melliloti: ana ptem.i.farine fenugreci: seminis lini: aā. ptem.ß.seminis papaueris albi partis unius tertias.ii.aut corticum papaueris partem.ß.uitellum oui unum.rob quantum sufficit ad aggregandum ea.

¶ Filius amaran. Emplastrum cōferens pleuresi. Accipe uiolarum siccarum furfuris farine albe: farine ordei et fabarum malue camomille melliloti partes equales. Confice cum cera & oleo uiolato quantuꝫ sufficit et utere. Et si necessitas expetit ad maiorem resolutionem: adde ficus albas farinam seminis lini et fenugreci.

¶ Si aūt resolutio quā queris non fuerit possibilis immo tendit ad hoc suppuretur: & hoc significatur ex eo ꝙ non mundificatur in decimoquarto die: īmo multiplicatur dolor cuꝫ febre et difficultas & cōstrictio anhelitus et tussis et alia. Et tūc diuertemus nostrā cōsideratione ad inuestigādū qualitatē accidētium significantiū sup alterū duorū ex his q̄ cōprehendit rō de esse uirtutis. Nā si dolor cuꝫ p̄dictis accidētibus non multū fuerit neq; ꝓpter flōmiam: neq; ꝓpter sputum: neq; ꝓpter alia sedatus & uirtus fuerit fortis expecta suppurationē. Si aūt fuerit debilis expecta casum eius & mortem.

¶ Et dixit Hyp. ꝙ qn̄ pleuresis non resoluitur neq; mundificatur usqꝫ ad diē.xiiii.tunc pmutatur ad collectioné. Et tūc opꝫ ut ars pducēdi collectionē ad suppuratione & ex suppuratione ad statum incolumitatis dirigat intentionē nostrā ad sex res. Prima qdem ē maturatio aꝑatis. Scd'a est inginiatio

ad rupturā

ad rupturā eius. Tertia est absterſio & mundificatio materie rum. Quarta est mundificatio et conſolidatio. Quinta ē correctio accidentium. Sexta est rerum ſex regulatio.
¶ Primā igitur rem complent adminiſtratiões medicaminū aggregātiū in ſe uirtutē lenificatiōis ſimul & reſolutionis ut cadat maturatio equalr in materiā collectā & illā qdem opꝫ ut latitudinē cū gradatione adminiſtratiōis medicaminū habeat incipiendo ab eis q ſunt in gradu tēperate cōplexionis extendendo ad ea q̄ ſunt maioris eleuationis donec pueniatur ad gradū fortium. Et ſcias qm̄ principiū opationis medicaminis fortis inequalem facit maturationē aut ante maturationē apa aperit. ¶ Maturatiuorum aūt q̄daꝫ opantur administrata interius p os. Et q̄dam exterius & ex īterius opantibus & tēperatus est aqua decoctiōis ficuuꝫ ſiccarū & dactilorum & fortius eis est decoctio utrorūqꝫ & ex eis est decoctio fenugreci & ficuum ſiccaꝝ cū rob aut ſine eo aut paſſularum & fenugreci aut aqua ordei decoctionis ficuum ſiccarum uel radicuꝫ lilii cum melle. Et ex eis est fortius decoctio ficuum paſſularum enucleatarum dactylorum fenugreci: & ſeminis malue cum beibueg: & ſi fuerit in eo caliditas uehemens tunc cōueniens est aqua ordei cum iuleb ſubtili aut cū aqua mellis aut cum aqua decoctionis maluarum aut ſeminum earū aut altee aut radicis lilii aut ficuum ſiccarū & paſſularum aut feniculi aut ſeminū citoniorum & ſimilium.
¶ Confectio trociſcorum facientium maturationem et proprie cum non est caliditas uehemens. ℞. ſeminum malue altee farine fenugreci: ſeminis lini aſſi farine cicerum ſucci liquiritie tereniabin: aā. fac trociſcos cuꝫ mucillagine ſeminis linī. Da cum eo ꝙ conuenit ex potibus.
¶ Confectio alia trociſcorū conferentiū ei cū quo est caliditas et febris uehemens. ℞. uiolarum ſiccaruꝫ dragaganti amili ſucci liquiritie: ſeminum citoniorū ſeminum citrulli & melonis et cucurbite: ſeminum malue altee floruꝫ mellilotí: aā. Fac trociſcos cum mucillagine ſeminum citonioruꝫ aut ſemīnum lini: da cum eo quod conuenit ex potibus.
¶ Extrinſecus aūt operātium q̄daꝫ ſunt embrocatiões & p

prie ex aqs decoctiōis malue aut altee aut fenugreci aut semi
nis lini aut citoniorū & silium administrare cum spōgiis. Et
qn̄q; additur eis ꝙ est sicut mellilotū et anetuȝ et herba vitri
qn̄ opȝ sedare dolorem. Et qn̄ opȝ. Quedam sunt linitiones
& proprie q̄ sunt sicut cera & oleuȝ imbibita in mucillagine
psilii & seminū malue aut in mucillagine fenugreci & semi
nis lini & altee et silium. Et ex eis est adeps galline anatis &
similia. Et fortius eis est dyaqlon dissolutum in oleo de lilio.
Et adhuc fortius ꝙ fit ex mucillagine radicū malue altee fa-
rine ordei fenugreci: seminis lini & seminis citoniorū et mel
le aggregatis cuȝ butyro loto et ceroto facto ex oleo & cera.
¶ Et q̄dā sunt emplastratiōes & ꝓprie cū eis q̄ fiunt sicut ex
faria ordei & mucillagine ficū cū melle & simul coctis aut
ex farina ordei & mucillagine cū melle & oleo ueteri⁹ aut ex
dactylis & farina frumenti & rob et ex ualde bonis est ꝙ fit
ex foliis caulium & farina fenugreci cū butyro simul coctis
& silr ex radice lilii cocta cū rob et butyro. Et fortius eis est
ꝙ fit ex faria ordei & semine lini et fenugreci et semine mal
ue coctis cū mucillagine ficuum & altee cū melle & butyro
& rob & adipe antiquo et adhuc fortius si addatur eis galba
num dissolutum in rob aut uino dulci. Et adhuc fortius si ad
datur ex fimo colūbino & fortius adhuc si addatur utrūq;.
Hoc aūt medicamen interdum collectionē usq; ad partes cu
tis adducit. Et si addatur in medicamīe herbe albedestur ali
qd operabitur id uehementius. Et cōfert in hac hora admini
stratio quietis & ꝓprie in aere quieto & tēperato ad calidita
tem & humiditatē decliui. ¶ Cibos aūt manducent maluas
blites siclam atriplicem cum oleo amigdalino. Et ex summa
olerum melius est leureng. est eīn ei cibus & medicina citam
& facilem faciens apatis maturationē & laudatur eis aliqd
altereniabin & ius cicerum dulciuȝ cū melliloto & sorbitio
nes frumentales et ius caulium & silia concedantur eis in se
cunda mensa ficus sicce elixe & dactyli humidi & chesmes
& poma dulcia elixa et canna mellis et similia.
¶ Secundam rem cōplent administrationes medicaminum
aggregantiū in se uirtutē lenitionis & aptionis cum ingenia
tionibus

tionibus ex modis operationum. Et ad hoc qdem genus me/dicaminis puueniendũ eſt cũ iam factũ eſt dubelati: & hoc q dem ſignificatur ex remiſſione doloris et febris & multipli/catione grauedinis in loco collectionis.
¶ Medicamina aũt qbus ineſt proprietas hoc facere ex eis q̃ ſumuntur p os ſunt ſicut ſyrupus de yſopo & de praſſio. Et ex eis efficatior eſt ſyrupus de ſucco herbe albeduſtar & mel le aut apozima decoctionis eius cũ modico fermenti ſimul diſtemperatis et coctis. Et fortius eſt ſuccus ipſius cũ fermen to et melle. Et adhuc fortius ſi addatur eis baurach modicũ & eſt forte: & confert in hac hora & proprie cũ natura ẽ for tis & febris non eſt adminiſtratio tyriace & mytridati.
¶ Feſtinant enim & facilitant apertionem. Et ſimil'r ſinapis cum aqua mellis aut aſa fetida cum lacte.
¶ Ex eis aũt qbus utimur extra eſt emplaſtrũ factuʒ ex her ba albeduſtar & butyro aut adipe ãtiquo & melle et fortius eis eſt ſi addatur ex fimo columbino & fermento: & adhuc fortius ſi addatur baurach.
¶ Modi aũt operationum quibus ingeniamur ad apertionẽ apatis ſunt prouocatio tuſſicule hora poſt horã et fortius eo eſt puocatio vomitus & confert ante horã eruptionis ut dor miat ſuper latus infirmum: deinde reuoluatur ſubito & im/petuoſe ad latus ſanum: & ſunt ex ingeniantibus qui mouẽt & agitant eos lecto penſilii aut in cunis et ſunt qui agitant ſe dem in qua ſedent gubernando eos ne cadant.
¶ Et ſint cibi eorũ in hac hora ſorbitiões fermẽtate ex fari/na cũ melle aut tritico: aut ex farina ordei aut tritici aut cice rũ. Et panis fermẽtatus infuſus aqua mellis aut rob: et conce dũtur eis oua ſorbilia cũ pane et lac calidũ ſicut mulgeſ cuʒ pane et paſſulis & ficus ſicce cũ pane. Et comedantur in ſcda menſa grana pinearũ cũ ficubus ſiccis et amigdalis dulcibus & amaris & ſil'ia. ¶ Verũ ſi cũ hac arte apa nõ rumpitur tũc eſt timoroſum: quare opʒ ut aperiatur collectio cũ flobotho mo aut cauterio ut ſanies egrediatur & non ſubito ne ſuper ueniat ei q̄ eſt ſicut debilitatio & ſincopis & mors. Quare opʒ ut paulatim omni die trahatur & cum cautela.

¶ Cum aũt sanies q̃ expuitur post apostema iam fractũ aut agredit post aptionẽ iaȝ factam fuerit alba et vncta equalis non habẽs de odore corruptionis aliquid oĩno & febris continuatur remissio paulatim: tũc est aliqd de quo est spes ad incolumitateȝ & ꝓprie qñ cõtinuant ei qnq; alie significationes laudabiles que sunt ꝓprie lenitas qes iocunditas & desiderium cibi & bonitas aliaruȝ operationũ: uidelicet naturalium & spiritualiuȝ: quare in hac oportet hora ut conseruet virtutẽ cum carnibus & cibis tẽperatis neq; terrenduȝ de febricula: qm̃ eradicabitur paulatim exeunte sanie.
¶ Cum autẽ accidentia in contrarium eorum que diximus apparuerint: tunc est illud de quo desperabitur.
¶ Inquit Hyppo. terminus rupture huius apostematis quandoq; prescribtur in. xx. eius quandoq;. xl. & quandoq;. lx. & illud ideo: quia quanto accidentia collectionis fuerint vehementiora tanto status uicinior & eruptio uelocior: & quanto accidentia leuior & pigriora fuerint tanto status: & eruptio remotior. Accidentia aũt super hec significantia sunt febris & dolor. Hec enim uehementia aut remissa citaȝ aut tardam eruptionem declarant.
¶ Tertiam rem complent administrationes medicaminum a sanie mundificantium post collectionis eruptioneȝ. Et quidem hoc ſm exigentiam declinationis saniei. In quibusdam enim transitum hñs per pulmonẽ excreatur cũ tussi. In quibusdaȝ uero recipitur in vacuitate corporis & subintrans cõcauam venam transit ad epar: & si quidẽ aũt in partem cõcauaȝ eius & declinabit ad ĩtestina magis sicut ad propinquiores ductus aut ad partem gibbosam ipsius: & declinauit ad uias vrine: & in quibusdam fit post rupturam ad nullam partium saniei declinatio: quare conculcatur ibidem. & est materia morborũ difficiliuȝ & ptisis et qñq; p̃focat multitudine sua. Quibus omnibus iam succurrimus ut mundificet a principio vulnus. Nisi enim sicut Hyppo. dixit usq; ad. xl. dies mundificatum fuerit faciet cadere in ptisim.
¶ Cum aũt natura expulsionis saniei uiam fecerit per os abstersiua mundificatiua lauatiua medicamina ante dari opȝ
& in

& in genere eoruȝ est aqua mellis laudabilior & aqua zucca ri & iuleb: et silr aqua ordei & aqua cicerũ et fortius eis est secaniabin Gal. qd scriptum est in capitulo q est ante illud. Et adhuc eis fortius est decoctio ysopi & syrupus eius et de coctio radicũ lilii celestis & syrupus ipsius mellinus.
¶ Huius etiã intentionis est loch de caulibus & loch de sql la & electuariũ de orobo et loch de aliis est uehementis uir tutis in hac parte: & alia assa cuȝ melle et butyro. & nos hec scripsimus in capitulo de asmate & tussi: Plura & diuersa ex eis que pectus & pulmonẽ a putredinibus mundificant. scri psimus ibidem que ibi requiruntur.
¶ Cõfert etiã uomitus puocatio cũ interpollatiõe cuȝ aqua mellis & sale aut cum aqua mellis & baurach aut sinapi.
¶ Cõferunt etiã super locũ embrocatiões et linimenta et em plastratiões & pprie ex rebus q̃ adiuuãt ad mundificationẽ. Et ex summa eoruȝ est decoctio alhasce aut ysopi aut yreos aut similiũ administrata cũ spongiis. Et qñq; miscetur cum eis quod est sicut spica et lignũ balsami et grana eius et hueg & aristologia rotunda. Et ex eis que liniuntur super locũ: est oleum de spica & oleũ de alchanna et oleũ de lilio & oleuȝ camomillinũ & anetinũ & fortius est eis oleũ de yreos & ad huc fortius est oleum balsami.
¶ Emplastrationes aũt opȝ ut fiant ex eis que sunt sicut ca momilla mellilotum spica & farina ordei fenugreci & semi nis lini & seminis malue cõgregatis cuȝ ceroto qd fit ex yso po hũido et oleo de lilio et oleo nardino et oleo de yréos et cera & fortius eis est et pprie qñ q̃ritur extinctio et pprie fa ctũ ex alumine sulfure & aspalto aggregatis cum oximelle. Et qdem sup his canon est medicinã huius non esse euacuan dam ab aliqua trium proprietatũ. Et prima quidem est ut sit abstersiua & muudificatiua. Secunda ut sit membri per qd est saniei transitus confortatiua. Tertia ut sint expulsiones fa cte per illud membrum facilitantia.
¶ Et primum quidem perficitur cuȝ eis que sunt sicut aqua mellis & aqua zuccari & syrupus mellinus & alia quorum precessit rememoratio.

¶ Scdm uero cũ eo qđ est sicut ysopus hasce chesmes: et siľia in expulsione facta per pulmonez: & sicut spica & cordumeni & amigdale amare: et siľia in expulsiõe facta per epar ad uias vrine: & sicut trocisci dyarodon & mastix et such. & similia facta in expulsione per epar ad intestina.
¶ Tertium uero perficitur cuz eo qđ est sicut yreos: et semẽ alcharat et cartamus et similia: qñ sanies expurgatur sputo. Et sicut decoctio feniculi et apii & aqua ciceruz & similium quando expurgatur per vrinaz: & sicut sal & baurach et cartamus quando fit expurgatio per intestina.
¶ Et sunt ex medicinis que aggregant in se oẽs intentiones sicut ius galli antiqui & mel et liquiritia & capilli ueneris: et ysopus: & cassiefi. & manna et similia. Hec enim adiuuãt ad expulsiones oẽs quas diximus. Et sunt ex medicinis magnis que etiã aggregant omnes has intentiones: sed non sunt administrande nisi cuz morbus ꝑprie cronicat: & sunt tyriaca ꝑprie & mytridatũ et athanasia. mũdificãt eñ hec sufficienter: & ex eis est cõfectio mirabilis relata ad Archigenẽ quaz scripsimus in capľo de tussi. et similr medicamen de piperibus. Verũ sup his cautela adhibenda est. oportet enim febre lentescẽte dari & natura non debili existẽte & cuz melle plurimo aut aqua mellis ut exicetur sanies & mũdificet locus. & sit potio eorũ circite auellanaz unam uel duas ꝺm exigentiam rei cum eo quod conuenit ex potibus & ꝑprie cũ aqua mellis. In crastinũ autem sit quãtitas eoruz minor sic semper diminuẽdo donec ꝑueniatur ad mel solum.
¶ Et si non plene cum his mundificetur. iteruz redeatur ad illa: et iterum si oportet procedatur eadem doctina usqꝫ ad id qđ exiccetur in totum. Et si cum hoc regimen adhuc non mũdificabitur plene: accelerabimus cum sapiẽtia & administrabimus medicinã ex arsenico & sulphure ꝺm sentẽtiã traditam a nobis in capitulo de asmate & tussi. Hec enim exiccant cum fortitudine. Et si cum his constringitur anhelitus redeundum est ad ea que dilatant ipsum: & educunt saniem sicut aqua mellis cum medicamine ysopi. ¶ Et si supercalefiunt ex eorũ administratiõe redeundũ est ad aquaz ordei cuz

aqua

aqua mellis & iuleb: & silia. Cum aũt hec accidentia cessaue
rint. s. cõstrictio anhelitus & supcalefactio: & exiccatio iterẽ
tur predicta cũ vicissitudine ſm exigẽtiam necessitatis.
¶ Cibi aũt eorũ sint sicut aqua cicerũ: & alteraniabin et sor
bitiones subtiles ex farina ciceruꝫ ordei et fabarũ cum oleo
amigdalino & melle et zucchario et ius cauliũ cũ oleo ami/
gdalino. et qñqꝫ cũ gallinis nisi febris uehemẽtia ꝓhibeat &
ius gallinarum antiquarũ: et ius galli antiqui: et carnes pul
line et edine: et addatur eis in cibis: aut iuribus eoꝝ duꝫ res
expostulat ex pipere aliquid: adiuuat enim ad mundifican/
dum & exiccandũ. Et precepit Gal. dari cepas & aliarum in
ieiunio ut vulnus nõ claudatur donec mũdificetur. Et prece
pit dum sanies ad intestina declinat dari cibaria que uentrẽ
moueant: sicut proprie malua bleta atriplices & leureng: &
cum per uias renũ educere volueris dari que sunt sicut aspa/
ragi: aut baucia & similia.
¶ In scda uero mensa comedat grana pini amigdalas cum
melle: et semina feniculi: & dactilos hũidos & silia. Et conce
dunt etiã post cibos poma dulcia: & citonia et pira: et ꝓprie
sceburd: & silia. Potuꝫ aũt damus eis vinũ dulce et uinuꝫ al
chesmes: & uinũ de passulis et aquã mellis: et aq̃ zucchari.
¶ Si autem collectio corrũpitur: & diffunditur sanies in lo/
co collectiõis ad nullã partẽ declinans: tunc opꝫ cauteria su
per eodeꝫ loco. iii. uel. v. vel plura si necessitas expetit in pri/
mis cum cauterio puncti: et perforetur pectus usqꝫ ad locuꝫ
saniei: Et hoc si fuerit in pectore.
¶ Si autẽ fuerit in latere aperiatur cum sagitella usqꝫ dum
perueniatur ad sanieꝫ: ut extrahatur & exiccetur extractiõi/
bus remouẽtibus materiã donec sanies paulatim exiccetur
in totũ mundificationibus et absterſionibus quotidie factis
cum aqua mellis: aut cum uino mellito & similibus.
¶ Quartam rem complent administrationes medicaminũ
aggregantium nunc uirtutem absterſionis & mundificatio/
nis: nunc uero in carnationis & consolidationis: & oportet
medicamina huius sibiinuiceꝫ succedant usqꝫ dum plena ap
pareat sanitas. Et dictum est aquam mellis absterſiuuꝫ bonũ
esse.

esse. Et dictum est de aliis que non oportet nunc iterare. Etiã quidem compertũ est in lacte caprino: aut asinino aggregari intentiones duas scilicet abstersiõis ex parte aquietatis eius & cõsolidationis ex parte caseitatis eius. Et oportet ut sit lac calidum statim cũ mulgetur & sit post bonum pastuȝ: & proprie desiccatiuũ: verum asininũ lac subtilius est ꝙ caprinuȝ. caprinũ uero temperatius est eo: & aqua decoctionis ordei: cancroruȝ fluuialiũ aggregat similiter intentiones duas predictas & similiter lac coctũ cum oleis. Medicinarum autem incarnantiũ & consolidantiũ vulnera pulmonis & pectoris summa dicta est in caplo de sputo sanguinis: quare opȝ ut pars illa afferatur ad locuȝ hunc. Et loquemur adhuc de eis in capitulo de ptisi si deus uoluerit.

¶ Cibi aũt eoruȝ sint carnes paruarũ auiuȝ et extremitates edorum & porcorũ iuuenũ et arietũ castratorũ: et risum cũ gallinis & triticũ et sorbitiões tenere ex frumẽto cum carnibus. Et ex ualde iuuantibus sunt sorbitiones ex farina orobi: aut ex farina risi cum lacte. Et lac coctum cum eis est cibus delectabilis: et proprie cum lapidibus fluuialibus: aut calide & silr caseus recens: & similiter sorbitiões et pulmẽta ex lacte cum farina cicerũ: aut fabarum aut amili. Caueatur autem indigestio eius. contingens em̃ ex lacte molesta est et inimica & ꝓprie quantũ eius nutrimentũ est amicuȝ. ¶ Potus eorũ sit uinũ mediocriter stipticũ: & uinũ albũ antiquũ & uinũ antiquũ dulce est bonũ eis: et aqua in qua extinguit ferruȝ: aut aqua de minera ferri: & aqua rosata: et aqua pluuialis infusionis gũmi assi: & silia: et laudatur eis rob mirtynũ: & syrupus eius: & miua cuȝ aqua masticis. Et non negligant excellentie zucchari rosati & admĩstratiões eius omni hora. fortasse enim est ipsum solum medicina curans eos: et nos diximus in caplo de sputo sanguinis ꝺm sermoneȝ Gal. & dicemus hoc lati⁹ in capitulo de ptisi si deus uoluerit. Medicinarum aũt summa que administratur emplastrando dicta est in capitulo de sputo sanguinis.

¶ Quintã rem cõplent administrationes medicinarũ sedantium accidentia in tota cure latitudine supueniẽtia: & sunt

uehementia

uehementia doloris & febris: & prauitas angustie & sitis: et tussis uehemens: & strictio anhelitus & uigilie & fastidium cibi: que tēpore collectionis & maturationis timorosa sunt maturata autē ea suspecta sunt magis: post eruptionē autem ipsius remanentia mortalia sunt. Verū ex eis quedam remanentia sunt ꝯm magis et minus suspecta . et quedam corrigi possunt quedam autē minime. Inquit enim Hyp. dolor & febris circa saniei generationem uehementiora sunt. generata autem ea remissiora: & amplius remissiora post eruptioneꝫ ipsius & adhuc amplius mūdificata & exiccata ea. Si autem in contrarium hoc acciderit: tūc nil aliud nisi pessimitas & profunda corruptio ex prauitate uenenositatis significatur: & hec quidem uere mortalis: & testatur hoc uirtus apparēs sicut amurca: & fetidum: & hoc quidem incorrigibile despe randum omnino . Et hoc idē de prauitate angustie dicimus. & similiter de tussi & constrictione anhelitus. Vigilie autem sitis & appetitus defectio aliaꝫ atqꝫ aliaꝫ possunt habere causam propter qđ non iudicanda mala simpliciter . Vigilationem auteꝫ efficit mala cerebri cōplexio sicut siccitas: & bau racitas ex mala humiditate occultata in ipso. Aliquādo aūt efficit frequens agitatio sup aliqua re. & iam qdem diximus curā eius in caplo de sahara. Sitis etiā causam potest habere extraneam: sicut est ꝓprie salsuginositas ex mala qualitate existēte in stōacho: aut caliditas: aut siccitas in orificio ipsius: & alia sicut dicemus in capitulo suo: & curatur sicut diximus ibi. Et similiter defectio appetitus potest habere causas quas etiam dicemus in propriis capitulis.

¶ Sextam reꝫ cōplent administrationes regiminū ex generibus rerum sex ꝯm exigentiam quinqꝫ canonuꝫ suprascriptorum. Et hoc quidem dictum est.

¶ Filius zacharie Confectio trociscoruꝫ qui administrantur cum aqua ordei cū qua cocti sunt cācri fluuiales & syrupus de papauere: aut rob: myrti. Et cōferunt ad cōsolidationē & mundificationem vulneris pectoris aut pulmonis: quarū ꝑmixtio. ℞ papaueris albi: seminis cucurbite & citrullorū ex corticatorū ana .ʒ. x. amili dragaganti: gummi arabici: succi

liquiritie

liqritie: añ. ʒ. v. thuris masculi sedenegi loti: boliarmeni: san/
guinis draconis: charabe: ana ʒ. ii. myrrhe cynamomi opii:
ana. ʒ. i. Et fiant trocisci: & administrentur.
¶ Idem. Cōfectio emplastri festinātis maturationē pleuresis
& sedantis dolorem eius. ℞. aneti: camomille uiolarum sicca
rum furfuris altee: farine seminis lini fenugreci: ordei: añ. De
coquantur in aqua donec sint discocta. Deinde conterantur:
& misce cum oleo antiquo & supponatur tepidum: & qñq;
adduntur in eo cinis caulium et adeps anatis.
¶ Gal'. Confectio loch mundificātis & abstergentis saniem
a pectore & pulmone. Accipe amigdalarū dulciū & amara/
rū granorū pini: seminis urtice: farine lupinorū: ana partes
equales. Confice cū melle et da cum eo ꝙ conuenit.
¶ Plures ex p̄teritis medicis mūdificātibus pectus & pulmo
nem a sanie & uiru dicte sunt in cap'lo de asmate et tussi: q̄
repiuntur ibi. Et ex medicinis sanātibus uulnera pectoris &
pulmonis: plures dicte sunt in cap'lo de sputo sanguinis.
¶ Aboali. Cōfectio trociscoꝝ ad ulcera q̄ fiunt in pectore &
pulmone cōsolidantiū ea. ℞. rosarū balaustie. añ. ʒ. ii. sangui
nis draconis: amili olibani: añ. ʒ. i. dragaganti: masticis: ana
ʒ. i. & ß. accatie: croci: añ. ʒ. i. tertiā charabe: et myrrhe: añ. ʒ.
ß. Confice cum rob citoniorū myrtilorum da cum eisdem.
¶ Cōfectio medicaminis ex inuētione nostra: ꝙ est medica/
men forte et exptum ad ulcera pulmonis et pectoris: & mun
dificat ea a sanie: & materia uiscosa cōtēta in eis et facilitat
expulsionē earum. Cuius hec est pmixrio. ℞. olibani myrrhe
cynamomi: amomi: granorū pini: radicū yreos gūmi albo/
tin croci: talch: añ ʒ. iiii. spice cassiefistule: carnium dactiloꝝ:
añ. ʒ. iii. costi. ʒ. ii. galbani. ʒ. i. tertias. ii. mellis quātuȝ sufficit
ad aggregandū ea. Decoquātur mel et albotin in uase dupli
ci usq; dum habeat spissitudinem. Deinde permisce cum eis
galbanum: & fac bullire denuo. Deinde proiice super ipsum
puluerem aliarum rerum et da cum eo quod conuenit.
¶ Permutationum aūt pleuresis ad alias egritudines quedā
sunt ad bonum quedā ad malum. Permutatur aūt in perip/
neumoniā: & ptisim: & ad malū & pmutatio eius ad pipneu
moniam

moniā est ſm alterū duoꝝ modorum. Qñqꝫ eīm fit ex conuer ſione materiei pleureſis ad pulmonē: qñqꝫ ex conuerſione ui rus ad ipſum q̄ non mundificatur uſqꝫ ad.xl.dies a ruptura collectionis. Et permutatio eius ad ptiſim: ſimiliter fit ſm al/terum duorum modoruꝫ aut mediante peripneumonia: aut ſine meditatione eius Et ꝓprie cum ſanies acuta & mordicatiua reſoluta ab eruptione apoſtematis tranſiens ꝑ pulmonē ulcerat ſubſtantiam eius.

¶ Et dixit Hyppo. ꝙ qñ pleureſis nō reſoluitur neqꝫ mūdifi/catur ī.xiiii dicbus in empima tranſit. & ſi empima nō mūdificatur in.xl. diebus a die rupture permutatur in ptiſim.

¶ Et dixit Gal' ꝙ materia pleureſis qñqꝫ rapitur fluxu uen/tris qñqꝫ natura uincit ſup ipſam et expellit eam ad partem aurium. Et facit collectiones et eſt ſignificatio incolumitatis. Et quandoqꝫ apparet uictoria morbi ſupra naturam & ſignificatur ex permutatione intellectus: & fit permutatio in fre/neſim. Et quandoqꝫ ultimatur materia morbi ſupra naturā et declinat materia ad cerebrum: & interficit uſqꝫ ad diem iii. et quandoqꝫ declinat ad neruos & facit ſpaſmum. ¶ Et dixit iterum Gal'. ꝙ quando rapitur ad partes cordis multi/plicatur tremor eius et ſincopis & interficit in principio: & quandoqꝫ ſubito.

¶ Et dixit Hyppo. ꝙ aliquando accidit ex prauitate et uen/toſitate materie ut uincat ſupra poſſe nature oīno et conuertat ptes loci ut appareat dorſum patientis quaſi dorſum uerberati et uiret latus eius et nigret ita ꝙ conſueuit de eis dicere uulgus eſſe percuſſos a demone.

¶ Iterum Gal'. dixit ꝙ natura multotiens uincit ſupra mor/bum & expellit materiā eius ad loca uacua ſubaſcellarū & inguinum et partiū crurium et auriū et pedū & conuertit in a̅pata bene nata ad pleureſim. Significant enim ſalutem: & qñqꝫ conuertit materiam & extrahit uſqꝫ ad cutem & ducitur ad incolumitatem cum a̅pate ſub cute.

¶ De peripneumonia.

PEripneumonia eſt apoſtema & ex mēbri denominatione nomen accipit. eſt eniꝫ apoſtema pulmonis. Et dixit Gal'.

ꝙ eſt

ꝙ est morbus difficilioris cure q̄ pleuresis et magis propior ad interficiendum. et illud ꝓpter duas res. Et qdem prima ē qm̄ in pulmone sicut scis solutio continuitatis raro est susceptibilis cure ꝓpter causas in capitulo de sputo sanguinis assignatas. ¶ Scda est quia uirtus cordis non patitur: immo deficit ab inflāmatione eius. creauit enim ipm sapientia ut euentaret cor. est aūt peripneumonia morbus per se aut morbus ex altero morbo causatus. Et si qdem que causatur ab eo qd aptum natum esse nutrimentum pulmonis: aut a superfluitate nutrimenti ipsius est morbus per se. Deriuatur aūt ex altero morbo: sicut ea que fit post catarruȝ et post pleuresim. Fit aūt peripneumonia ex omni materia sicut pleuresis. Et ex ea est quedam uera: quedā non uera. Et dixit Gal. ꝙ uera peripneumonia est que fit a flegmate. Et uidetur ꝙ dicēti ꝙ uera peripneumonia est que fit ex colera sit magis credendum. Et enim pulmo est membrum colericum & eius nutrimentū est sanguis colericus. Et iam quidem canon est ꝙ morbus cuius cōplexio non recedit a complexione membri nisi sicut naturale et innaturale est morbus proprie uerus. Recedēs aūt ab eius complexione in contrarium ipsius est morbus zebdeg. i. morbus notus. Et fortassis ratio pro Galieno est qm̄ morbus proprie uerus minus molestus est q̄ zebdeg. Et peripneumonia flegmatica non est in uehementia prauitatis sicut colerica. Interficit enim cito colerica acuitate sua cū sit uicina cordi: & oppositio cum infrigidantibus non peruenit ad locuȝ: nec ꝑducitur nisi post eius alterationē plurimam: eo ꝙ propter uiarum distantiam calefit. Hoc aūt secus est in flegmatica quoniam oportet medicamina esse maturatiua et resolutiua q̄ facile sunt ꝑuenientia ad locum necessitatis sine diminutione uirtutis eorū. ¶ Preterea morbus ꝓprius alius est q fit de materia que deputatur ad nutrimentum: alius est q fit de materia que dum irrumpitur facit morbuȝ: aut fit de materia que est superfluitas nutrimenti illius membri. Et iam quidem Aristo. dixit ꝙ superfluitas est contraria illi rei cuius est superfluitas sicut fumus et chilus: et sicut urina & massa sanguinea et sicut sudor & humores in uenis et sicut medulla &

nutrimentum

nutrimentum ossium et sicut adeps et caro & similia nisi sit superfluitas delatiua potentialitatis eius aqua deciditur si/ cut sperma. ¶ Et sciēdum ꝙ pulmo sicut cetera membra partem sibi propriam de humoribus recipit: sed quod ē sicut sanguis colericus de ipsis deputatur ad nutrimentum ipsius. Et superfluitas sui nutrimenti quod est flegma mittitur in uacuitates eius propter causas utilitatum quas scis propter quod quidem crediderunt Galieno dicēti: ꝙ uera peripneumonia fit ex flegmate: sicut ex superfluo nutrimento & crediderunt aliis dicentibus ꝙ fit ex colera sicut ex nutrimento cui iaꝫ accidit corruptio Et hoc ꝰm intētiones proprias. Terminatur aūt hec passio ꝰm unum trium modorum sicut et pleuresis: aut enim resoluitur aut suppuratur: aut permutatur. Et cura eius est similis cure pleuresis.

¶ De empimate.

Empima qñqꝫ fit ex pleuresi: & diximus curā eius. Et qñqꝫ fit a peripneumonia sicut dictū est. Et qñqꝫ ex sanguinis sputo. Verum cā eoruꝫ qñqꝫ est a pulmone qñqꝫ a pectore et ptibus eius. Et iam qdeꝫ Gal'. dixit factā ex causis in pulmone molestiorē esse ea: que est ex causis in pectore propter cās dictas in capitulo ꝙ est ante illud. Et simil'r curam eius difficiliorem esse propter cās dictas in capitulo de sputo sanguinis. Cura autem omnis speciei eius similis est cure empimatis facte a pleuresi quam diximus.

¶ De ptisi.

Ptisis est detrimentum desiccationis & consumptionis cadens in corpus: ex calore febriū habitudinalium minutarum ex ulceratione pulmonis. Et ulceratio qdem hmōi cām hꝫ: aut ex p̄cedenti catarro acuto ulceratiuo instillante et imprimente in pulmonē hora post horā sicut accidit ex frequē ti instillatione super petram ut perforetur petra. Et qñqꝫ fit ex precedenti pleuresi: aut peripneumonia mediante tamen empimate. Et qñqꝫ tamen sine mediatione & qñqꝫ fit ex materia putrida diu stante in pulmōe quā seqtur putrefactio et vlceratio. Et accidit nōnunꝗ post sputū sanguinis sine mundificatiōe: sicut Hyppo. dixit. Post sanguinis sputuꝫ casus in

saniei

saniei sputum: & post saniei sputum casus in ptisim. Hic autem sermo eius est sub conditione. Est enim post sanguinis aut saniei sputuз quibus non resistitur fit casus in ptisim. Raro autem contingit hec passio pueris & senibus. Et si cadant interdum senes in illam occultari potest eis: & diu uiuere cū illa. Viris autem & mulieribus frequenter accidit: & proprie paratis cadere in ipsam & raro occultatur eis. Verum mulieribus occultatur interdum licet parum. Contingit auteз hoc passio sicut Hyppo. dicit a decimooctauo anno usq; ad trigesimūquintum. Expositi autem ut cadát in ptisim. sunt habentes cerebrū debile: quare non prohibetur receptio superfluitatum in ipso: nec digeritur quod transmittitur de nutrimento ad ipsum: quare sunt catarrizabiles & ex parua causa. Et adhuc expositi ad id sunt habentes pectus strictum in creatione sua cū multiplicatione uentositatum in ipso. Et pulmone eorum & uicinis partibus & habentes humeros alatos sicut sunt curuature alarum & collum subtile et lōgum depressum inter alas et humeros & frequentat eos tussicula cū punctura alicuius spatule aut mámillarum & precipue si sint ex irascentibus facile & colericis. Tempus autem magis aptum ut faciat cadere id ptisim: & quod uehementius nocet factis ptisicis est autumnus: & constitutio borealis multum dominans & maxime q̄ precessit auster: aut constitutio austrea: q̄ precessit boreas. Et ex eis est regio borealis multum frigida & sicca & cibi et potus eius: & quecūq; hoc cursu procedunt Curare autem ptisim que uehementer impressit: & diuturnauit impossibile est & proprie quando continuatur ei lubricitas ventris fastidium cibi & fetor oris curuature unguiuз & casus capillorum. Significatur enim ex hoc corruptioneз profundari & nutrimentum esse abscissuз. Curare uero non diuturnam: aut que non multum impressit: & in qua accidentia timoris nonduз apparuerunt fortassis presumendū: est quā uis non sit facile. Et intentio in curatioue eius est duplex: uidelicet vniuersalis & particularis. Et uniuersalis quidē intentio est tres res. Et prima qdeз est correctio cause faciētis. secūda est abscisio eius. Teztia ē regulatio ipsi⁹ uite patiētis.

¶ Primam

¶ Primam igitur rem complent administrationes medica/minum abscindentium nocumenta catarri si accidat a cataro.& hec est radix operationis in hac cura. Et iaȝ hec scripsimus in capitulo proprio & si causa ipsius fuerit ex precedenti empimate ex pleuresi & peripneumonia: aut sputo sanguinis cura eorum dicta est.
¶ Secundam rem complent administrationes euacuationū abscindentium causas: quarum precessit rememoratio: & si quidem malitiam cōplexionis calidam cognoueris ex plenitudine sanguinis flobothomamus ex basilica. Et si uirtus permiserit demuȝ ex saluatella: & quādoqȝ flobothomamus flobothomia renouante numerum si necessitas expetit administrando ex cibis & potibus & aliis que boni sunt nutrimenti & hec diebus qbus nō flobothomas. Si aūt colerā abūdare cognoueris euacua cum eo qđ est sicut aqua decoctionis capilli ueneris: & chayare de singulis manipulos singulos iuiubarum sebesten ana.xl.prunorū siccorū.xx. pulpe cassiefistule saracost.ana.℥.i.zucchari uiolati.ʒ.xii.si necessitas expetit addatur eis qđ est sicut trocisci de uiolis & similia. Si auteȝ causam lesiuā materiam flegmaticam esse cognoueris euacua cum cochiis & similibus quibus ex bdellio et draganto partes addantur conuenientes. Et ex euacuationibus particularibus: & utilibus huic egritudini sunt prouocationes emorroydarum & menstruorum.& maxime si ex eorum retentione in nocumentum cadat. Et nos de his in capitulo de sputo sanguinis.iiii.canone locuti sumus·
¶ Tertiam rem complent. administrationes regulationum in generibus rerum sex & ꝓprie collocentur in loco aeris tēperati ad siccitatem decliuis & permutetur ad regiones aeris tēperati. Et sint cibi eorū ex eis que sunt quātitatis pauce & pluris nutrimenti.& insuper ad digerēdum faciles sicut proprie epata gallinarū & testiculi gallorū qui non calcauerunt & alas pullorū & carnes minutarū auium tenerarum:et carnes iuuenuȝ perdicuȝ et alcubugi & colūbarum et sint hmōi elixa aut iuribus cicerū: aut in aqua ordei & proprie quādo queritur mundificatio & oportet ut addatur tunc in iuribus

eorū de melle aliquid et congruunt eis uitella ouorum for/
bilia cum melle et conceditur etiam eis in hoc casu ius cau/
lium impinguatum cum gallinis & sil'ia Quādo aūt consoli
datio & conglutinatio vulneris queritur: tūc oportet ut sint
cibaria desiccatiua non eleuata in gradu multe exiccatiōis:
& sint etiam conglutinantia sicut proprie extremitates & ro
stra edorū & porcorum iuuenū et arietum castratoruȝ. Pane
aūt utatur similagineo bñ cocto habente aliqd masticis quá
doq; ponitur in eo ozimus & similia. Et ex cibis conglutina
tiuis est triticum cum gallinis et risum & similia & pulmen
ta ex geguer & milio et sauich et chist ordei post bonam de/
coctionem eorum et lentes sunt bone eis. Et pulmēta ex oro
bo & sorbitōes ex farina eius & similia: & cibi ex lacte sunt
eis magni iuuamenti: & proprie cum non est febris et case/
us si est recens. Et nos diximus in capitulo de epymate diuer
sos cibos ex lacte canone quarto. ¶ Si autem fuerit cum ea
febris vehementia sit cibus eorum: chist ordei bene coctum
cum cancris fluuialibus: postq̄ȝ abluuntur abiectis extremis
eorum cum aqua et cinere & cum iteratione & etiam cancri
fluuiales assi aut elixi in aqua ordei. Et quandoq; dantur co
cti in lacte asine: & quandoq; in oleis frigidis: & quādoq; in
aqua ordei aut cicerum et quandoqȝ in lacte acetoso abstra
cto ab eo butyro & sunt iuuamenti sublimis et adduntur eis
cucurbita & bleta cum oleo amigdalino & citrulli & simi//
lia. Et ex rebus cibalibus simul et medicinalibus est lac ace/
tosum coctum cum tortellis de seni & proprie lactis .ℨ.iii.&
tortellarum tritarum .ℨ.i. In crastinum adde ex lacte circiter
aur.ii.& minue ex tortellis circiter. aur.i. Et hec fiant singu/
lis diebus donec deueniatur ad lac solum. Cum autem per/
uentum fuerit ad egritudinis declinationem incipiamus di
minuere ex lacte acetoso omni die & addere ad tortellas do
nec deueniatur ad dationem tortellarum tantum. Hunc au/
tem modum decoctionis lactis acetosi scripsit Paulus & plu
res post ipsum laudauerunt illud.

¶ Operatio autem lactis acetosi est ꝑm hunc modum. Acci/
pe lac caprinum mundum habens bonitateȝ ex sanitate ani

malis

malis et congruitate pascui ipsius et extrahatur ex eo butyrum et dimittatur vna nocte in aere temperato. mane autez agitetur vehementer & excludatur spuma eius. Est autez lac huiusmodi sedatiuum vehementis caloris constrictiuum & consolidatiuum. Potus autem eorum non febricitantium sit in principio vinum album dulce et cum peruenitur ad tempus consolidationis sit album ad stipticitatez declinans per mixtum cum aqua pluuiali. Febricitantium autem potus sit aqua ordei & aqua pluuialis et rob myrthi et syrupus eius & syrupus de papauere cuz uocat necessitas & aqua pluuialis decoctionis cancrorum: & aqua granatorum dulcium & similia. Et in secunda mensa comedant passulas cum granis post bonam masticationez et granata dulcia & citonia de seni cocta in rob & similia. Et oportet ante comestionez ut approximent deambulationibus mediocribus: & post ambulationes utantur fricationibus lenibus tenerũ facientibus corpus. & hoc ut uiuificetur calor in ipsis. Et post comestionem vacent et quieti sint per duas horas. & hoc in loco temperati aeris in quo sint odores redolentinm frigidorum & stipticorum cum administratione gaudii. Deinde uacent somno et quieti quantum possibile fuerit. Et si fuerint uigilie accedamus ad medicinas ex papauere: & hoc cum sapientia ne cõgelentur spiritus. Elongetur autem a balneis. resoluunt eniz virtutem nisi apud declinationem. Tunc enim sunt iuuamẽti sublimis quemadmodum dicemus post. Prohibeatur autẽ eis omnis lubricitas & constipatio uiscerum et magis lubricitas vehemens resoluit enim uirtutem.

¶ Particularis aũt intentio est quinqz res. Et prima quidem est mundificatio et abstersio ulceris. Scđa est prohibitio cursus materierũ ad ipsum. Tertia expulsio marerierũ et saniei eius & exiccario earum ex ipso. Quarta est consolidatio & incarnatio eius. Quinta est correctio accidentium.

¶ Et primam quidem rem complent administrationes medicinarum mundificantium et abstergẽtium ulcus & in genere eorum excellẽtius et nobilius est mel & aqua eius. Aggregat eniz uirtutem mundifìcationis & abstersionis. Et preter

hoc est cibus & potus amicus nature & iuuatiuus ualde. Et ex eis est aqua ordei & aqua zucchari et aqua ciceruȝ. Et fortius eis est decoctio ysopi et syrupus eius: Et adhuc fortius ē loch de caulibus et de squilla. Et ex eis que sunt maximi iuuamenti est medicamen Galieni. Ipsum enim est mundificatiuum bonum. quod Recipe yreos hasce ysopi: ana partes equales. Confice cuȝ melle. Da mane & sero a.ʒ.i.usq; ad.ii. cum aqua mellis: et dixit Democritus. Isopus aut yreos aut farasson singulariter uel coniuncta cocta in aqua mellis aut in aqua ordei sunt mundificantia bona & nos diximus plura ex his in capitulo de epymate.

¶ Secundam rem complent administrationes medicaminū materias a pulmone prohibentium. Et hoc quidē perficitur ꝭm alterum duorum modorum et proprie cuȝ prohibitione materie que transfertur ad ipsum ex altero membro et cum confortatione pulmonis ut non recipiat ꝙ ad ipsuȝ transfertur de materia. Et ꝭm plurimum que transferūtur ad pulmonem materie sunt catarrales aut transmisse a uicinis mēbris et ex pleuresi & aliis. Et horum curam iam diximus. Summā enim medicinarum pulmonem confortantium etiam diximus in capitulo de tussi humida. Et ex eis est rob myrthi & syrupus eius cum.ʒ ii. pulmonis uulpis sicci. Et ex medicinis quidem mirabilis iuuamenti aggregantibus uirtutem confortationis et mundificatiōis est medicamen Galieni. quod Recipit pulmonis uulpis sicci: succi liquiritie capillorum ueneris seminis feniculi anisi: ana Confice cū zuccharo decocto cum aqua quantum sufficit. Et qn̄q; conficitur cuȝ rob myrthino et est confortatiuum amplius.

¶ Tertiam rem complent administrationes medicaminum putredines que sunt in pulmone exiccantium. Et nos qdem diximus in capitulo de tussi: hec administrāda esse post mūdificationem debitam ut extirpetur post eas residuum putrefactionis oīno. Et diximus ꝙ administratio et myrrhe rubee ʒ.i. & mellis.ʒ.iiii. lābendo diebus interpollatis cum aliqua ex medicinis educentibus saniē est medicamen utile. Et fortius eū lambere alchitran cū melle aut cuȝ melle & galbano

simul

simul liquefactis. Et ex maxime iuuatiuis eis sunt medicine magne sicut tyriaca: & mitridatum & alia quorum in capi/tulo de epymate precessit rememoratio. & si īdigetur adhuc medicamine exiccante ꝓcedemus ad medicinas de arsenico & sulfure scriptas in eodem capitulo canone tertio. Et nō ne gligantur medicamina huius summe: qm̄ ad sanitatez perdu cunt si deus uoluerit. Verum si peruenitur ex eis ad superca/lefactionem succurrendum est cuz aqua ordei. Et iuleb & cū trociscis de camphora usq̧ dum cesset accidēs: deinde redea tur ad exiccatiua predicta.

¶ Quartam rem complent administrationes medicaminuȝ aggregantium in se duas uirtutes mundificationis. s. & conso lidationis. Et ex medicinis ꝓpriis in hac summa est lac asini num cum uirtute subtiliationis in ipso & lac caprinum cum temperie: & lac muliebre cū proprietatibus temperiei intra illa. Lac enim aggregat intentiones tres est eniȝ res cibalis & dilecta nimis ex rebus uelocis cōuersionis in sanguinem. Est enim sanguis bis coctus & est post illud medicina abstergēs vlcus uirtute serrositatis eius et conglutinans ip̄m uirtute ca seitatis eius. Et oportet ut bibatur calidum cū mulgetur: & si posset suggi ex mām̄illis: & hoc in ieiuno ante cibos alios & oportet ut post ipsum quiescát ne corrumpatur & acescat in stomacho eorum: nec dormiant super ip̄m nec suspiciant ci/bum nisi prius descendat. Et opȝ ut bibatur in loco aeris tē/perati & proprie cum fuerit gaudium et tranquillitas & qn̄ ip̄sum magis mundificatiuum esse querimus: dandum est cū melle. Et quando ipsum magis conglutinatiuum et consoli/datiuum querimus: detur cum zuccharo rosato: & similibus aut coctum cum lapidibus. Et si sumens ipsum constipationē patitur uisceruȝ oportet ut eligatur ex lacte in quo multipli catur serrositas et si non sufficit multiplicetur quantitas po/tus eius in die sequenti et adhuc in die tertio: & si adhuc nō sufficit miscendum est cum eo quod est sicut zuccharum. & sal et si adhuc non sufficit miscendum est polipodium cū ip sis: si autem super ipsum lubricitatem intestinorum patitur: tunc oportet ut misceatur ei quod est sicut hypoquistidos &

similia. Et si tussim habuerit misceatur cum eo quod est sicut drangagantum. Et si cum stomachi debilitate fuerit miscendum est cuȝ eo quod est sicut trocisci dyarodon & similia. et lac quidem de quo butyrum extractum fuerit est magis conglutinatiuum & coctum quidem amplius & qđ cuȝ butyro est magis humectatiuum & impinguatiuuȝ.

¶ Ars aũt in decoquẽdo lac est hmõi. Accipe lac mundũ & recipe ipsum in uase puro absterso & pone super ipso circiter quintam partem eius ex aqua pluuiali. Deinde extingue in ipso lapides fluuioruȝ ignotos sine fumo usq; duȝ lac fuerit coctũ & cõsumptis aqueis ptibus in ipso. Lac aũt melius est quod sumit ex aĩalibus iuuenibus mediocriter nõ nimis remotis aut uicinis partui: quoruȝ pascua sunt ex herbis mõtanis in quibus est subtilitas & mundificatio cũ stipticitate & exiccatione. Et laudauit Galienus herbas hmõi deputandas esse pascui eorũ. s. ex herbis calidis absinthiũ y sopuȝ hasce polium sceha iahde feniculis abrotanũ & similia. Et ex frigidis. rubus rhãnus solatruȝ cayare & similia. Et oportet ut dandi lactis quantitas cõparetur possibilitati uirtuti suscipientis ipsuȝ: quare incipiendũ a quantitate minori dãdo ex eo circiter. ℥. iii. a prima die & in crastinuȝ addatur ei circiter. ℥. i. & sic in aliis diebus a prima die usq; duȝ deueniatur ad lib. i. uel parũ amplius. Demũ paulatim deueniendũȝ est usq; ad illud quod est sufficiẽs. Et iam quidẽ diximus cauenduȝ eis esse ab indigestione in potu lactis. In ipsa enim est timor. Febricitãtibus aũt eis aut caput dolẽtibus aut siti uehemẽti obsessis abscĩdat lac dulce & laudatur eis lac acetosuȝ de quo extractũ est butyrum ꝯm doctrinã traditaȝ a nobis in hoc eodẽ capitulo. Danda est etiam eis aqua ordei cocta cũ cancri fluuialibus ꝯm ꝙ etiam dictũ est: & syrupus de papauere aut syrupus de myrtho cũ eo. Et oportet cancrorum extrema abscindi. Deinde lauari corpora eorum cũ aqua & cinere fricatiõe uehementi: & hoc cũ iteratiõe & iteratione. Et oportet ut detur in ieiunio. Et sit quantitas potius eius circiter. ℥. iii. & in crastinum adde. ℥. i. & sic die quolibet usq; ad li. i. ß. mane & sero ante alios cibos. Summa autẽ medicinarum

rum

rum ulcera pulmonis & pectoris consolidantiũ est hec. Sanguis draconis & proprie lutum sigillatum bolũ armenicum charabe scehdenegi olibanũ mastix balaustie rose & semen eius coralli eufistidos cortices cancrorũ fluuialium vstorum semen portulasse assum amilum assummi assuz semen malue & altee assuz semen arnoglosse assuz gũmi assuz fructus myrthi & similia. Medicamina autẽ cũ quibus hec danda sunt ꝓprie sunt vitella ouoruz lac dulce et acetosum: aqua pluuialis & aqua ordei decoctionis cicerũ & cancrorum fluuialiũ: aqua alsauich succus citoniorũ miua succus myrthi rose: & succus eaꝝ mucillago psilii semẽ citonioꝝ: syrupus de papauere: syrupus de iuiubis: syrupus de uiolis & syrupus rosatus & similia. Ex medicinis autem compositis sunt hec trocisci de luto sigil. aut de luto armenico: philoniũ persicũ est vltimuz: mũdificat enim et exiccat putredines & consolidat ulcera. Et nos scripsimus ipsum et adhuc alia multa huius intẽtionis in capitulo de sputo sanguinis que efficaciter afferantur ad hunc locum. ex rebus autem mirabilis iuuamenti ad consolidationes & sanationes vlcerum pulmonis est zuccarum rosatum recens: super quod non preteriit annus. Aggregatur enim in eo uirtus abstersionis ex succo rosarum: et uirtus consolidationis ex parte substantie earum: Et nosti ꝙ uirtus abstersionis ex rosis propter antiquitatẽ abscinditur que adhuc possidetur in recẽtibus. Et Galienus quidẽ ꝑcepit dari zuccarũ rosatũ singulis diebus in quantitate plurima etiã cũ rebus medicinalibus cibalibus et potabilibus ꝭm omnẽ modũ administratiõis eius: ita ꝙ etiã cũ pane. Et vsi sunt eo post ipsum plurimi et nõ est cõprehensibilis eorũ numerus q sanati sunt ex vsu eius tamen prius mundificationibus ꝑcedentibus. Falluntur eniz vtentes eo a principio dum mũdificatio nõ precesserit. Coartat eniz in pulmone materias. Nos autem dedimus cum lacte calido non febricitantibus. Febricitantibus uero cum aqua ordei decoctionis cancrorum fluuialium: & aliis multis modis administrationum: & inuenimus esse: medicamen vltimum. Verum quotiens ex eius administratione contingit constringi anhelitum dentur que

elargant ipsuȝ ex eis que educunt saniem: sicut proprie syru pus de ysopo & similia. Et si accidat supercalefactio propter desiccationē detur syrupus de iuiubis: aut syrupus de uiolis aut mucillago psilii: aut citoniorum cum aqua granatorum: aut aqua expressionis seminū portulace cuȝ trociscis de cā- phora dictis in antitodario. Et si sequatur post ipsum consti patio nature: detur myrabol'. de uiolis aut syrupus eius cum aqua ordei. Et postq̄ cessaueris huiusmodi redeatur ad zuc- charum rosatum dandum in omnem modum.

¶ Quintā rem cōplent correctiōes cadentes in accidētia cō- comitantia & superuenietia huic morbo. Et ex cōcomitanti- bus est febris consumptio & macies & debilitas. Et ex super uenietibus est tussis fluxus ventris constipatio & fastidiuȝ ci bi. Et iam quidē Hyppocra. dixit mundificatiuum ulceris fe bris lentescentiā succedere debere: que si non successerit con stat corruptionē ulceris profundari. Nos autem experiemur circa omne tēpus curationis: eius interponere medicamina febris vehementiā sedantia ut sigillentur ex his & illis bene ficia concordātia. quorū finis est sanitas. Et succurretur con stipationi & arefactioni et eorū cū eis que adequāt et hume ctant ex cibis & potibus et rebus medicinalibus: et admini- stratione lactis dulcis et aliis que diximus. Et cōfert eis bal- neatio in aqua dulci calida: postq̄ morbus in declinatione fuerit: et ante illud est res prauior et est ponere egrū in despe ratione. Forma aūt balneationis est in hunc modū. Prepare tur aer balnei ut sit liber non habens de corruptione odoris aut praue qualitatis omnino aliqd & calefiat ut sit caliditas balnei: & aque caliditas tēperata qua excitetur & nō resolua tur calor naturalis & sit prima mansionū remissius calida q̄ alia. Tunc intret patiens mansionē primā & fricetur in ea le ui fricatione: & ꝓprie tenerum faciēte corpus. Deinde intret mansionē secūdam & incipiat lauare corpus cū aqua calida vtēdo leni ficatione cū manu. Deinde paulatim intret aquaȝ calidaȝ & delectetur in ea. Deīde incipiat lauare corpus eius cū aqua decoctionis capitū edorum: aut cū aqua ordei con quassata cū ouis multis & oleo amigdalarum dulciuȝ. Dein-
de

de ducatur ad mansionem primā: & inungatur corpus eius oleo rosato: & ducatur ad habitaculum exterius in quo fit aer temperatus cum multitudine redolentium stipticoruз & qescat in lecto. Deīde post duas horas cibetur cibis laudabī libus in pauce quantitatis: & pluris nutrimenti ex eis quorū iam mentionē fecimus. Et ex hinc tota intētio nostra ad hu/mectandū sit occupatio. & hoc cuз delectatione & quiete & somno & delitiis et similibus. In crastinū autē aut in die ter tio balneetur similiter. Si aūt patiens debilis fuerit ante per duas horas q̄ balneū intret. Accipe sorbitiones ex carnibus teneris: aut ex lacte dulci & quiescat sup sorbitiones p duas horas. Deinde intret balneum. Si autem patiens talis fuerit: ut virtus eius tolerare possit. precepit Galienus ut post suf/ficientem lauationem in aqua calida: & in aqua capitū arie tum castratorum: spargi super corpus eius in prima mansio ne ex aqua frigida aliquid preter quam in capite eius. Dein/de inungi oleo rosato. Lauationes etiam in tina sunt huius intentionis: & proprie cum rebus humectantibus: & impin/guantibus corpus ex his que dicta sunt. Post hec paulatiз de ueniendum est ad administranduз in balneis lauationes ex aquis decoctionum capitum arietum castrorum: & similia. Et si corpus remanserit debile vngatur cum oleo masticino & similibus. Et similiter paulatim deueniendum est ad alia cibaria laudabilia & solidiora.

¶ De tussi aūt & constipatione uentris: aut fluxu que supue/n iunt eis: dicemus sicut in preteritis iam diximus. Et si acci/dat eis casus appetitus: curetur sicut in capi. ꝓprie dicemus.

PTisicis medicamina cōuenientia: scripta sunt plura in an tecedentibus. Ex eis sunt trocisci Galieni scripti in capi/tulo de tussi catarrali: & descriptiones syrupi de papauere: & diapapauer: et trocisci: et pillule de papauere: & pillule de storace: et alie pillule de narcoticis scripte in eodem capitu/lo. & hec proprie ad sedationem catarri. Medicamina ulcus mundificātia: & saniem eius abstergentia partim dicta sunt in capitulo de asmate & tussi partim in capitulo de empima te. ¶ Summa aūt medicinarum ulcera pulmonis & pectoris

consolidantiū

consolidātium dicta est in capitulo de sputo sanguinis.

¶ Confectio testiculorum vulpis est ptisicis: & consumptis medicina experta: & dicta est in antidotario.

¶ Hamech filius zezar. Confectio loch confert ptisicis: & mundificat ulcera pulmonis & consolidat. Reci. iuiubas. l. passularū enucleatarū.ʒ.xxx.seminis malue.ʒ.iiii.cancrorū fluuialiū.ʒ.xx.capillorų ueneris:cayare:uirge pastoris lingue arietis.ana.℥.me. liquiritie.℥.i. Decoquantur in lib.iii. aque vsq; ad lib.i.& adde eis syrupi de papauere: et zuccari tabarzet:& sape.ana.℥.vi.Decoquantur ad mellis spissitudinem.Deinde proiiciatur: super ea seminis cucurbite mundate.℥ i.gummi arabici.dragaganti:seminum citoniorum:amili seminis portulace:amigdalarū dulciū ana.ʒ.viii. papaueris albi.ʒ.v. Post bonā triturationē misceantur cum aliis da mane:& sero circiter.ʒ.v.

¶ Idem.Syrupus de psilio conferens ptisicis Reci. spodii seminum portulace:seminuų citoniorum:papaueris albi.ana. ʒ.ii.psilii mundi.ʒ.v.succi arnoglosse cocti & depurati.ʒ.xx. cancroruų fluuialiū lotorum ꝓm doctrinā predictā.ʒ.xx. Decoquantur in lib.iii.aque usq; ad lib i.& cum lib.i.zucchari fiat syrupus.da mane & sero cum succo arnoglosse:est enim efficax.Et quandoq; datur cum puluere huiusmodi ℞.psilii: gummi arabici.dragaganti:boliarmeni.ana. Da cum syrupo predicto.& succo lingue arietis.

¶ Filius zacharie arasi.Vlcera pulmonis cū nō sunt cronica sed adhuc aliqd ex sanguine egreditur cū tussi curari possibilia sunt.Detur ergo cū nō est febris lac recenter mulsuų: & si fuerit cū eis febris:detur aqua ordei cū cancris fluuialibus. aut cū syrupo de papauere. Et dū non cōstringitur anhelitus eius admīstrētur trocisci de papauere:quorū descriptio hec est.℞.papaueris albi:seminis cucurbite:et citrullorū mundatorū.añ.ʒ.iiii.dragaganti:amili:gūmi arabici: succi liquiritie.ana.ʒ v.thuris masculini boliarmeni:sanguinis dracōis. charabe.añ.ʒ.ii.myrrhe.cynamomi: opii.añ.ʒ.i.Fiant trocisci.Da cum syrupo de papauere: aut rob myrti. Et quando cum istis rebus constringitur anhelitus: dentur in potu ea

que

que elargant ipsum & educunt saniem: sicut syrupus ysopi & similia.
¶ Sabor. Loch cõferens ptisicis et cõsumptis. ℞. testiculoruz vulpis. ℥. iiii. batrembuc chaiare. an̄. ʒ. i. ciceruz dulciū trito ruz. ℥. iii. seminis papaueris albi. ℥. i. & . ß. ordei mūdi. ℥. i. passularū enucleatarū ficuum siccaruz: carniū dactilorū. an̄. ℥. ii. cancrorū fluuialium. ℥. iii. Decoquantur omnia in lib. iiii. aque usq; ad lib. i. & . ß. Deinde accipe zucchari: & penidiarū an̄. lib. i. testiculorum vulpium elixorum in dulci lacte. ℥. iii. aut cum olei amigdalini. ℥. iii. Decoquantur usq; dum sufficientem habeant coctionem. deinde proiice super ea papaueris albi: succi liquiritie. seminum citrulli melonis cucurbite: cynamomi: seminū bombicis purgatorū: seminis malue: floruz boraginis. an̄. ʒ. iii. amili dragaganti: gūmi arabici. an̄. ʒ. ii. carnium dactilorū: passularū enucleatarū. an̄. ʒ. v. Tere et confice cum predictis: bonum si deus uoluerit.
¶ Filius Serapionis. Confectio de iacur conferens ad catarrum acutum: & ptisim ex eo. Recipe. seminis papaueris albi & nigri. ana. ℥. ii. & . me. radicum liquiritie. ℥. i. & . me. seminum citoniorum seminis altee: ana. ℥. i. & . me. dragaganti. ℥. me. gummi arabici. ℥. ß. proiice super ea aque pluuialis lib. v. & dimitte die ac nocte. Demum decoque usq; ad consumptionem duarum partium: & adde mellis lib. i. et. me. et penidiarū lib. ß. decoque igni leui usq; dum mellis habeat spissitudinem. Da mane cum aqua ordei. Et accipiat in sero ex his pillulis. Reci. seminis portulace. ʒ. v. dragaganti: gummi arabici. ana. ʒ. iii. seminis citrulli. ʒ. iiii. seminis cucurbite excorticati: & seminum citoniorum excorticatorū. an̄. ʒ. vii. succi liqritie. ʒ. v. Fiat formulas similes lupinis cum mucillagine seminum citoniorū. Dentur tenende sub lingua.

¶ De egritudinibus cordis.

Egritudines cordis sunt: debilitas pulsus. tremor & sincopis. Et hec quidem egritudines easdez fere habēt radices: non aliter inter se differentes: sicut debiles & fortes. Causantia autem has egritudines cum sint debilia et remissa imprimētia

debilitatem

debilitatem cōtra uigorem minere faciunt debilitatē cordis.
¶ Amplius aūt eleuata ut imprimant agitationē lesiuam in ipso faciēte cadere diuersitatē in differētiis motus cordis sensu pceptibilem q̄ sunt ex magno ad paruuꝫ: ex ueloci ad tardum: ex raritate ad frequentiā et econuerso. Tunc fiunt cōstitutiones due: aut em̄ fiunt illa nō integre neq; in omni hora: sed cum quadaꝫ interpollatione & uicissitudine & fit pulsus cordis. Aut integre cuꝫ quadam continuatione et fit tremor cordis. ¶ Cum fortiora fiunt: ut imprimant vehemētius impressiones fortius ledentes impedientes aut p̄focantes motus eius: aut sepelientes spiritus ad interiora: aut intercedentes absq; intermissione oīno: aut aggregantes ad principiuꝫ aut resecātes absq; eo ꝙ est in radice faciūt sincopim. ¶ Vincentia aūt ea ultimata uictoria sup naturam: ita ut abscindatur spiritus & calor uite: aut extinguatur in minera: sunt causa mortis. ¶ Cause aūt facientes has egritudines: q̄dam sunt cause corpore: quedā sunt extra corpus surgentes. Et corporee qdem: aut sunt in ipso corde: aut in membris uicinis ei: aut in mēbris cōmunicātibus ei: ꝓpiqua cōmnicatiōe aut remota. Cause aūt existentes in corde ledentes ipsum: aut sunt malitia cōplexionis sine materia: aut cuꝫ materia. Et malitia qdem complexionis dn̄ans cordi facit debilitatem ipsius: debilitas aūt facta fortis usq; adeo: ut sit agitatiua uirtutis facit tremorem. Tremor autē superueniens generat sincopim. Vltimitas aūt facta in sincopi est extinctio et mors. Sed malitia qdem complexionis frigide suspectior est q̄ȝ calide ꝓpter elōgationē a re uite: et sicca magis q̄ȝ humida: q̄ȝuis hūida sit dominās in dispositiōe corporis. & causa ēt huius interdū sit cā prefocationis et mortis festine. Solutionem aūt continuitatis: aut ap̄ationem fieri in corde uirtus non patitur: immo sunt cā dissolutionis et mortis: et qn̄ non est dolor in ipso fit cā sincopis et mortis. ¶ Dixit Galie. ꝙ malitia complexionis pure aut materia facit in uniuersam corporis partem sensus lesionem qui est dolor: et qūo non in corde frustrabitur: ergo ut supponemus alterationes in corde non cor curari: & nos quidem diximus ꝙ iam radix preposita est: & enim esse egritudinum

tudinum

tudinum cordis aut non confirmantur: qa non sunt mansiue et tunc ordo medicationis incolumitat: aut cõfirmantur con ducentes ad mortẽ. Distinguemus aũt in causis lesionum cor dis: q̃ sunt ab aliis membris: qm̃ lesio cadens in pãniculis & in membris q̃ ambiunt cor dum redundat ad ipm est cã egri tudinum eius p̃dictarum in ipso. Et lesio cadens in cerebruz interdum est cã ad illud sicut in epilepsia mania & melanco lia: licet em̃ signantur in cerebro terminantur tñ in corde: & sunt cã egritudinum eius. Et ex eis est fluxus sanguinis nari/ um: aut undecunqz et cõicat ẽt cũ corde cõitate magis ꝓpria stomachus et affert ei cãs lesionum et ꝓprie cum corrũpitur in eo cibus et res uentosa: aut fuerit in eo humor mordicatĩ uus aut male qualitatis: aut uitreus uiscosus: aut repletio agĩ tatiua: aut fames uehemens: aut dolor acutus et pungitiuus: aut fuerit in orificio eius bothor aut ulcus putridum.

¶ Et dixit Paulus ꝙ egritudines q̃ sunt in stomachi orificio aut meri sunt ꝓpinque cõuersionis ad ferendũ lesionem cor di: ita ut qdam putent tremorem factuz in ore stomachi esse tremorez cordis: & qdam uoluerunt debilitatem in ipso esse cardiacã. Et dispositio epatis cũ ẽ alterata ut generet ꝫm plu rimum sanguinẽ melancolicũ imprimit: & est cã egritudinũ cordis & est peior dispositionibus aliis: ita ut faciat disposi/ tionẽ similem manie et melancolie. Adhuc aũt cause harum egritudinũ sunt euacuationes oẽs excedentes terminum: & simil'r in acuta aqua hypocondrium extractio: aut saniei in apertione apatis. Et ex eis est p̃focatio matricis et priuatio menstruorũ: aut exuberantia eorũ. Et ex eis est impregnatio & huiusmodi nocumenta ex uermibus: ut ẽt appareat dispo sitio similis epilepsie. Et sunt ex vermibus hñtes aculeos pun gentes orificium stomachi pũctione vehemẽti donec faciat cadere in dolorẽ acutum cãm ad sincopim: & aliqñ ad mor/ tem. & sunt qñqz ex penetrantibus usqz ad vicinas cordis p tes: & quãdoqz usqz ad cor & sunt cã mortis festine. A cõi/ tate aũt totius corporis supueniunt lesiones cordi sicut pro/ pter febrem: aut ꝓpter vehementiam raritatis corporis: aut ꝓpter vehementiã sudoris et similia. Ex causis aũt extraneis

accidit

accidit huiusmodi sicut ex aere pestilētiali: aut ex doloribus fetidis: aut uenenosis: aut assumptione rerum uenenosaruꝫ: aut ex morsu uenenosorum animalium: aut incursione timoris: aut ex balneatione vehementi: aut labore & similibus.

¶ Hic complentur dicta: & īponitur finis doctrine Diui Mesue: licet imperfecte in de appropriatis: & per consequens totius operis cum auxilio nostri redemptoris.

¶ Tabula capitulorum additionū Petri apponi.

Sermo de vnctionibus. car.
De sincopi. car.
De tumoribus mamillarum. car.

¶ De egritudinibus membrorum nutritionis.

De dolore stomachi. car.
De medicinis materiam a stomacho repellentibus et abstergentibus ac uillos eius mundificantibus. car.
De emplastris linimentis et unctionis. car.
De indigestione stomachi. car.
De vomitu. car.
De singultu. car.
De singultus cura. car.
De siti. car.
De appetitu mortuo. car.
De appetitu canino. car.
De egritudinibus epatis. car.
De egritudinibus splenis. car.
De hydropisi. car.
De doloribus ventris. car.
De fluxu uentris. car.

Oratio ad memoriam impetrandam.

¶ Petri apponi medici clarissimi in librum Ioannis Mesue additio incipit.

s I aũt fuerit humor in eo mordicans cũ ꝑcedenti eius adequatione & uirtus sufficiet & humorum accidentia dilationẽ recipiunt materia in qualitate ei contraria repellatur uel cum cõtrario a forma & specie ꝙ efficacius & tutius assero. Virtutẽ aũt cordis confortare non negligas oĩ hora intrĩsecus & extrinsecus & studeas cognoscere mẽbrum a quo nocumẽtũ ad basim emanat cõditione non dubia. Nosti ꝙ oĩum accidentiũ cõuenientium corpori cã extrinseca uel intrinseca: primus concursus est ad basim in qua naturalis uigore spirituum : virtutumq; omnium sigillatim creauit spiritum sapientia: sedem animarum uiteq; naturalium principiũ motus & quietis. Quo deficiente nulla amplius corpori dari pñt suffragia cõtinuo cũ eo moriuntur oĩa membra: erat enim terminus oĩum operationum aĩe rõnalis. In cerebro enim oẽs hc & ille incipiunt operationes: in corde vero suspiciunt cõplementum eius virtus tanq̃ forma oĩum membrorum ea irradians & uiuificãs virtutũ organicarũ pfectio. In materia uero non intelligibilis forme: quia gloriosus sicut diuini decoris ratio postulauit tunc sollicitum membrũ rectificauit mandans. & si a matrice cum his q̃ matricem respiciunt si a stomacho & pulmone siue sint mẽbra nutritionis siue spiritui seruientia rectificare ne differas & dolor violentus est ex maxime ꝓsternentibus virtutem eius & si fuerit in officialibus membris.

¶ Inquit Hyppo. omnium membrorum unica est cõuenientia & omnium uirtutum: & spirituum unicum est subiectum ꝓpter ꝙ oĩa membra dolent adinuicem: omnium uirtutum unica est virtus cũ vsq; ad hũc terminũ dyaforat dolor per spiritus ledendo uirtutes occultatur in eo spiritus et efficietur illa passio quã dicimus sincopim: non eñ vsq; ad radicẽ patitur passiones: sed cedit uite subiectũ eius lesionẽ nullaꝫ sustinens paruam estuationem influere recusat. Si quidem contingit hec passio malitia sanguinis in quanto uel in quali auxilia adhuc non sunt mortua omnino nec differẽtia. Dilatio

latio enim ducit ad mortem festinam:sed tanq̄ thesauro no bilissimo succurrendū est. Facimus hoc cum auxilio dei cum rebus : quarū proprietas est naturalem conseruare calorem & extraneum extinguere : & si fuerit ex abundantia sanguinis in toto corpore flobothomare ne differas: & primo a remotis ut aperire saphenam: postea basilicā : postea deuenire cum ventosis apud sinistram spatulā : postea cum syrupis de boragine: et buglossa: camphora: et psilio : & procedentibus hoc cursu potare ipsum non differas : hoc enim refrigerat sanguinem peccantem in quanto & in quali . In malitia autem complexionis raro flobothomamus: sed alterantia et cōfortantia ei preparamus: & multe eius passiones incomprehensibiles atq; occulte nobis existunt. & dicitur q̄ aliqn̄ uermis ad id.s.cor graditur & cōtinuo cū mordet interficit: nec non vltimata gaudia uel ultimate tristicie inter eius passiones existūt. Boni aūt odores incolumitatez eius seruāt: qa solo odore anima confortatur. Intercedendum est ei omne medicamen generans motū cordis & que sanguinez inflāmant hec eius motuz effrenitate faciunt: qa nobilissima natura nihil superflui: nihil diminuti sustinet . Ad figuram numeri & naturalis ordinis consonantia facta est ut subsistat: est enim fons et principiū uite decor aīe rex nature & moderator est corporis diuina sapientia cōceptus ad latus excessus magne caliditatis uel frigiditatis posita obuiare dicimus. Hec enim immoderatū motum cordis generat: illa uero trepidationez & caloris ebetationez ei affert. et sciuisti qm̄ non est simplex natura in cōplexione calidius & siccius substantia frigida & sicca. Rōne uero cōtenti ualde tēperatissimus calidoruz usus eius est forma.i. crassis minus molestia frigidoruz portat super hoc a consortio minus recedūt nisi ultimitatem excedāt tēperamenta sua caliditas est cā uite & consistentia maxime in flegmaticis: cuius uigore innata cōplexio q̄ membra inesse uiuificat: & uigore cōtinuo conseruat et cōsistit et nō ignores q̄ hic calor est uirtus humane nature. s. quem traximus a primo homine: per hanc eniz speciem indiuiduatur: & hec subiectū et fundamentuz est innati caloris que nullo genere fe-

brium

brium alteratur: immo est actus eius reductiõi extranei et di uersi caloris fortasse in nouissima specie ethice celeratur: & tũc mors accelerat necessaria et festina. Nõ.n.spabis hũc calorẽ posse naturali medicamĩe reduci. Hec ĩter uirtutẽ regitiua₃ et uirtutẽ rei administrate distinguebat: & regulabat: & huic cõplexioni omni tpe simile regimẽ dandũ est puta calidu₃ & humidũ tẽperatu₃: hoc post mortẽ semi cõsistit quãq₃ equiuoce. Cũq₃ ₛm scientiã tuã inuestigaueris qualitates passionũ basis et mansionẽ causarũ sit tua precipua et magnifica intentio cõfortare cor et unire uirtutes et sic earũ est auferre lassitudinẽ: & hoc auxilio dei cũ rebus aromaticis et aliis generibus administratarũ rerũ est ꝓprietas cõferre rei uite: maxime in qbus natura delectatur: inquantũ aũt tua solertia euigilantissime speculari poteris uirtutes cordis coadunare & cõfortare euigiles. Hoc erit summũ bonum & primum studiũ iuuamẽtorũ & tutele basis: qm̃ securius nõ uacillãdo ad alias res sue cure ꝓcedere poteris. uirtutis eni₃ unite non est recipere qđ effunditur ad mẽbrum: sed repellere et effugare contrariũ: & esto sollicitus nõ orbatis oculis intueri ut si sit aut ꝓpter inopiã caloris & laudabiliũ humorũ abstinẽtia₃: aut ꝓpter exuberantiã multe hũiditatis dominãtis corpori furiositatisq₃ sanguinis: aut solius cõplexiõis malitie: aliter enim & aliter medicabitur: et cu₃ ignoraueris ueritatem & titubabit tua scientia sup hoc semper securius erit calidis in temperamento uti & confortare cũ stipticis et odoriferis obliuioni non cõmitte. ℂ Secunda est cõuersio materiei uel eius qualitatis: que funditur aduersus ea₃ ad partes remotiores: aut ignobiliores sicut iam diximus: & in practica huius canonis rememorabitur: si deo placuerit.

ℂ Tertia res est mũdificare mẽbra mãdantia eaq₃ confortare & residuũ eoru₃: & est qñq₃ primũ in dispositiõe cure huius ꝓprie cũ ab aliis mẽbris nocumẽtu₃ fluit obuiare accidẽtibus. Nec ꝑtermittas cõfortare stomachũ maxime indigerẽdo. Corruptio cibi & potus in eo est ꝑparamentũ morborũ.

ℂ Primam rem cõplent quecũq₃ complexione ex substantia hac vel illa basim confortant cibi: laudabilis chimi. Medi-

tine stiptice & odorifere quarum memoriam legemus: si deo placebit. Sunt ex eis epata gallinarum iuuenum: ale auium: & pullorum: uitella ouorum recentium sorbilium: & q̄ hoc cursu ꝓcedunt pauce quantitatis & de numero uelociter p/mutabilium & nutrientiū. Vinum subtile & odoriferum est velociter confortans formam basis: conferunt ēt in hmōi di/spositione emplastra & unctiones sup cor: ut rerū stipticarū & boni odoris conseruant in eo calorē ne reprimatur. Et no/sti ꝙ unctio spine dorsi ad hoc est medicamen singulare per quam excelsus & gloriosus confortat uirtutem regitiuā toti/us proprietatis: & est cā protectionis & longitudinis vite hu/mane & defensio spūs uitalis & occurrunt ad hec absq3 di/latatione oleum camomillinū terebentina partes eorum mi/scendo equales succus arthemisie cū.iiii.ptibus ipsius oliba/ni repellit rigores febrium spūs putridorum & membroruꝫ febricitantiū affirmatū aqua roſ.et musco infecto imbibito & sup mansionē basis aspersa cū sincopi subuenit.

¶ Aurum electū in cibis administratū medicamē est sorbiū in cōfortando cātus amoris carnes siluestres os de corde cer/ui diambra & hec subueniūt administrata. si deus uoluerit.

¶ Secundā rem cōplent cōuersio & deriuatio materie & fu/mositatū eius ad ptes circūferentiales & confortatio cordis ad hoc principale repellit'p se uirtus fortis cōtrariū facimus hoc cū auxilio largitoris sanitatis poni vētosas in cruribus fricari manū uolas & pedes fricatione forti & ligari doloro/se. Confortari adhuc stomachū est de intentione principali. facit em̄ repulsam humorū ledentium basim & si necessitas exigit ad enemata acceleramus: & qn̄q3 uomituꝫ proprie & qn̄q3 in primis ductibus corporis extra vasa materiā credi/mus esse subuersam ledētem uirtutem basis: & qn̄q3 accidūt huiusmodi terrores venenosa potione. & hoc de necessitate cure terrorū diximus & confidas maxime in uentosa post si/nistrā spatulam. est enim huius passionis postremū remediū & succurrere postea cū uino subtilire soluto cū eo pane assa/to facit ad reparandū et recuperādum spiritus & oī ingenio & studio auxiliari ne differas: nunc conuertendo materiam

ad remotiora

ad remotiora nunc confortando cor & principalia.
Tertiam rem cōplent euacuationes decentes sicut scire te fecimus rememorabimur si deo placebit. Sup hoc enim multiplex consideratio cadit. Quarum prima est mēbrum scire alteratum. Scda qualitatem materie ledentis habita noticia qualitatis morbi medicine eũ repellentis fit euidentior. Tertia consideratio est scire qualiter & p quam uiam ad cor graditur lesio aut propter uirtutis defectum aut fumositatis materie aut si ab aliis membris consurgit ei bellũ uel in suis mā sionibus latet inimicus. Accidunt eniꝫ tales terrores emanatione humorũ: puta sanguinis fluxus narium menstruorum & uenaruꝫ incisione uel si dominio humoris predominatur corpori. Et nosti ꝙ morbi ex penuria humoruꝫ qualitatis & quantitatis non minus: immo molestius q̃ꝫ ex medicina eorũ purgatiua et multitudinem nascuntur. Quare cum cautela & tremore ad purgationem gradieris. leuius est eniꝫ inanire q̃ꝫ replere et minus molestum replere q̃ꝫ inanire. Si autem ab alienis morbis hoc nocumentum surgere uidebis: siue a cerebro siue a stomacho & matrice certam eorum rectificationē satagere ne differas cum his que scire te fecimus contra eorum passiones et faciemus illo duce gloriosissimo: cuius uirtute omnis natura agit.
Electuariũ cōfortans naturalē cōplexioneꝫ basis ꝓcurans digestiuam incolumen adiuuans membra principalia cōfortando illa. immo mundificat ea ab humoribus alienis mundificat canales epatis. & est expertũ contra malitiam mesaraicarum. ℞. ligni aloes boni anisi mundi reubarbari recētis ana. pondus equale zucchari sufficienter. Dosis ʒ.i. usqꝫ ad iii. ieiuno stomacho de sero cuius passio diurna fuerit in matutinis cuius noua est egritudo.
Medicamen ex intentione nostra defendens basiꝫ ab omni periculo preterito & futuro reddit naturam hylarē aufert lassitudinem membroꝝ principalium subuenit his qui tristātur & melancolizant nescientes radicem: diligunt solicitudinem & seipsos odio habent & suspecti sunt de re non suspecta & dubitāt multa ꝑicula eis euenire & remouet ab eis ma

leficia:facit eos iocũdos & amãtes curialitatis: subuenit re/
tentioni menstruorũ & fluxui et sincopi mulierũ iuuat para
lyticos.℞.coralli ru.macis ossis de corde cerui ambre marga
ritarũ christalli auri cocti argenti meri ossis heboris zaphy/
ri rubini hiacynti:añ.ʒ.v.balsami.ʒ.ii.musci.ʒ.ß.anthos spo
dii sandalorũ gariofi galange cala.aro.cubebarũ spice nar/
di corticũ fisticorũ se.basilicõis carda.piperis al.& lon.bac
carum lauri piretri:añ.ʒ.iii.stora.cala.magnetis myrrhe ele
cte opii tebaici:añ.ʒ.i.se.peonie colecte ĩ nouissima etate lu
ne:florum camo.florũ lilifagi sansuci balsamite muameos.
aristo.ro.dianthos:añ.ʒ.iii.croci oriẽtalis.ʒ.ß.ligni aloes pa
paueris albi:ana.ʒ.ii.zucchari ꝙ sufficit.dosis a.ʒ.ii.usq; ad
iii.cũ uino calido uel aqua calida ꝭm exigentiam.

¶ Tyriaca magna in huiusmodi terroribus est dilecta & est
cõmune medicamen ad diuersa genera passionum cor reple
tum inanit inanitum replet venenis magnifice resistit sꝫ pue
ris aut senibus parũ aut nihil dandũ est:& tyriaca.x.annoꝝ
melior & utilior in dispositiõe matricis cũ aqua mãdragore
est medicamẽ ualde efficax:dosis est ꝭm exigẽtiam nature &
sui naturã.Rorismarinus assumptus in cibis reddit naturaꝫ
hylarem & est tutela maxima a potionibus mortiferis. Chi
ranus dixit folia uitis albe in tm̃ hylarescere faciunt cor ho
minis ꝙ earum usus effrenitare facit apud gaudium.Confe/
ctio faciens ad tremorẽ cordis & sincopim calidam confor
tans stomachũ & sitim calidam extinguit facit odorem oris
bonũ & competit qui febrem habent:cuius ꝑmixtio.℞.xilo/
aloes balsa.siseleos cube.berberis roß.sanda.se.cõium: ana
ℨ.ß.coral.spo Charabe gummi dragagan.se.acetose se.por/
tulace buglosse:ana.ℨ.iii.camphore.ʒ.ß.margarita.ℨ.iii.con
fice cum rob citri.dosis est a.ʒ.ii.usq; ad.iii.cuꝫ aqua frigida
non veri frigoris.Et scire debes ꝙ mũdificatio corporis si oc
currat admĩistratio uentosarum post sinistram spatulam ẽ
res faciens te securum a morte & proprie quando suspitio ẽ
venenose potionis:& res iam posita est in desperatiõe in om
ni cordis passione sincopi & cardiaca est medicamen fidele
facit liberam uirtutem & spiritus respirationem: si deo pla/
cebit

cebit. & subuenit egritudinibus cerebri diuersis & splenis & aliquando pulmonis.

¶ Iudeus potio confortans cor et ducens materias a regio/nibus spiritualium et ab aliis membris mandantibus lesio/nem ad eũ & liberat tremore & omni passione cordis: si deo placebit & cum magna iocunditate respicit membra princi/palia. ℞. mira. citrinorum conditorũ ƀm doctrinam nostram quã scire te fecimus: vbi de eorum posse scripsimus. ℥. iii. aga rici electi. ʒ. iii. salis gẽme. ʒ. i. & ß. reubarbari rauedse. prepa rati. ʒ. ii. ß. turbith. ʒ. iii. ℥. tar. i. gummi dragagãti oppopona ci sarcocol. añ. ʒ. ii. spice nardi. ʒ. i. dictami. ʒ. ii. masti myrrhe electe: ana. ʒ. i. eorum apozima est. ℞. ysopi thymi yreos ba/samite sansuci liqui. macis: ana. ʒ. i. cynamomi gario. añ. ʒ. ii. antaleipericon zedoarie: ana. ʒ. ß. aromatizentur cum musci ʒ. ß. et modicum aque rosa. preparetur potio ƀm modum ar/tis uotum et propinetur in horis electis. Amplius scire opor tet ꝙ non semper occurrunt medicamina preparata: nec res terminum dant longum maxime cum ipsi infirmi sint cuȝ sin copi apparente: tunc enim studium est in confortando cum rebus cordialibus odoriferis et conuertere materiam ad mẽ bra distantia cum fricationibus ligationibus in extremis do lorosis et uentosis sub geniculis et dare apud talem casuȝ flo res caducos nucis redactos in puluerem cum liquore calido vino uel aqua ƀm necessitatem est medicamen quod conseq tur suam uirtuteȝ a maiori et nobiliori natura et liberat vna hora a sincopi: si deus uoluerit.

Singularia passionũ basis medicamina & quorũcunq; mẽ brorum humanũ organũ narrare nõ pñt. Et uos iam sci/uistis ꝙ scire ad ignorare paruam hȝ equipollentiam et sciuĩ stis ẽt ꝙ solertia studentium ingeniosa non est una oĩno: im/mo dissoluant et obuii in multis tractatibus permanent: hu ius enim mens illius ligamenti obuia est hec potẽtia formaꝝ & specierũ receptiua aliud actu cõsumatur: ꝙ̃ illa: uis enim eorũ ueriorẽ eliget opinionẽ cum ueruȝ a solo organo spũs sancti germinetur & abundet et ꝙ in nostris intellectibus in uenitur ab ordine maioris gubernationis illud consequmur.

quod enim magis participat nobiliorem perfectionem cō/ paratur ad illud quod minus participat sicut actus ad poten tiam & agens ad patiens ut luna gratia solis comparatur ad multas sic anima intellectiua propter consecutionem & affi nitatem quā sortitus a natura angelica cōparatur ad cōmu/ nem naturam ſm genus efficiens in mundo quod est natu/ ra āgelica omnium generum nobilissimum: quia de ordine diuine gubernationis & scientia innarrabilis & incompre/ hensibilis sine cuius irradicatione tenebre sunt: & deficit omis intelligentia & oīs eloquentia analogica: & allegori ca et ultima comparatio natute ab intelligentiis est: et quin ta essentia ad primā materiā generabiliū cōparatur a cuius aspectu dicimus uirtutē singularez supra naturā. Propterea o tu curā corporū gerens deū in cūctis prepōe & oīa tua pri cipia ab eo inchoent & ne uereatis eum ꝑponere & te post ponere sciens ꝙ tua scientia non est scire non est finita nō est perfecta nisi quantum ab eo perficitur: time eum et cuncta experieris secure & sit maior cautela capacitate tua: ut non deuies arrecto ullis ꝓcibus uel precio uel odio uel amore. Scis namq; ꝙ soli deo est notum confirmare hominez et hic heu; illic uehementius tibi parantur nec opprimes inopes sa lario: nec ingeniosus nobilium curam impotentiuz cura por tabis. Amplius non dilatetur cor tuum diffusa laude & pre conizata apud multos ne auertet a te deus gratiam suā: quo niam sua interest sanare non medici & nature est rectificare non medici tui non est nisi nature conuenientia & necessaria porrigere: nec ponas odiuz in anima tua aduersus medicos: hoc eniz a deo separat. ¶ Vgo medicamen cōfortant cor et subueniens sincopi. Recipe macis cardamomi cubebarum anisi. añ. ℥. ii. ambre margaritarū. ana. ℥. iiii. camphore tri. i. zinziberis. ℥. ii. galange spodii capparis añ. ℥. iii. masticis. ℥. me. musci. ℥ i. zuccari. lib. i. me. dosis a. ℥. i. usq; ad ii.

¶ Confectio trocis. expertorū iuuamentorum qui passiones cordis pati cōsueuerunt. educit eū materiā alienam in cor/ de: & sanat ab huiusmodi languoribus si deo placet. et facit egritudinibus sine materia: et cum materia: et respicit ma/

tricem

tricem malitiosam & stomachum corruptũ. Recipe florum rorismarini peonie bethonice aristologie longe: & rotunde dictami lilifagi eufragie.añ.ʒ.me.baccarũ lauri:piperis albi & longi cardamomi galange macis zinziberis sandalorũ spodii papaueris albi portulace ros.acori corallorum:añ.ʒ.ii.opii thebaici myrrhe croci:ana.ʒ.i.limature.aur.ʒ.i.musci tr.i.balsami succi granatorum mellis.ana.ʒ.quattuor mãne dyagridii:masticis.ita ꝙ horum trium fiat unuz corpus.añ.ʒ.iiii.agarici feminini.℥.me.salis gẽme.ʒ.i. confice cũ aceto squillitico quilibet vnius.ʒ.Dosis a.ʒ.i.usq; ad.iii.cum aqua saluie cõtra malas dispositiones matricis cuz aqua balsamite:arthemisie:& modico mandragore.

¶ Electuarium nobile pro magnatibus : & assumitur omni tempore & omni hora.& facit ad confortationem totius nature:& respicit omnia membra languida. stomachuz confortat multum:& prebet audaciam timidis: & ꝑseruat a sincopi si deo placet.℞.spodii seminis rute.capparorũ. lacte corallorũ:galan.macis.gariofil.cubebarũ.anisi.masticis. eufragie añ.ʒ.ii.musci.ʒ.me . pinearum mundatarum.amigdalarum dulciũ :seminũ cõmuniũ mundatarũ.añ.ʒ.iii.margaritarũ: ambre:zaphiri:hiacinthi.añ.ʒ.iiii.balsami.ʒ i.mellis.℥.i.papaueris albi.ʒ.ii.sandalorum:seminis endiuie.añ.ʒ.iii.confice cum aqua rosa.succo granatorum : & zuccari duri partes eorum miscendo equales:bulliant ebullitione debita. et fiat confectio electuarii ẜm ꝙ notum est in arte.

¶ Sermo de vnctionibus.

INcipiamus portellare sermones de unctionibus subuenientibus pulsui debilitãte tremore:& sincopi si deo placet , Sed scire oportet ꝙ ultimitas sincopis est extinctio caloris et mors.hec accidẽtia cõparantur inter se nõ aliter nisi ut debile et forte:cũ aũt fortia sunt ut imprimãt uehemẽtius:& uincant ultimata uictoria supra naturã : ita ut abscindatur uirtus & cor uite . ita ut extinguatur spiritus in minera sunt cã morti presuccurrere priusq̃ imprimãt:et uincant uictoria ultimata.Aliquãdo enim ut uidistis ꝙ robusti & sine languore uidentur.accidit casus uirtutũ & subito moriuntur:et igno/

ratis causam. fuit hoc soli deo notum & nature proprie: quoniam nulla apparuit causa cognita medico: his autem subuenire non est medici nec medicinarum posse: sed gloriosissimi & excelsi est omnium languorum sanare passiones.

¶ Sermones iniūctionis spine credo antiquos & pitos philosophorū traditionez & memoriā: & laudē tanti beneficii nature occultasse cuz eius vestigiū in eorū tractatibus sit abscissum: & est de elegantioribus iuuamētis preseruās subiectuz uite: & sciuisti ꝙ principiū ossium & neruorum est nucha: et generatur a cerebro: et spina est platea publica arteriarū neruorū spirituū et uirtutū et lectus spiritualiū membroruz & cōtinet medullā vere humiditatis: sic eniz agregabis multas bonas intentiōes. cōfortabis eniz substantiā velatiuaz et substantiaz spiritualē & nernos et uniuersa subueniens paralysi & omnibus neruorum egritudinibus saltui cordis & tremori laxitudini subuenit manifeste: & est medicamen omnium medicamentorum in celeri cordis confortatione.

¶ Modus confectiōis est. Re. myerrhe electe: aloes epatici: spice nardi: sanguinis drachonis: thuris: mumie: oppo. bdellii. carpo. armo. sarco. croci: masticis gummi arabici: gummi storacis liquide. ana. ℥. ii. laudani electi: succi castorei. ℥. ii. & me. musci. ℥. ß. terebentine ad pondus omnium: misce omnia hec pulueriza puluerizāda cū terebentina: & pone hoc totū in alēbico: & ingeniose distilla. est eniz ars sicut de aqua rosa. liquorez aūt p distillationē sublimatuz suscipe in uase uitreo forti: uicinatur eñi balsamo: & ꝭm hanc uiam subtilissimi sophistaruz adulterant balsamum: sed est modus nobilissimus modorū. Et si ungatur ex eo corpora cadauerum non patiuntur putrefactionem in eis: & cum uolueris confortare corpora extenuata tēperabis eum cum aqua rosata. ungēdo ex eo super basis mansionibus: & a nucha usq; ad renes. Et si ex eo ante horā paroxismoruz modicū tepescon ungat spina relinquēdo sup ea uestigiū eius cuz petia repelles rigores erraticaruz febriū: et quarūlibet simpliciū febriū. Sz quartanis & erraticis subuenit a principio totum periodū in sincopi quasi vltimata puncta spina: ut eius organuz uoce loquatur

tur

tur sub lingua infirmi ex eo parum appositiones: postea in auribus & naribus si necessitas urget: & dare ex eo apud necessitatem. Puta apud suffocationem matricis morbum caducum & plurimas passiones basis pondus tr.i.cum uino odorifero est res confortans animam & naturam: & subuenit ad omnia que oportet & proprie assumptum melancolicis. Et qui tristantur in anima: & sunt languide uirtutes et membra ac si essent cõtusi: & debilitati bello ethicis tempera cuꝫ oleo rosato: aut masticino: & vnge spinam eorum apud balneuꝫ: & sine balneo.

¶ Modus cõfectionis unguenti: quo si vngatur spina repellit febres flegmaticas uel melancolicas & confert paralysi: & neruorũ egritudinibus. ℞. succi arthemisie. succi galitie. ana. ℥.iiii. baccarum lauri. ℥.ß. masticis. ℥.i. olibani. ℥.ii. cãphore tri.i. olei camomillini. olei rosa. ana. ℥.iiii. cere. ℥.iii. fiat mixtio competens. ¶ Vnctio temperata restauratiua conueniens extenuatis ut ethicis ptisicis: & qui ex penuria humorum in cardiaca incidunt. Reci. olei camomillini & ro. et terebentine adipis porcini & arietini. ana. ℥.iiii. olibani: masticis: cere. ana. ℥.ii. mucillaginis ordei: mucillaginis psilii: ana. ℥.i. medulle bouine. ℥.iiii. olei scorpionis: qui inuenitur apud parietes: & in cauernis lignorũ uetustorũ lib.ß. cãphore. ʒ.ii. musci tr.ii. & unge ex eo totũ corpus ethici apud balneũ tẽperato cũ duplo ipsius unguenti olei uio. et ex hoc cõsequeris duo utilia. Primum est cõfortare membra languida Secundnm humiditates aqueas retinebit diutius apud membra inflãmata. sic eñ extraneum est extinguere inflammationem: & naturalem restaurare. Et scire opꝫ ꝙ admĩstrare balnea apud passiones basis mũdificato corpe balnea dicimus tpata dulcia proprie apud langores matricis nisi forte materia alia exigat balnea. & tũc ꝓm necessitatem & morbi exigẽtiam ea elige. & cõplexionis malitia est res de intentione huius cure. Et ungere spinã bene absters am post exitum balnei uehementius cõfortat: & balneũ apud infirmos debiles non laudatur: sepe enim ꝓpter sui affabilitatẽ associat sibi uinum contrariorum. aut naturam aut morbũ & non purgatis cor/

poribus

poribus balnea prohiberentur: nisi velles eorum materiam quam querimus expellere crudã facere obedientem: & tunc cum cautela presumẽdu₃ est: & non apud humorẽ: sed apud hunc humorem amplius scire oportet ꝙ non est intelligere post purgationem corpis balneare post opus farmaci prima die uel scđa: qm̃ hoc sicut scire te fecimus nõ est ꝓm legem.

¶ Medicamen forte repellens inueteratas & cronicas egritudines & materias diuersorum morborum cum diuturnitate habituatas in membris: quarum incolatu deuenitur ad p̃dictas passiones attrahit a remotis subuenit uniuersis egritudinibus neruorum: sanat epilecticos si deo placet: & cũ preuisione uideto cui des. ℞. colloquin. electe laudani. aga. turbith. hermodacti. ana. ʒ iiii. diagridii cocti masticis. ana. ℥. vi. ʒin. ʒ. ii. reubar. ℥. i. spice nardi. ʒ. i. armo. ase fetide. sarcocolle: oppo. euforbii ana. ʒ. ii. mezereon ʒ. ii. mãne terenia bin. añ. ℥. i. macis: musci spodii: galange gariofilorũ: añ. ʒ. i. cõfice cũ squillitico. Dosis a. ʒ. i. usq₃ ad. iii.

¶ Pillule fideles contra multas passiones corporis: proprie membrorũ principaliũ: & aliorũ nutrionis: & earũ usus cõtinuus preseruat a sincopi & tremore: recipiuntur omni tẽpore quando itur dormitũ et preseruãt a multis piculis futuris: et uiuere hominẽ incolumen faciunt. ℞. masticis: myrrhe: electe. añ. ʒ. ii. sanguinis dracõis. ʒ. i. musci. ʒ. ß. aloes boni. ℥. i. cõfice cũ succo ruthe dosis sit usq₃ ad. vii. Et si uolueris ex eis laxare adde agarici semini: diagridii: recentis. añ. ʒ. i.

¶ De sincopi.

Sincopis est casus uirtutis subito factis. Et sit ꝓm unũ duorũ modorũ. aut ꝓm actu₃ vltimatũ. & tunc est mors aut quãtum ad habitum. et quãdo destruuntur uirtutes in membris & nihil remansit de illis tũc est mors illius membri: & si fuerit in toto corpore est mors totius indiuidui: s₃ pretermissis oĩbus defectiõibus que sunt mortales de illa que mortalis nõ est sermonẽ afferamus. Defectionũ eñ quedã est casus uirtutis releuabilis & bonũ est hic edocere ut innotescat hec & illa. Quare et qualiter uirtus subito cadat. fitq₃ illud ꝓm vnum trium aut quattuor modorum: aut propter multitudinem

nem

nem materie diffuse in uiis spiritus generantis prohibitā re/
spirationem ipsius delationis ad membra propter oppilatio
nem uentriculorū virtutū aīalium & spūaliuȝ diffusa mate
riaȝ factam: & talis sincopis est idem cum appoplexia. sicut
dixit Gal. deficit motus omnium mēbrorum quia uie spiri/
tus & uirtutū motiuarum clause sunt & occupate multitudī
ne materie: quare aliud capere nō possunt occupatione pma
nente: & scire oportet ꝙ subito & immediate accidit casus
uirtutū gn̄aliter ꝓpter ꝓhibitionē motus spiritus ad mēbra
vniuersa: & tunc fit uirtutum congregatio ad radicem: & ex
trema relinquuntur expoliata calore: ꝓpterea frigidior in ex
tremis & estuatio nature sensitiue magna apparet: prohibi/
tionis aūt spūs ad suum motū unus triuȝ modorū est causa:
quoruȝ scientiā iaȝ incepimus & primū modorū posuimus.
¶ Secunda est conculcatio spiritus circa cor & contingit ꝓ/
prie in timore: tunc enim spiritus extrema non regit propte
rea ꝙ priuatus & cōculcatus est in corde: & hoc magis mulie
ribus & natura ꝓprie frigidis ab innato & terribilibus et nō
consuetis terroribus accidit. ¶ Tertia prohibita respiratio
proprie actiones spūs ad suos motus consuetos ꝓpter defe/
ctionem quātitatis suiipsius: sicut uidisti in fluxu sanguinis
immoderato: & accidit illud apud flobothomatos quando
exuberat fluxus preter moduȝ sanguīs fluxus undecūqȝ exu
berat anime grauat officia & spūs extinguit ardorem simul
cum eo labitur spiritus qa mansio spirituum in sanguine cir
cūscribitur. Amplius scire opȝ ꝙ non solū sanguinis emana
tio: immo quelibet illicita euacuationū hoc operatur: etiam
vltima ieiunia spiritū attenuāt. Et scire opȝ quod in ultima
euacuatione spirituum: ita qđ pars relicta non sufficit ad re/
gendum sustentationeȝ corporis ꝫm quam artem nullus au
deat medicorum euacuationes ultimare. Tolerabilibus erit
iterare. & iterare q̄ȝ vltra debitū modū in eūationibus in ꝑ/
iudicium nature effrenitare: tunc: & sincopis irreleuabilis
quando autem tantū remansit delatoris partis quod sufficit
ad regimen corporis quamq̄ȝ damnosum est sincopis releua/
bilis. Simile est in opposito modo quando enim delatores
priuantur

priuantur ad suos motus: qa oium semitarum & uiarum uestigia sunt priuata & facta est tanta oppilatio ventriculoruz & fontium cerebri usq ad substantiā spūalem diffusi sunt humores & mortuus est sensus fere & motus: tunc oīno est irreleuabilis: in medio modoruz est semp quasi releuabilis. Amplius scire opz q multis aliis modis sincopis accidit eorū quidam sunt ignoti sicut scire te fecimus: rapitur enim multotiens a ptibus pulmōis materia peripneumonica subito ad basim: & continuo interficit talis sincopis. Similiter & ab aliis partibus ppinquis: & possibile est q p occultos ductus distillet aliqd fraudulenti humoris a cerebro ad basim & fiat sincopis pnitiosa: si pcutiat substantiam spūalem aut tremor q transit p partes ppinquissimas basi & non est pnitiosa: & accidit potissime: dānosissima sincopis ei q ducitur ad sumptuz mortiferi in cibis & potibus & credo succurri potuit.

¶ Quando aūt tm̄ imprimitur & ultimata uincit victoria q nulla ualent suffragia congregant sepe hmōi accidentia mulieribus p resudationez humorum a matrice aduersus spūalia hn̄tium semitam & animales uirtutes & huius intentiōis curā scire te fecimus & signabimus: si deo placet cuz iuuamētis passionuz matricis legemus. Amplius scire oportet quod nō minus fixa malitia stomachi quam matricis malitia hoc contingere potest. & te oportet has singulas uias & vestigia singulorum modorum bn̄ sentire: aliter enim & aliter medicari oportet super hoc uel huiusmodi accidentibus timorosis sine omni dilatione succurrendum est: & omne genus cure ilico administrandum.

¶ Dilatio enim ducit ad mortem: nullam eniz recipiunt tarditatem curam huius passionis iam signabimus in uniuersali canone passionum & est simillima curis passionū mēbrorum creantium hanc passionē: maxime quantum ad radicez ptēderetur super hoc sermo tediosus si uellemus res assumere singulorum modorum cure ad mitigationez: qm̄ in nostra summa deo duce de passione omnium membrorum & iuuamentis eorum protelabimus. Restat igitur confortare basiz: consequenter scire membrum mandans: & repellere eius residuuz

siduum ipsumq; cõfortare & rectificare & procedere in hu/
iusmodi terroribus ꝭm doctrinaȝ practice limitate & tibi in
sermone probabo de passiõibus basis deo gratias. In cardia
ca ex melancolica dare aquaȝ lactis in aqua resoluti sint mi
rabolani & epithymum est medicamen valde dilectũ in ma
nia & omni morbo melancolico.

¶ De tumoribus mãmillarum.

TVmor mammillarum fit ꝭm plurimuȝ ex lacte corrupto in eis: & tunc iube apponi mollificantia et resoluentia: vt fiat resolutio ꝓhibite resolutionis facte: & manda sit exu beret: lac apponi catulos paruos ad sugẽdum utere exterius euaporatiuis intrinsecus oppositis. ¶ Cataplasma utile re/ soluens tumorem mammillarum a corruptione lactis. Reci/ pe farine seminis lini: farine lentium tempora cum oleo ro/ sato & croco.

¶ Aliud. Inain. ℞. marubii ebulorum folioruȝ papaueris al bi: absinthii: rute cuscute & tepida appone.

¶ Dyasco. ℞ olibani seminis absinthii: masticis farine lenti/ um. aã. ʒ. iii. cere. ʒ. iiii. olei rosati. ʒ. vi. fac unguentũ et unge.

¶ Aliud oua cum oleo rosa. mitigant dolorem & sedant tu morem. Si aũt tumor mãmillaruȝ ex inflãmatione sanguinis aut colere fuerit tunc est occupari circa refrigerationẽ corpo ris & aperire saphenas est ꝑcipuum & magnificum in dispo sitione hac est distrahere materiam. & si forte accidebat ui/ tio matricis est cura prima linimentuȝ refrigerans ardorem mãmillarum extinguens acumen: & delet tumorem. ℞. succi semp viue succi solatri: albuminis ouorum & olei rosati: bñ. pondus vnum: nunc frigidum nunc tepidum appone.

¶ Aliud cõtra humores calidos line prius locum tumenteȝ cum albumine ouorum & oleo rosato partes eorum miscen do equales: postea super asperge puluerem nitri subtilissimũ & iterum superpone tota submersa in eodem liquore. Ampli us scire oportet quod post saphenam oportet aperire basili/ cam: puta si acumen humorũ sit ualde supbum in quanto & quali conuertimus: tunc regimen in tali occupatione ad ea que sunt posita iuxta latus frigiditatis et humiditatis & pur/

gamus

gamus humorem suspectum medicina temperata respicien-te hoc cōplexione et proprietate si necessitas urget purgādi. & si deueniatur ad corruptionem ad illud ꝙ ē manuale hoc illorum est qui cyrurgia sunt instructi: & non inficiam summam meam huius vestigii ꝙ ad mechanicam spectat operationem. Et si ex frigore & frigidis humoribus tumores accidunt in māmillis adhibe farinam fenugreci cum succo apii & ebulorum commixtam.

¶ Alid ℞. fimi bouini recētis & caprini: añ. ℥. ii. succi marubii: succi ebuloꝝ: fecis aceti: añ. ℥. i. misce & suppone calidū.

¶ Ioannitius contra uiuos ardores & rubicūdos temperat eū eos & occidit audaciam eorū: ℞. mucillaginis psilii: aceti olei rosati: olei viol'. añ. pondus. i. opii: camphore: ana tri. i. fiat omnium mixtio cum farina ordei & albumine ouoruꝫ.

¶ De egritudinibus membrorum nutritionis.

p Rotelauimus hucusqꝫ de egritudinibus membrorum animalium & spiritualiuꝫ & posuimus modos curationum egritudinum que possunt euenire ipsis membris & iuuamenta membrorū communia & propria ꝫm scientiam et inuentionem peritorum philosophorū & que uetustissimi medici sunt experimento experti: liquida fecimus & scripsimus illud ꝫm artem nostram ꝫm ꝙ gloriosissimo & excelso meum organum placuit eructare: ab ipso enim mendicat omnis scientia. ipse de largitate sua medicinam produxit et medicum velut nature refugium creauit: pluat super intelligētiam ros uere huius scientie veritatis ab illo qui improperat cum exhibeat omnibus affluenter. volumus autem nunc prime sectionis summam tertiam de egritudinibus membrum nutritionis principiare et significare modos cure cuiusqꝫ egritudinis membrorū & aggregare huic intentioni res necessarias auxiliatorē igitur petamus deū a quo cuncta respirāt & a quo nostre oēs gratie prodeunt. Repleat igitur spiritus dei mentem nostram qui sit bñdictus ut res medicinarū aduersus indigētiā incolumitate plenas sua gratia ponere non deficiat.

¶ De dolore stomachi.

Dolor

Dolor in stomacho uehemens indiget quandoq; blādimento: cura aūt blandiens est cura non nota ut stupefacere apud vehementem dolorem ipsius & pulsationem & hoc raro facimus: est enim mendosuz nisi ultimata victoria dolor prosternat uirtutem: tunc enim uelut minus malum illud administramus Nos uero in primis incolumitatis largitorem inuocemus ut de sue clementie abundantia ipsam egēti sperantiqz annuat sanitatem. Afferamus etiaz ad hunc locum ex medicinis celesti uirtute dotatis: & ut infirmorū anxietas abbreuietur & cura eius indiget obseruatione regiminuz omnino: sicut in capitulo emigranee de genere vehemētium dolorum significauimus & est huius intentionis precipuum conuertere regimen ad ea que laudabilium chimorū sunt alimenta. & hoc est regimen laudabile in generibus rerum. Scda res est sine dilatione occupari aduersus accidētia que sunt vehementia. Tertia res est confortare aduersus accidentia & coadunare uirtutem stomachi. Quarta res est repellere materiam ledentē ad oppositu3. Quinta res est rectificare membrum mandans & habetur sup hoc magis suspectum epar amplius scire oportet q̄ fiunt languores eius aliquando absq; materia a malitia complexionis.

¶ Dixit Hyppo q̄ cōplexionis malitia infixa et māsiua dolorem non efficit dolor est rei cōtrarie contrarietatē sentire.

¶ Quando aūt q̄ fuerat principalis et maxime membri cōplexio rei cōtrarie aduentu desolata est: & q̄ prius fuerat extranea facta est ac si esset principalis dolorem nec facit uehementer: qd enim in eodem sibiinuicē obuiabit. Actio em̄ nō vertitur nisi inter cōtraria: deficit bellū & litigatio altero inimicorū iam mortuo: & huius intentionis cura primū est alterare cōplexionem que fuerat aliena post illud confortare.

¶ Primā rem cōplent abstinētia cibi & potus vehemētia doloris pseuerātie: & cibi & potus subtiles stiptici odoriferi ut confortent & laudabiles chimos in corpore generant: sed in eorum electione apud qualitatem non loquimur necessario.

¶ Primus aūt scire oportet humores qualitatum peccantiū siue flegma siue colera materie languorum existant aut apo-

stema

gamus humorem suspectum medicina temperata respicien-te hoc cōplexione et proprietate si necessitas urget purgādi. & si deueniatur ad corruptionem ad illud ꝙ ē manuale hoc illorum est qui cyrurgia sunt instructi: & non inficiam sum-mam meam huius vestigii ꝙ ad mechanicam spectat opera tionem. Et si ex frigore & frigidis humoribus tumores acci dunt in māmillis adhibe farinam fenugreci cum succo apii & ebulorum commixtam.

¶ Aliud ℞. fimi bouini recētis & caprini: anā. ℥. ii. succi maru bii: succi ebuloꝝ: fecis aceti: anā. ℥. i. misce & suppone calidū.

¶ Ioannitius contra uiuos ardores & rubicūdos temperat eīn eos & occidit audaciam eorū: ℞. mucillaginis psilii: aceti olei rosati: olei viol. anā. pondus. i. opii: camphore: ana tri. i. fiat omnium mixtio cum farina ordei & albumine ouoruꝫ.

¶ De egritudinibus membrorum nutritionis.

P Rotelauimus hucusqꝫ de egritudinibus membro rum animalium & spiritualiuꝫ & posuimus mo dos curationum egritudinum que possunt eueni re ipsis membris & iuuamenta membrorū com munia & propria ꝛm scientiam et inuentionem peritorum philosophorū & que uetustissimi medici sunt ex perimento experti: liquida fecimus & scripsimus illud ꝛm ar tem nostram ꝛm ꝙ gloriosissimo & excelso meum organum placuit eructare: ab ipso enim mendicat omnis scientia. ipse de largitate sua medicinam produxit et medicum velut natu re refugium creauit: pluat super intelligētiam ros uere huius scientie veritatis ab illo qui improperat cum exhibeat om-nibus affluenter. volumus autem nunc prime sectionis sum mam tertiam de egritudinibus membrum nutritionis prin-cipiare et significare modos cure cuiusqꝫ egritudinis mem-brorū & aggregare huic intentioni res necessarias auxiliato rē igitur petamus deū a quo cuncta respirāt & a quo nostre oēs gratie prodeunt. Repleat igitur spiritus dei mentem no stram qui sit bñdictus ut res medicinarū aduersus indigētiā incolumitate plenas sua gratia ponere non deficiat.

¶ De dolore stomachi.

Dolor

Dolor in stomacho uehemens indiget quandoq; blādi/mento: cura aūt blandiens est cura non nota ut stupe/facere apud vehementem dolorem ipsius & pulsationem & hoc raro facimus: est enim mendosuȝ nisi ultimata victoria dolor prosternat uirtutem: tunc enim uelut minus malum illud administramus Nos uero in primis incolumitatis largitorem inuocemus ut de sue clementie abundantia ipsam egēti sperantiqȝ annuat sanitatem. Afferamus etiaȝ ad hunc locum ex medicinis celesti uirtute dotatis: & ut infirmorū an/xietas abbreuietur & cura eius indiget obseruatione regiminuȝ omnino: sicut in capitulo emigranee de genere vehemētium dolorum significauimus & est huius intentionis preci/puum conuertere regimen ad ea que laudabilium chimorū sunt alimenta. & hoc est regimen laudabile in generibus re/rum. Scda res est sine dilatione occupari aduersus accidētia que sunt vehementia. Tertia res est confortare aduersus ac/cidentia & coadunare uirtutem stomachi. Quarta res est repellere materiam ledentē ad oppositūȝ. Quinta res est rectificare membrum mandans & habetur sup hoc magis suspe/ctum epar amplius scire oportet ꝙ fiunt languores eius ali/quando absq; materia a malitia complexionis.

¶ Dixit Hyppo ꝙ cōplexionis malitia infixa et māsiua do/lorem non efficit dolor est rei cōtrarie contrarietatē sentire.

¶ Quando aūt q̄ fuerat principalis et maxime membri cō/plexio rei cōtrarie aduentu desolata est: & q̄ prius fuerat ex/tranea facta est ac si esset principalis dolorem nec facit uehementer: qd enim in eodem sibiinuicē obuiabit. Actio eñ nō vertitur nisi inter cōtraria: deficit bellū & litigatio altero inimicorū iam mortuo: & huius intentionis cura primū est alterare cōplexionem que fuerat aliena post illud confortare.

¶ Primā rem cōplent abstinētia cibi & potus vehemētia doloris pseuerātie: & cibi & potus subtiles stiptici odoriferi ut confortent & laudabiles chimos in corpore generant: sed in eorum electione apud qualitatem non loquimur necessario.

¶ Primus aūt scire oportet humores qualitatum peccantiū siue flegma siue colera materie languorum existant aut apo/

stema

stema in stomacho factum. Et iam scias post scientiã qualitatis regimen cibi & potus exigere conueniens & nõ negligas regimen confortatiuum proprie complexionis stomachi maxime post sedationem languorũ eius.
¶ Secundam rem cõplent sedantia vehementes dolores: & nuncupantur in hac dispositione dolor egritudo qñ absq; medico a sua materia prodiit necnon & accidẽs: cũ uehemẽtius ultimatur & ꝑducit quasi ad uestigium sincopis.
¶ Vomitus autez non est accidẽs cui obuiemus: dummodo eius impetus non excedat debitam euacuationẽ, & tunc eius curam significabimus. & si deo placebit. Et scire oportet ꝙ uomitus electus est de intẽtione principali omnium rerũ cure doloris stomachi: est enim regio conueniens et apta huiusmodi euacuationi concauitas magne. Inquit Hyp. materia quam euacuare oportet: repellenda est per regionez ad quã magis declinare uidetur. Est eniz vomitus conueniens ex maxime sedantibus dolorem stomachi: potissime quando retẽtio cibi & potus dolorem in eo causabat: & ei opponũtur in quantitate: huius etiam occupationis sunt enemata. Post illud si dolor adhuc operationis fortiter ledat balnea administrentur. Est eniz caloris opus dolores sedare: dispergit enim grossaz materiam & subtilez aliquãdo per quandaz euacuationẽ & resudationis libentiã annilat et emplastra cõuenientia et appositio uentosarũ sunt huius rei consummatiua.
¶ Tertiam rem cõplent cõfortantia animã stomachi et eius naturaz et sunt heres cordiales & cibi subtiles boni chimi et appositio alicuius rei cõseruantis in eo calorẽ de quorũ summa est myrrha mastix proprie mixta cũ oleo myrtino et camomille & cibi aggregãtes & coadunantes stomachi partes laxas sicut sunt cibi proprie acetositatis & est aromaticis stipticis rebus condiantur sicut assari mumia segebes: & similia. Et sit eorum exhibitio pauce quantitatis perueniẽdo ad gradũ usq; ad id cuius administrationẽ stomachus cõsueuit. Et ne pretereas qui cadat in cibos eoruz et iuribus menta & succus aggreste & succus granatorũ et sumach et species aromaticorum & citonia condita sunt dilecta & similia.
¶ Potus

¶ Potus autē eoruʒ uinū odoriferum subtile & lene de cen/tis cōmixtionis cū aqua solis irradiata parum radiis cu i su/perponuntur parū aque rosate: & uitet aquā frigidā ueri fri goris: depauperat eñ in eo calorem. Calida uero stomachū mollificat & eius disgregat uirtutes & electio cibi & potus paucitas eorꝫ quies aer pparatus ad tempamentum somnuʒ & gaudium delitie sunt ex rebus confortantibus stomachuʒ & totum corpus restituentibus ipsuʒ sue nature: & si tñ exu berat q̄ pducat ad ethicam stomachi tunc est occupari: nunc circa administrationem reꝝ humectantium: nunc restauran/tium corpus: nunc tempantium uirtutes ex his que diximus & dicemus: si deo placebit.
¶ Quartam rem cōplent repellentia materiā que est mater egritudinū stomachi & acquirit hoꝝ sciētia: aut si est flegma aut si est colera aut grossa uentositas. Et nos non possumus medicamina intentionis necessarie cōtra stōachi langores di finitiue significare prer quedam quoꝝ opus non est a comple xione neq̧ substantia pprie sed opponit egritudinibus a sub stantia intelligibili: & alia quoꝝ interest hoc membrum re/spicere magis q̄ȝ illud. Et hoc scire uidet uersari circa speciē & uos scitis quoniā scientia medicine circa hunc hominē & non hominem uersat.
¶ Medicamen quod hunc morbū destruit alteri morbo cui similis uidet uires addit. Sunt enim diuerse hominum cōple xiones & opationi subiecte. Quis enim medicoꝝ omnia q̄ requirunt ad ueram curam aspectum naturaʒ tempoꝝ diuer sitatem regionum causam morbi complexionem ppriā quā conseruare & non alterare medicum opʒ etatem que de uin culo complexionis est: cōsuetudinē que natura inductu tpis longissimo efficit: inuestigabit sine pte diuine clementie. Ro ga igit deum largitorem sanitatis ut ipse annuat inter medi/camina tibi eligere fideliora: & pprie contra egritudinem cu ius curam suscepisti & impleat animam tuaʒ: quia uniuersa huius scientie uolumina relegisti. Medicine autem stomachū respicientes sunt pprie que materias quibus obuiant a sto/macho & intestinis educunt materierū que habitant in sto/

macho: & intestinis oīum euacuandaruȝ facilior est eductio de quarū summa sunt mirabolani: aloe lotū & aggaricus & alia quorū memoriā in hoc sermone: si deo placet dicemus.
¶ Quintam rem complent corrigentia & rectificantia epar splenem & matricem. hn̄t enim quendā cōcursum ad stomachum. ¶ Dixit Hyppo. uidisse quendā cuius phisionomia testificabatur illum esse flegmaticū vomentem sepe coleram: quia semita a stomacho ad epar signata nō erat angusta: immo ampla & spaciosa. & respicientia hec mēbra scire te fecimus in capitulis eorū: de quorum collegio est reubarbaruȝ: lacca: spodiū: spica: eupatoriū: cassia lignea: tamarindi: mirabolani: cappa. & similia. ¶ Hyppocrates medicina respiciēs stomachū cōfortans totam eius uirtuteȝ & fugat dolores factos in eo & digestioneȝ accelerat. ℞. galange: masticis ligni: aloes: cynamomi: se. myrthi. an̄. ʒ. iii. eufragie anisi: an̄. ℥. me. zinzib. ʒ. i. corticum fisticorum exteriorum olibani rosaruȝ: an̄. ʒ. ii spice. ʒ. i. ß. salis gēme. ʒ. iii. zucchari administrati cuȝ aqua rosaruȝ. lib. ii. dosis a ʒ i. usq; ad. ii. et ante cibū & post sumitur. ¶ Hyppocrates medicamen cōtra frigidos & uiscosos humores & grossos sepultos & est conueniens senibus ꝓprie in hyeme in uillis stomachi. ℞. baccarū lauri anisi: an̄. ℥. i. piretri ultramarini zinzib. galange: ana ʒ. iiii. masticis myrrhe: an̄. ʒ. ii. mellis. lib. i. aceti. ℥. i. dosis a. ʒ. i. usq; ad. iii. & est fortis operationis contra dolorē. & est factū cā uentris.
¶ Galienus. Medicamen ualens ad īfirmitates stomachi frigidi & ad dolores fortes uentris. Recipe trium piperū: spice nardi zinzib. rosarum florū camomille squinanti centauree aristologie rotunde: an̄. ʒ. vi. ligni aloes. ℥. ii. conficiantur cū melle in quo cocta sunt mastix myrrha & gariofill'.
¶ Aliud ex arte nostra fidele & exptum cōtra malitiā stomachi & cerebri causatam a stomacho generaliter subuenit oībus passionibus stomachi qm̄ respicit ipsum a ꝓprietate nobili. ℞ corticis exterioris fisticorum: seminis peonie masticis myrrhe olibani ligni aloes spice nardi: an̄. ʒ. ii corallorū ad pondus oīum rerum: confice cum zuccharo tēperato cū myrrha & ros. Dosis a ʒ. i. usq; ad. ii. ieiuno stomacho.

¶ Dyascorides. Aristologia rotunda stomachũ confortat & oēm putredinem ab eo separat & si fuerit in eo apostema sanat. Et eius pmixtio laudabilis est cum aqua rosa. corallo & myrrha & subuenit hoc medicamen caducis.
¶ Aliud cōfortās stomachũ & est p magnatibus cōtra morbos vētositatũ grossaꝝ & eructuationē acetosaꝫ pcurat digestionem. Re. gariofiloꝝ galāge ligni aloes: aÑ. ʒ. iiii. masticis cheisim: aÑ. ʒ. ii. zinzi. macropiper cynamomi pipis albi: aÑ. ʒ i. ß. zuccari calamēti mēte sicce spice heyl: seminis apii feniculi anisi carui & calami arōatici: aÑ. ʒ. i. ß. zucchari tabarzet ℥. x. mellis dispumati ꝙ sufficit. Dosis a. ʒ. i. usqꝫ ad aur. i.
¶ Aliud medicamen conferens ad dolorem stomachi & epatis remouens ab eis putredinem a caliditate & acuitate colere citrine faciens diligere cibum & est ex cōferentibus & cōfortantibus stomachum et epar debilia. Re. rosarum rubearum. ʒ. x. trocis. dyarodon trocis. de spodio liquiritie: ana. ʒ. iiii. gario. calami aromatici et spodii masticis ligni aloes: aÑ. ʒ. ii. trium sandalorum. ʒ. iii. assari spice mus. macis cardamomi portula. lactuce scariole. se. cōmunium albarum margaritarum cum fenugreco. rasure eboris & dragagan. gummi arabici: ana. ʒ. i. me. camphore. ʒ. me. musci. ʒ. i. sextam cōfice cũ syrupo rosato & aqua rosa. Dosis. ℥. me.
¶ Aliud medicamē cōferens stomacho debili anxiato cuius dispositio maturat ad ethycā & rectificat epar & chistin fellis & calefactis subuenit ictericis ptisicis cũ febre & sine febre: cuius pmixtio hec ē. Re. foliũ ros. rub. cāphore cynamomi sublimati & electi gariofi. tri. sandal. portula. aÑ. ʒ. iii. succi celidonie succi absinthii succi epatice ꝑparatorũ: aÑ. ʒ. iiii. reubarbari electissimi. ʒ. iii. spice nardi. ʒ. i. uini albi & odoriferi. ʒ. i. trocis. de spodio trocis. dyarodō trocis. de eupatorio: aÑ. ʒ. iiii. granorũ coriādri infusoꝝ in aceto & torrefactoruꝫ balaustie berberis succi sumach succi liqri. aÑ. ʒ. i. liqri. ʒ. iii. dragagā. ʒ. ii. corallorũ peonie ligni aloes masti. ana. ʒ iiii. seminũ cōium. ʒ. ii. cōfice cũ syrupo recipiēte succi granatorũ succi pomorũ citrinoꝝ succi citrāgulorũ succi portu. sꝫ loco succi pone semen eius: ana. lib. ß. & fiat syrupus cum ꝑdictis

ſuccis zucchari.li.iii.ß.Doſis a.ʒ i.uſq; ad auř.iii. Et eſt mirabile q ſi maſticem ieiuno ſtomacho cepe albu3 in dolore ſtomachi groſſo preter febre3 illo die dolorem eger non ſentit. Et⁹ puluis florum celeſi datus cum calida una hora liberat a doloribus ſtomachi.

¶ Medicamen ex inuentione noſtra cuius virtutē & nobile3 experientiā nullum tranſcendit medicamen ſanat oēs langotes ſtomachi ſi deus uoluerit Siue ſint a malitia cōplexionis ſine materia ſiue cū materia digeſtiuā confortat appetitiua3 irritat retentiuā uigorat: necnon expulſionē auxiliatur. Sintomaticos fluxus ab indigeſtione natos ſiue ſuperiores ſiue inferiores emendat & totū ſtomachū ꝓprie nature reſtituit. ℞. maſticis ligni aloes myrrhe electe cynamomi aniſi: añ.ʒ.v.corticū exteriorum f ſticorum gariofilorū ſpice nardi: añ.ʒ.iii.eufragie.℥.ß.corallorū alborum & rubeorū ptes miſcēdo equales ad pondus oīum rerum zuccari q ſufficit.

¶ De medicinis materia3 a ſtomacho repellentibus & abſtergentibus ac uillos eius mundificantibus.

d Icamus modo medicinas quarum proprietas ē repellere materiam ledentem ab eo & abſtergere parietes ſtomachi: & mundare uillos eius ab omni ſuperfluo: de quarum ſecta eſt aloes bonum lotum & preparatum ſm artem noſtrā & agaricus femina & mirob.& reubarbarū rauedſeni & thus & his ſimilia & acquirimus eis proprietatem laudabile3 & facimus eas eductiuas humorū quorum non erat per ſe vigoratio facta per artem facit acquirere alias ꝓprietates nobiles & conſequitur quaſi naturam.

¶ Filius zacharie. Medicina experta repellens putredine3 a ſtomacho & eſt eductiua humorum flegmaticoru3 & colere groſſe.℞.mirabolanorum citrinorum infuſorum in aque roſa.℥.ii.ſ..portul.ʒ.ii.agarici.ʒ.iii.ſalis gemme.ʒ.i.mellis.℥.i.me.aloes boni.℥.ii.fiat confectio cum ſyrupo granatorū & myrrhe.Doſis a.ʒ.i.uſq; ad.iii.

¶ Iudeus pillule efficaciſſime contra ſtomachi cerebri viſcerum neruornm uitia: educunt humores viſcoſos a ſtomacho

& inteſtinis

& intestinis & trahunt a remotis mũdificant instrumẽta sen sum & mẽbra nutritionis & spiritus: quarũ cõfectio hec est. ℞. colloquintide electe & purgate & trite cũ oleo ro. laudani thuris: añ. ʒ. i. masticis gũmi draga. añ. ʒ. iii. ros. rub. ʒ. ii. dya gri ꝑparati ʒ. i. ß. aloes boni. ʒ i. confice cũ succo endiuie. Do sis a. ʒ. iii. usq; ad. xi. post cibum qñ itur dormitum.

❡ Nicodemus pillule purgantes stomachũ a grossis humori bus abstergentes uillos & parietes eius proprie ab humori/ bus conglutinatis in eis & mirabili iuuamento respiciunt re nes & neruos. ℞. turbith. ʒ. i. agarici. ʒ. iiii. salis gẽme ʒ. i. zin/ zib. ʒ. iii. sarcocolle oppo. añ. ʒ ii. masticis dyagridii cocti: añ ʒ. i. anisi. ʒ. ii aloes. ℥ i. ß. cõfice pillulas: cũ succo mente. Dosis est usq; ad. ʒ. i. ß. vel. ii. ad plus si egritudo ẽ noua & membra tm̃ nutritionis purgare querimus & non alia.

❡ Potio mirabilis respiciens stomachuʒ & epar cũ proprie tate mirabili educit a stomacho coleram citrinam & prassi/ nam & mundificat canales epatis et chistim fellis. Recipe ca pillorum veneris eupatorii apii boraginis scolopendrie be/ thonice piretri epatice ros. viol. añ. ʒ. i. assari. ʒ. ß spice nardi. ʒ. me. agarici masticis: añ. ʒ. ii. seminis portulace anisi. ʒ. i. in quorum decoctione ſm modum artis resoluantur reubarba/ ri. ʒ. ii. manne pulpe cassie tamarindi zucchari uiol. ros. sicut scis acori. ʒ. iiii. paretur potio ut scis.

❡ Syrupus adequans materiã calidam ledentẽ stomachũ & epar quã euacuare querimus ponit eam in necessitate ad ex/ pellendum & confortandum uirtutes stomachi & remouen/ dum oppilationes. Recipe absinthii fumiterre plantaginis eupatorii capillorum veneris pollitrici zedoarie cicorie celi donie solatri: añ. M. me. se. communium anisi portul. papaue ris albi: ana. ʒ. iii. mirabo. ℥. ii rosa. ℥. iii. aceti. ℥. iiii. zucchari quantitatem quã volueris. Dosis ab. ℥. i. usq; ad. iii. cuʒ aqua frigida non veri frigoris in aurora. Cõfectio de succo pomo rum mirabilis ad confortandum stomachuʒ & damus ex ea conualescentibus & his quoruʒ appetitus sopitus est alterat malam complexionem stomachi & confortat substantiaʒ & tollit dolorem stomachi. ℞. succi citoniorum succi citroruʒ m

ana.lib.ii.corticis citri, bene decocti & contriti.lib.ß. succi granatorũ.℥.iii.succi mẽte succi sansuci.añ.ʒ.iiii.aceti puri: lib.i.mellis dispumati.li.iiii.zuccari.ʒ.iiii.bulliant oĩa hec si mul mixta usq; ad cõsumptionẽ fere succorũ & aceti cortex preparatus circa finẽ mittatur & cũ perfecta bullitione bul liat.spumã aũt a principio paulatiʒ ꝓiicere incipias & con/ diatur in fine cum hoc quod recipit gario.galange cynamo/ mi electis.añ.ʒ.ii.macis.ʒ.i.anisi.ʒ.iii.ligni aloes.ʒ.vi.musci tri.i.& quidam fortius condiunt & cũ pipere al.& cardamo mo.Dosis a.ʒ.i.usq; ad.iii.ante & post cibum.

¶ Pillule purgantes stomachum ab omni superfluitate hu/ morũ & cerebrũ educunt utramq; colerã & flegma & remo uent ab eo omnes dolores & renouant stomachũ ad come/ dendũ.℞.absinthii masticis agarici.añ.ʒ.ii.trium myrobal. ʒ.iiii.turbith.ʒ.x.epithymi hortensis salis indi.ana.℥.ii.pe/ nidiarum.ʒ.iii.yerepigre.ʒ.v.succi rosa.ʒ.iiii.dyagridii.ʒ.ii. fac pillulas cum succo scariole.dosis est.ʒ.ii.

¶ Iudeus pillule cõfortantes stomachũ mũdificantes caput & stomachum a colera corrupta & omni superfluo hũore et respiciunt epar & aperiunt oppilationes & ualent ad febres antiquas ex diuersis hũoribus natas & sanant pruritũ & ul cera.℞.myrobal.citriniorum indorum et embli.añ.ʒ.iiii.ma sticis anisi succi eupatorii absinthii roß.ana.ʒ.ii.yerepigre. ʒ.xii.succi ro.ʒ.iii.cõfice cũ succo apii et da cũ calida aq̃.ʒ.ii.

¶ Pillule ꝑseruantes stomachum ab omni languore & cere brũ custodiunt uisum & oĩm sensuũ instrumenta:si deo pla cet recipiuntur omni die.ii.uel.iii.& melior hora est post ci/ bum quando itur dormitũ.℞.masticis dyagridii bene electi: ana.ʒ.ii.resoluantur in unum corpus dyagridium & mastix in pomo aloes electissimi et sublimati.ʒ.x.confice cuʒ succo caulium.dosis est usq; ad.xix.pillulas.

¶ De emplastris linimentis & vnctionibus.

SCribamus res que administrantur emplastris linimentis & unctionibus supra stomachum & modos earũ et sunt ex necessitate cure languorum stomachi aggregant & coadu nant partes stomachi & uirtutes et calorem ne resoluatur &

exaltet

exaltet indebite & destruũt dolores in eo & cõferunt rei ui-
te: & ẽ vngtũ confortans stomachũ frigidum ipm reddit so
briũ ad naturalẽ suam opationẽ: facit ipsum exemptũ ab oĩ
dolore. Recipe aloes masticis olibãi myrrhe. añ ʒ. i. corticũ
granatorũ rof. anisi galange gariofi. añ ʒ. i. olei rosa. olei ca-
momillini. añ lib. i. cere. ℥. iii. aceti. ℥. ii. bullitis oleo aceto &
cera. prius perfecta decoctione superasperge in fine species
has bene puluerizatas agitando donec fiat unguẽtũ de quo
puncto stomacho superasperge myrrhe & masticis lineũ pã
num vel lanam succidã calidam superpone.

¶ Linimentũ aliud nostrũ cõfortans ad digerendũ et appe
tenduȝ & retinenduȝ debiliũ & cõualescentiũ stomachuȝ &
remouet oppilationes & dolores & uẽtositates. Recipe olei
nardini. li. i. fac bullire cũ sansuco trito bullitiõe una: põe po
stea cere. ℥. iii. ut liquefiat. Deinde pfice vnguentũ cum masti
cis myrrhe terebentine laudani. ana. ℥. i. vnge ex eo stoma-
chum debilem & superasperge puluerem anisi & rosa.

¶ Aliud quod administramus quando alia nõ contulerunt
& eger dolorẽ habet intollerabilẽ: remouet dolorẽ arcet uo
mitum & fluxum ventris compescit. Recipe colophonie te-
rebẽtine olibani. añ. ℥. i. sanguinis draconis mumie myrrhe
laudani sarcocolle. añ. ℥ ß. rosarũ corticum granatorũ. añ. ℥.
i. liquefactis gũmis aliaruȝ rerum recusantiũ liquefactionẽ
puluerem mitte & submerge in hac medicina calida anteq̃
congeletur stupam lineã & stomacho superpone calidã quã
tum eger pati poterit relinquit ibi uestigium cauterii sup eũ:
